
3 1761 07833899 3

THESAURUS
RESOLUTIONUM
Sacræ Congregationis
CONCILII,
Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta aliasque Canonici Juris Sanctiones,

MUNUS

Secretarii ejusdem Sacræ Congregationis

OBEUNTE

R.MO P. D. CAVALCHINO

Archiepiscopo Philippensi,

PRODIERUNT

In Causis sub annos 1737. & 1738. *propositis*,

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico foro versantibus apprime utilis, ac necessarius.

TOMUS OCTAVUS
TRIPLICI INDICE

A' BARTHOLOMÆO LIVERZANI

Brixichellensi J. U. D. Locupletatus.

ROMÆ, MDCCXLII.
Typis, & Sumptibus De Mainardis in Platea Agonali.

Superiorum facultate.


LIBRARY
SEP 10 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

INDEX
TITULORUM CAUSARUM.
Quæ Anno 1737. *in Sacra Congregatione Concilii propositæ sunt.*

Mura-

Die Sabbathi 19. Januarii 1737.



Sapientissimo Eminentissimorum Patrum Judicio quatuor Causæ infra describendæ, quæ in superiori Congregatione habita die 15. Decembris anni mox elapsi non potuerunt proponi, hodie subjiciuntur. Perpensis igitur iis, quæ tam in facto, quam in jure fuerunt in folio tunc distributo exposita, definiendum erit.

SANCTI SEVERI.

Sess. 24. c. 12. de ref.

I. *An erectio quinque Mansionariatuum, seu Cappellaniarum facta de anno 1729. cum omnibus conditionibus, & legibus ibi præscriptis sustineatur*, & quatenus negative.

II. *An, & quomodo sit consulendum servitio Ecclesiæ Cathedralis.*

III. *An Bartholomæus Simonetti olim aggregatus Ecclesiæ S. Nicolai, & postea electus Mansionarius Ecclesiæ Cathedralis amiserit aggregationem dictæ Ecclesiæ S. Nicolai, sive potius potuerit per ejus Clerum haberi tamquam disaggregatus*, & quatenus negative quoad primam partem.

IV. *An idem Simonetti sit redintegrandus in casu &c.*

Dilata, & scribatur moderno Episcopo pro informatione, & voto.

MONTIS REGALIS CAPPELLANIÆ.

Sess. 24. c. 14. & Sess. 25. c. 9. de ref.

An nominatio ad beneficium, de quo agitur, sustineatur, itaut Clericus Andreas Stralla institui debeat in d. beneficio, & consequi possit suum creditum in casu &c.

Dilata.

CIVITATIS PLEBIS.

Sess. 22. c. 6. de ref.

I. *An liceat Massariis Castri Montis Jovini eligere Priorem, & Cappellanos Ven. Ecclesiæ B. Mariæ d. Castri sine approbatione Episcopi, eosdemque removere, d. Episcopo inconsulto.*

II. *An manutenendus, & quatenus opus, redintegratus sit ad officium Cappellani Thomas Ferri*; & quatenus affirmative.

III. *An Massarii exercentes officium Administratorum de mense Octobris 1735. declarari debeant incursi in censuras ab Episcopo comminatas contra turbantes, seu removentes d. Ferri ab officio Cappellani.*

IV. *An, & quæ decreta per Ordinarium condita in visitatione habita sub* diem 19.

diem 19. Nov. proxime præteriti sustineantur, & sint exequenda in casu &c.

Ad I. Affirmative solum approbatione Episcopi quoad Sacramentorum administrationem, & dummodo remotio non fiat in odium. Ad II. Affirmative in casu de quo agitur. Ad III. Negative. Ad IV. Quoad decreta concernentia Cappellanos, dilata, & proponatur, citatis iisdem Cappellanis. Quo vero ad reliqua affirmative salva tamen libera electione facienda a Massarii s juxta decisionem primi dubii.

Sess. 6. c. 2. de ref. SIGNINA CAPPELLANIÆ.

I. *An sit locus declarationi petitæ a Dominico Antonelli, & respective cui adjudicanda sit Cappellania, de qua agitur in casu &c.*

II. *An constet de attentatis in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 25. c. 1. de ref. URBEVETANA. Ven. Innocent. XI. ad preces Camerarii, necnon Officialium Fabricæ Cathedralis Ecclesiæ in Apostolico ejus Brevi sub diem 24. Julii 1688. edito præcepit, inhibuitque, *ne de cetero quisquam quavis auctoritate, vel superioritate fungens Vasa, Calices, Candelabra, & alia Paramenta Ecclesiastica auro, & argento, aut quavis alia materia confecta, necnon quamcumque Supellectilem sacram tam hactenus in dicta Ecclesia, seu illius Sacristia collocatam, & illi etiam per quoscumque Christifideles donatam, & assignatam, quam imposterum forsan collocandam, donandam, & assignandam aliis Ecclesiis, Monasteriis, Oratoriis, Congregationibus, & Locis Piis, seu quibusvis Personis cujusvis gradus, ordinis, conditionis, qualitatis, & dignitatis, & quacumque auctoritate, superioritate, & officio, præterquam casu, quo pro tempore existens Episcopus Urbevetanus ad aliam Ecclesiam ibi aliquam functionem peracturus se conferret, commodare, aut sub quovis quæsito colore &c. ex dicta Ecclesia, seu illius Sacristia extrahere, & asportare, seu, ut commodentur, extrahantur, & asportentur, permittere, aut consentire audeat, seu præsumat sub excommunicatione latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda.*

Verum quia modernus Episcopus authumat, præfatum Camerarium, aliosque Officiales dictæ Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis teneri sacra paramenta non ex splendidioribus, & magis pretiosis, sed ex decentibus, & ad honorificum Episcoporum usum destinatis sibi subministrare nedum pro celebranda Missa in domesticis suis Cappellis, atque pro Ecclesiasticis Functionibus ibidem peragendis, verum etiam pro ceteris Functionibus, quas debet extra Civitatem occasione pastoralis visitationis explere, juxta veterum consuetudinem plurium Testium depositione comprobatam; Contra vero Camerarius una cum prælaudatis Officialibus innixus potissimum enunciato Brevi Venerabilis Innocentii XI. contendit, se non obstringi dicta sacra Paramenta Episcopo tradere, nisi quum in Cathedrali, seu alia Ecclesia Urbis Veteris Missam celebret, aut Ponti-

tifi-

tificalia exerceat,& ad summum etiam pro Missæ celebratione,quam in domesticis suis Cappellis peragit:ad dirimendam propterea triplicem controversiam inde exortam cujus decisio ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi ad Supremum hoc Tribunal remissa fuit, tria infrascripta Dubia Supremo Eminentissimorum Patrum Judicio discutienda subjiciuntur.

Prætermissis iis, quæ circa adsertam consuetudinem, necnon intelligentiam memorati Brevis late in utramque partem differuntur, quæque ex peculialibus Facti circumstantiis potissimum pendere videntur, id unum præstat in jure adnotare, quod, licet Episcopus non teneatur de Paramentis, & sacra supellectili sibi providere, sed Canonici Cathedralis Ecclesiæ debeant ea pro Pontificalibus Functionibus tam in Cathedrali,quam extra illam obeundis subministrare,juxta sententia,quam sequuntur *Barbat. const.26.n.5.lib.3.*, *Surd. consl.62.n.5.,& seqq.*,*Franc. de Ecclesf. Cathedr. Cap.20. n.37.*,& alii adducti per *Scarfanton. ad Ceccoper. lucubr. canon. lib.2.tit.2.n.5.*, *& lib.3. tit.7.n.12.*

Ex Resolutionibus tamen relatis per *Micol. in Flosçul. verb. Episcopus num. 25.* elici videtur, præfatos Canonicos teneri quidem sacra Paramenta præstare Episcopo in Cathedrali Ecclesia, vel in Eiscopali Sacello Pontificalia peragenti,secus vero eidem in alia Ecclesia,vel Cappella Pontificaliter celebranti,& idipsum colligi videtur ex Rescripto a ParticulariCongregatione edito in quadam Causa *Casalen.*, ubi,propositis inter cetera hisce Dubii -- *IX. An Capitulum ob denegationem Baculi,Mitræ pretiosæ,& Pluvialis factam Episcopo occasione publicandi Jubileum,aliaque,ut in actis sit puniendum,& quomodo. X. An, stante dicta denegatione, potuerit Episcopus propria auctoritate transportari facere Paramenta prædicta,& sacras Supellectiles a Sacristia Cathedralis ad Curiam Episcopalem* -- die 11.Martii 1708. responsum fuit -- *Ad IX. Affirmative arbitrio Congregationis deputatæ. Ad X. Affirmative, & esse restituenda Capitulo facta obligatione de illis subministrandis pro usu Episcopi in functionibus Episcopalibus peragendis tam in Cathedrali,quam in Cappella Episcopali* --, tum etiam ex altero in *Alben. Sacrorum Rituum*, *& Regiminis Ecclesiæ*, in qua Particularis Congregatio ad Dubia XLIX., & L. similem quæstionem continentia censuit, dandas esse Resolutiones editas in præfata Causa *Casalen.*,quemadmodum testatur *Scarfanton. ad Cecoper. Lucubrat. Canonic. lib.2. tit.2.num.5.*

His itaque perspectis una cum Juribus utrinque afferendis, respondendum erit.

I. *An Camerarius, aliique Officiales Reverendæ Fabricæ Sanctæ Mariæ de Stella Cathedralis Ecclesiæ Urbis Veteris teneantur subministrare Episcopo ejusdem Civitatis Supellectiles, & Paramenta Sacra necessaria pro celebratione Missæ tantum in suis domesticis Cappellis, seu etiam pro aliis Ecclesiasticis Functionibus ibidem peragendis in casu &c.*

II. *An eidem Episcopo sint subministrandæ Supellectiles, & Paramenta Sacra extra Civitatem Urbis veteris occesione Sacræ Visitationis, aliarumque Ecclesiasticarum Functionum explendarum per suam Diœcesim*; & quatenus affirmative.

III. *Cujus qualitatis debeant esse dictæ Supellectiles, & Paramenta Sacra in casu &c.*

Can.13.sess.7. de Sacram., & Sess.22 c.5. de Sacrif. Miss.

JUVENACEN. Discussis in Congregatione die 22. Septembris proxime præteriti tribus hisce Dubiis -- *I. An Edictum Episcopi demandantis sub pœna Censurarum distributionem Candelarum propriis sumptibus faciendam a Capitulo Terlitii die Purificationis B. V. Clero, & Populo sustineatur*; & quatenus affirmative. *II. An teneatur dictum Capitulum dare Cereum tam Archipresbytero, quam Episcopo, sive alteri tantum ex eis sive præsenti. III. An Censuræ latæ per Episcopum post interpositam, & admissam appellationem a Metropolitano sustineantur in casu &c.* responsum fuit -- *Ad I. Affirmative. Ad II. affirmative. dummodo sint præsentes. Ad III. affirmative, & ad mentẽ.* Impetrato autem nomini Capituli novæ Audientiæ beneficio adversus præmissam Resolutionem, Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis, cum Festum Purificationis B. M. V. jam imineat, enixe flagitat, ut ab EE. VV. statuatur.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis.

Sess.4. c.25. de ref.

ROMANA APERITIONIS ORIS, ET SUBSIDIORUM DOTALIUM. Cum Franciscus Surcius in testamento sub annum 1559. condito, deficientibus omnibus masculis ex tribus lineis ad Fidei commissum a se conditum invitatis, ita cautum reliquerit -- *In questo caso io lascio la metà di questa eredita alla Compagnia dell' Annunciata di Roma super Minerva con queste condizioni, che la sopradetta Compagnia abbia delli frutti di questa mezza eredità a maritare tante tante povere Zitelle Romane ex parte di Padre, e Madre Romani. e se vi fosse qualchedunа, che fosse parente delle sopradette linee, siano anteposte all' altre. e lascio, che siano dati cento ducati di carlini per una siano dati segretamente, e che non abbino d' andare in Processione come le altre*; in altera vero hæreditatis medietate Societatem nuncupatam Sancti Jacobi Incurabilium substituerit, eidem injuncto onere, *che delli frutti di questa eredità, cioè mezza eredità abbino a governare tanti poveri, ed ogn' anno abbino a far dire una Messa cantata per l' anima mia, e de' miei Morti* --, Septimius Alberti secutus exemplum Barbaræ Plautillæ Alberti ex Lelio Surcio Testatoris nepote, & priori loco ad enunciatum fideicommissum vocato descendentis, quæ in vim Chirographi a san. mem. Clemente XI., prævia Sacræ Congregationis consultatione, editi, obtinuit, sibi quatuor scuta quolibet mense persolvi a dictis Confraternitatibus dictam hæreditatem ex æquo delatam possidentibus, supplicem san. mem. Benedicto XIII. porrexit libellum, quo exponens, se ex nobilibus Civitatis Hortanæ Familiis progenitum esse, eodemque consanguinitatis gradu, quo dicta Barbara Plautilla, a memorato Lelio Surcio, distare, ac Bonis fortunæ prorsus destitutum, postulavit, injungi præfatis Confraternitatibus, ut scuta biscentum pro qualibet ex reditibus hæreditariis annuatim deponerentur, donec ex cumulo inde confecto unicuique ex quinque suis filiabus dos scutorum 400. constitui posset, præviaque Episcopi Hortani informatione Chirographum Pontificum suis precibus conforme impetravit.

Quo-

Quoniam vero Officiales utriusque præfatæ Societatis contendentes, memoratum Chirographum subreptionis, & obreptionis vitio laborare ex duplici hoc capite; Primo, quod Orator Summo Pontifici supposuit, Bona ex hæreditate dicti Francisci Confraternitatibus delata ad scuta 60000. ascendere, cum ea summam scutorum 10930. non excedant; & secundo, quo in supplici libello reticuit, testatorem jam prævidisse casum, quod ad obtinenda subsidia dotalia ab ipso relicta concurrere potuissent Puellæ tribus lineis ad fideicommissum vocatis sanguine conjunctæ, earumque favore disposuisse, *che siano dati cento ducati di carlini per una, e siano dati segretamente, e che non abbino d' andare in Processione come l' altre* -- ejusdem Chirographi executioni primum coram Eminentissimo Accorambono tunc temporis san. mem. Benedicti XIII. Pro-Auditore, qui illud executioni mandandum fore decreverat, deindeque apud Sacram hanc Congregationem, cui controversiæ decisio remissa fuerat, obstiterunt, disceptato propterea sub diem 21. Maii 1735. Dubio -- *An sit locus aperitioni oris, sive potius ulteriori executioni Motus proprii san. mem. Benedicti XIII in casu &c.* -- responsum fuit -- *Dilata, & ad Eminentissimum Urbis Vicarium pro firmatione status.*

At secum reputans memoratus Septimius Alberti, præscriptam status firmationem non sine multo, & temporis, & pecuniarum dispendio confici posse, utrique vero tum gravem, qua ipse laborat, inopiam, tum adultam Filiarum suarum ætatem, quæ celeri, præsentique egent subsidio, prorsus adversari, consultius sibi fore credidit, statui hæreditario per dictas Confraternitates in capituli scutorum 10930., & in annuo fructu scutorum 386. ex earum libris firmato acquiescere, novasque EE. VV. porrigere preces, quibus enixe postulat, ut, inspecta potissimum Eminentissimi Urbis Vicarii relatione, perpensisque aliis circumstantiis suæ, ut authumat, petitioni faventibus, decidere dignentur.

An sit locus aperitioni oris, sive potius ulteriori executioni Motus proprii san. mem. Benedicti XIII. in casu &c.

JANUEN. Cum ad petitionem Jacobi Antonii Mutii Parochi Villæ Frassinelli contendentis, Johannem Baptistam Fontana, Lazarum, & Angelum Mariam Poirè Caporales, ut ajunt, præfatæ Villæ nedum sibi præstitisse impedimentum, quominus decimas, & primitias colligeret, verum etiam ista exegisse, pluribusque insuper violentiis tam in Ecclesia, quam in domo Parochiali patratis, ecclesiasticæ jurisdictionis exercitium adeo perturbasse, ut in Censuras Summo Pontifici reservatas inciderint, prætereaque authumantis, Œconomi deputationem una cum præcepto sibi facto non accedendi ad propriam Parochiam minime sustineri, necnon quæcumque per Archiepiscopalem Curiam gesta attentatorum vitio laborare, sex, quæ infra describentur Dubia, proposita fuerint, Sacra Congregatio sub diem 10. Septembris 1735. rescripsit -- *Dilata, & interim nomine S. C. deputetur Œconomus a Parocho nominandus, & ab Archiepiscopo approbandus, assignata eidem congrua librarum* 18. *in singulos menses; reliqui vero reditus Parochiæ, necnon Decimæ, quæ manent titulo depositi penes Præpositum Terræ S. Crucis libere, & integre consignentur Parocho.*

Sess. 22. c. 6. Sess. 24. c. 6. & Sess. 25. c. 3. & 12.

Postu-

Postulante jam vero eodem Parocho dd. Dubiorum decisionem, resumendum est Folium præfata die 10.Sept. distributum,& circa quæstionem, num scilicet præfati Caporales sibi Decimas, & Primitias usurpantes, dictumque Parochum ab earum exactione impedientes censuras Sum.Pont. reservatas incurrerint.præstabit habere præ oculis rescriptum editum in *Arimin. die* 8.*Jun.*1679. hisce verbis - *S. C. censuit,eos,qui decimas subtrahunt, & in rem suam vertunt,aut impediunt, quominus Ecclesiis,vel personis,quibus legitime debentur, integre persolvantur, non esse ipso jure excommunicatos, sed excommunidos, quemadmodum statuitur ejusdem Concilii Decreto cap.*12.*sess.*25. *de ref.*, *eorumque absolutionem non esse Sedi Apostolicæ reservatam, sed,plena restitutione sequuta,spectare ad Ordinarium, qui excommunicationis sententiam tulerit ; ac proinde Synodalem Constitutionem hac in parte nequaquam esse observandam, Decretum vero cap.*11.*sess.*22. *ad hunc casum non pertinere*, ut in *lib.*12. *Decr. pag.*12.

Placeat igitur EE. VV. rescribere.

I. *An constet de assertis excessibus admissis a Caporalibus Villæ Frassinelli suisque adhærentibus tam in usurpatione Primitiarum, quam in impedimento præstito earum exactioni, ac ecclesiasticæ jurisdictioni, necnon de prætensis violentiis patratis in Ecclesia, atque in ædibus Canonicalibus*; & quatenus affirmative.

II. *An iidem Caporales, aliique ipsis adhærentes incurrerint censuras Summo Pontifici reservatas*, & quatenus affirmative.

III. *An sustineatur decretum absolutorium a dictis censuris latum ob Ordinario in casu &c.*

IV. *An sustineatur deputatio œconomi, nec non præceptum ab Ordinario injunctum Parocho de non accedendo ad propriam Parochiam.*

V. *An constet de attentatis in casu &c.*, & quatenus affirmative.

VI. *An,& quomodo sint purganda in casu &c.*

*Sess.*24.*c.*18. *de ref.*

SPOLETANA PAROCHIALIS. Exponentes Jacobo Pastorelli Rectore Plebanæ Ecclesiæ S.Valentini in Castro Lacus erectæ, se confectum senio, assiduaque corporis ægritudine conflictatum non posse amplius spirituali animarum curæ incumbere,propetereaque in suum coadjutorem deputasse Sacerdotem Dominicum Felicangeli, qui id oneris esset assumpturus, si postmodum in perpetuum præfatæ Ecclesiæ Plebanum acceptaretur, Præsides Communitatis Castri Lacus,qui in d. Ecclesia obtinent patronatum,memorati Jacobi votis annuentes sub die 23.Febr.1735. eumdem Dominicum in illius Coadjutorem approbarunt sub promissione ipsum Episcopo præsentandi in futurum dicti Jacobi successorem,postquam iste decessisset, quemadmodum stantes promissis, post defunctorum die 18. Aprilis anni mox elapsi memoratum Jacobum reipsa in Rectorem d.Ecclesiæ elegerunt,præfatum Dominicum,atque Episcopo præsentarunt, uti constat ex documentis nomine ejusdem Dominici allatis, *Sum. num.*1. & 9.

At Episcopus,rejecta hujusmodi præsentatione non solum detrectavit petitam institutionem Dominico concedere,sed nuper alium Presbyterum a præfata Communitate postea præsentatum instituit,eam nimi-

nimirum obtendens caufam,quod memoratus Dominicus ufque ad annum 1727. de pluribus delictis, & exceffibus, præter alios fibi extrajudicialiter notos,in Epifcopali Curia fuiffet inquifitus, quodque proceffus fuper eifdem delictis pridem inchoati nondum fuerint completi,adeout fanior quoque dictæ Communitatis pars fuas porrexerit preces,ne Parochialis hæc EcclefiaDominico conferatur.

Ægre autem feres hujufmodi rejectionem præfatus Dominicus primum ad Emum Pro-Datarium pro obtinenda controverfa inftitutione recurfum habuit, deindeque, non folum, ut adfertam inftitutionem confequeretur, fed etiam ut fefe ab impictis exceffibus vindicaret, e re fua cenfuit,Supremum hoc Tribunal adire,confidens, quod,cognita ea qua ipfe gloriatur innocentia,morumque integritate,refponfurum fit, concedendam fibi fore controverfam inftitutionem in vim præfentationis ad fui favorem prius a Communitate factæ, uti præfefert Dubium,quod,ipfo flagitante,proponitur.

Quæ nomine ejufdem Dominici ad oftendendam affertam fuam innocentiam,vitæque integritatem allegantur, quæque ex contrario tam ab Epifcopo in fua relatione,quam a memorato Jofepho Mancini,& a nonnullis d. Caftri Hominibus adverfus eumdem Dominicum proponuntur, utpote in facto confiftentia colligere, ac æftimare oportet ex documentis in utraque partem afferendis; Ad abfolutam vero controverfiæ decifionem tria hæc in jure ob oculos habenda effe videntur.

Primo,quod, licet ex turpi, & inhonefta vivendi ratione apud probos, & honeftos viros fpecies cujufdam infamiæ ita contrahatur, ut ea notatus ab Altari arceri debeat, & Ecclefiaftica Beneficia obtinere prohibeatur, uti per Textum *in cap. inter dilectos* 11. *de excess. Prælat.* notant *Abbas in cap.*10. *n.*3. *de jurejur. Reiffenstuel. in jus can. lib.*5. *tit.*37. *n.*60. *Smalzgrueber. eod. loc. n.*141.; attamen fi publice,& per triennium faltem a priftina vivendi norma refipuerit, & in loco, ubi antea delinquere confueverat, probitatis fpeciem præbuiffe dignofcatur,nil vetat,quominus, & ad Ordines promoveri, & ecclefiaftica Beneficia confequi poffit,ut colligitur ex *Can. si duo* 35. *quæst.*6. -- ibi -- *Infames effectos,donec ab incesti facinore desistant*, & ex *Can. Numquam* 14. *dist.*56., ubi relatus S.Chryfoftomus, *ad meliora,*inquit,*conversum nequaquam prior vita commaculat.*, & tradunt *Garz.de benef. par.*7. *c.*8. *n.*64.,*Barbos. de offic.Episc. alleg.*43. *n.*21. *& seqq. Piring. de tempor. ordinat. n.*19. *Smalzgrueber. in jus can. lib.*5. *tit.*47. *n.*74.

Secundo,quod ad impediendam Beneficii curati affecutionem non requiritur ea rationabilis Populi averfio, quæ neceffaria eft, ut quis poft adeptam illius poffeffionem ab eodem removeatur, fed quodlibet Populi odium,& malevolentia etiam irrationabilis,nullique juftæ Caufæ innixa fufficere poffe videtur *ex c. Nullus invitis,dist.*61., *& ex Can. Si forte dist.*63.,ubi Leo IV. ita refpondit -- *Si (quod nec reprehensibile, nec irreligiosum judicamus) vota eligentium in duas se diviserint partes,Metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus,& studiis juvatur, & meritis, & non potentibus ordinetur, ne Civitas Episcopum non optatum, aut contemnat,aut oderit*, & diftinguendo tradunt adducti per *Lambertin.de jurepatr.par.*2.*q.*9.*art.*11. *n.*9.

n.9. & seq., Rot. cor. Laucet. dec. 1069., cor. cl.me. Card. Falconerio dec.47. de jurepatr. tom.2. & in Comen. Parochialis 10. Febr. 1713. cor. Eminentiss. Aldovrando.

Tertio demum, quod Episcopus potest quidem, & tenetur Præsentato a Patrono laico institutionem denegare, si idoneus, & dignus repertus non fuerit, uti expresse sancivit Sacrosancta Tridentina Synodus *Sess.24. cap.18. de ref.* hisce verbis -- *Quod si jurispatronatus laicorum fuerit, debeat, qui a Patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra examinari, & nonnisi idoneus repertus fuerit, admitti*, & rursus *Sess.25. cap.9. de ref.* ibi: *Ad hæc liceat Episcopo præsentatos a Patronis, si idonei non fuerint, repellere*; Si tamen dignus, & idoneus a Patronis laicis præsentetur, debet in Beneficio institui, cum ipsi ad differentiam Patronorum Ecclesiasticorum non teneantur digniorem, & magis idoneum præsentare, ad notata per *Lambertin. de jurepatr. par.1. lib.2. q.10. art.3. n.17., Garz. de Benef. par.7. cap.16. n.19., Ricc. in prax. Cur. Archiep. Neapol. par.3. dec.306. n.4. Barbos. de offic. Paroch. par.1. cap.2. n.102.*

His enim perpensis, grave non erit EE.VV. decidere.

An præsentatio facta per Communitatem Castri Lacus favore Dominici Felicangeli sit exequenda, itaut dicti Felicangeli veniat instituendus in casu &c.

Die Sabbathi 9. Frebruari 1737.



Xamen sex Causarum, quas in superiori Congregatione habita sub diem 19. Mensis mox elapsis proponi vetuit aliorum negotiorum moles, & gravitas, hodie ab Eminentissimis Patres assumendum est.

SIGNINA CAPPELLANIÆ.

Sess.6. c.2. de Ref.

I. *An sit locus declarationi petitæ a Dominico Antonelli, & respective cui adjudicanda sit Cappellania, de qua agitur in casu &c.*

II. *An constet de attentatis in casu &c.*

Ad I. Negative; & non facta declaratione intra mensem per Dominicum Antonelli, Cappellaniam adjudicandam esse Vincentio Marcelli. Ad II. Negative, & amplius.

URBEVETANA.

Sess.25. c.1. de ref.

I. *An Camerarius, aliique Officiales Reverendæ Fabricæ S. Mariæ de Stella Cathedralis Ecclesiæ Urbis Veteris teneantur subministrare Episcopo ejusdem Civitatis supellectiles, & paramenta sacra necessaria pro celebratione Missæ tantum in suis domesticis Cappellis. seu*

etiam

etiam pro aliis Ecclesiasticis Functionibus ibidem peragendis in casu &c.

II. *An eidem Episcopo sint subministrandæ Supellectiles, & Paramenta Sacra extra Civitatem Vrbis veteris occasione Sacræ Visitationis, aliarumque Ecclesiasticarum Functionum explendarum per suam Diœcesim*; & quatenus affirmative.

III. *Cujus qualitatis debeant esse dictæ Supellectiles, & Paramenta Sacra in casu &c.*

Ad I. Affirmative; Ad II. Negative; Ad III. esse debere qualitatis decentis gradui Episcopali.

JUVENACEN.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis in Omnibus, & ad mentem.

Can. 13. Sess. 7 de Sac., & Sess. 22. c. 5. de Sacrificio Miss.

ROMANA APERITIONIS ORIS, ET SUBSIDIORUM DOTALIUM.

An sit locus aperitioni oris, sive potius ulteriori executioni Motus proprii san. mem. Benedicti XIII. in casu &c.

Sess. 25. c. 4. de ref.

Affirmative quoad I. partem, & Negative quoad II.

JANUEN.

I. *An constet de assertis excessibus admissis a Caporalibus Villæ Frassinelli suisque adhærentibus tam in usurpatione Primitiarum, quam in impedimento præstito earum exactioni, ac ecclesiasticæ jurisdictioni, necnon de prætensis violentiis patratis in Ecclesia, atque in ædibus Canonicalibus*; & quatenus affirmative.

II. *An iidem Caporales, aliique ipsis adhærentes incurrerint censuras Summo Pontifici reservatas*, & quatenus affirmative.

III. *An sustineatur decretum absolutorium a dictis censuris latum ab Ordinario in casu &c.*

IV. *An sustineatur deputatio œconomi, nec non præceptum ab Ordinario injunctum Parocho de non accedendo ad propriam Parochiam.*

V. *An constet de attentatis in casu &c.*, & quatenus affirmative.

VI. *An & quomodo sint purganda in casu &c.*

Sess. 21. c. 6. Sess. 24. c. 6., & Sess. 25. c. 3. & 12. de ref.

Ad Primum, Secundum, & Tertium Constare de Excessibus, sed non incurisse Censuras Summo Pontifici reservatas, & substineri decretum absolutorium Ordinarii. In reliquis Dilata, & ad mentem.

SPOLETANA PAROCHIALIS.

An præsentatio facta per Communitatem Castri Lacus favore Dominici Felicangeli sit exequenda, itaut dictus Felicangeli veniat instituendus in casu &c.

Sess. 24. c. 18. & Sess. 25. c. 9. de ref.

Non proposita cum sequentibus.

Seſſ. 22. Decr. de obſer. & evit. in cel. Miſſ.

ASCULANA IN APULIA CELEBRATIONIS MISSARUM.

Ante Annum 1700. Fratres Ordinis S. Auguſtini Civitatis Aſculanæ in Apulia conſueverant Miſſas, 21. Anniverſaria novem quolibet Menſe, & aliud Anniverſarium poſt Octavam Commemorationis omnium Defunctorum in Cappella Confraternitatis S. Mariæ vulgò nuncupatæ *del Soccorſo* in ipſorum Eccleſia pridem erectæ ſub annuo ſtipendio ducatorum 50. celebrare, necnon Confratrum, & Conſororum Cadavera ad Sepulturam comitari, juxta concordiam uſque ab anno 1637. initam; præfato autem anno 1700. ſupplicem Sacræ huic Congregationi porrexerunt libellum, quo exponentes, dictos ducatos quinquaginta tot onerum adimplemento impares eſſe, die 25. Septembris ejuſdem anni obtinuerunt committi Epiſcopo, *ut veris &c., & vocatis, ſi qui fuerint vocandi, ac celebratis per Oratores præfatis Miſſis 21., & Anniverſario poſt Octavam defunctorum ad rationem eleemoſynæ manualis, inſpecto regionis more, cum ſuperextantibus pecuniis, deleto onere aſſociandi Cadavera Confratrum, tot alia Anniverſaria ad eamdem rationem eleemoſynæ manualis pro ſuo arbitrio, & conſcientia gratis celebrari mandaret.*

Huic itaque Decreto obſequens Epiſcopus, auditis prælaudatis Fratribus, necnon Priore dictæ Societatis, declaravit, *quod celebratis per eoſdem Patres prælibati Conventus in unoque Menſe præfatis Miſſis planis 21., quæ in totius anni circulo aſcendunt ad numerum biſcentum quinquaginta duarum, & Anniverſario poſt Octavam Defunctorum ad rationem eleemoſynæ manualis, quæ eſt unius caroleni pro qualibet Miſſa, & quinque pro dicto Anniverſario, inſpecto regionis more, cum aliis ducatis 24., & carolenis tribus ſuperextantibus ex prædictis Ducatis quinquaginta annuis, Miſſæ 48. cantatæ de B. V. in Sabbato, ut prius pro eorumdem Confratrum, & Sororum animabus tantummodo celebrarent ad eamdem rationem eleemoſynæ manualis &c., & ad Confratrum, Sororumque Cadavera aſſociandum impoſterum ipſoſmet Patres non amplius obſtrictos eſſe, mandavit*; ſubindeque anno ſcilicet 1717. in ſequelam Decreti mox enunciati Canonicus Angelus Viſciola Prior ſæpedictæ Confraternitatis, prævio juramento, ſolemniter declaravit, *Ven. Cappellam S. Mariæ Succurſus reperiri veram, & liquidam debitricem ſupradicto Ven. Conventui in annuis ducatis quinquaginta ex cauſa celebrationis Miſſarum, & Anniverſariorum in perpetuum pro Animabus omnium Confratrum, & Conſororum Confraternitatis S. Mariæ de Succurſu, ſervata forma conventionis initæ inter PP. dicti Conventus, & Priorem, ac Cuſtodem d. Ven. Cappellæ annis ſingulis ſolvendis &c.*

Quoniam vero, ſuppreſſa pluribus ab hinc annis memorata Confraternitate, modernus Epiſcopus vetuit Exactori redituum antea addictam Societatem ſpectantium, ne deinceps annuam ſummam ducatorum 50. dictis Fratribus S. Auguſtini perſolveret, contendens, eoſdem ducatos 50. tradi conſueviſſe pro aſſiſtentia quam dd. Fratres Societati præſtare tenebantur in Spiritualibus exercitiis peragendis, in Cadaverum aſſociatione, & in aliis piis operibus, non autem pro enunciatis Miſſis, & Anniverſariis; contra vero authumantes iidem Fratres, ſibi tradendos fore dictos annuos ducatos 50. tam pro præterita, quam pro futura Miſſarum, & Anniverſariorum celebra-

lebra-

lebratione, non solum vi enunciatæ concordiæ anni 1637., memorati Sacræ Congregationis Rescripti, ac Decreti ab Episcopo in ejus sequelam editi, verum etiam ex declaratione, ut supra, per Priorem dictæ Confraternitatis emissa nituntur ostendere, petitioni suæ haudquaquam obesse assertam tenuitatem prædictorum redituum, qui debeant in subsidia dotalia pauperum Puellarum erogari, tum quia iidem fructus ad annuam summam ducatorum 463. ascendunt, tum etiam quia Missæ, & Anniversaria ceteris piis operibus sunt præferenda, juxta regulam, quam tradit cum aliis *Fagnan. in cap. Ex parte. num.34. de constit., & Monacell. part.1. tit.10. form.19. n.25., & 26.*; inspectis propterea binis Episcopi Relationibus, necnon documentis, quæ nomine dictorum Fratrum Sancti Augustini afferuntur, ab EE. VV. decidendum erit.

An sit locus celebrationi Missarum, & Anniversariorum faciendæ a Fratribus S. Augustini tam pro præterito, quam in futurum ad formam Decreti S. Congr. editi sub diem 25. Septembris 1700 in casu &c.

ELBOREN. IRREGULARITATIS. Cum Sebastianus Passanha de Torres una cum duobus Condiscipulis Elborensis Universitatis sub noctem die 25. Aprilis 1717. lapidibus, atque armis a binis facinorosis hominibus impetitus ex eorum manibus tentasset evadere, suamque Domum properasset, ut sese in tuto reciperet, videns præfatos homines usque ad propriæ Domus vestibulum minaci vultu ipsum insequentes, sibique necem imminere formidans catapultam explosit, a cujus ictu alter ex Aggressoribus percussus interiit. Delata itaque ad Tribunal, quod ajunt, Coronæ hujus homicidii fama prævio Testium hinc inde allatorum examine, geminæ ab eodem Tribunali prodierunt sententiæ, altera nempe, in qua die 28. Julii 1718., expositis iis, quæ adversus præfatum Sebastianum homicidam nomine Promotoris Fiscalis opponebantur, ita subjungitur -- *Il Reo si discolpa con ciò, che allega nelle sue difese, il che tutto considerato, & il di più, che dagl' atti costa, e della disposizione della legge si mostra, che il Reo sparò due colpi contro del Figlio dei ricorrenti, e lo ferì di tal sorte, che brevemente morì, e supposto, che il defonto con altre persone assalisse il detto Reo, e suoi Compagni tirandogli delle sassate con avergli obbligati a ritirarsi in loro Casa, ove parimente l' inseguirono, contuttociò potevano essi chiudere la Porta, e non servirsi dell' armi da fuoco proibite, nel che si portò (ancorchè in sua difesa) con eccesso. Per il che lo condannano &c. in esilio per tre anni nella Piazza di Marsagao, ed al pagamento di scudi* 50. *da farsi alla Parte, e scudi dieci per le spese del Tribunale, e pagare le pene pecuniarie adempirà il suo esilio, e paghi gl' atti* -- altera vero die 21. Augusti ejusdem anni, in qua sic declaratum fuit - *Determinano in Relazione, che, non ostante l' opposizioni, che non ricevono, attese le sue circostanze, la sentenza opposta si adempisca, con dichiarazione, che moderano l' esilio al Reo, e la condanna pecuniaria alle Parti, che sarà solamente di trenta scudi, e paghi la spesa degl' atti.*

Sess.14. c.7. & Sess.24. c.6. de ref.

In executionem postremæ hujus sententiæ memoratus Sebastianus, ut exoptatam absolutionem a præfata Curia consequi posset, enunciata scuta triginta persolvit, Partique offensæ, & Fisco ita satisfecit, ut statim sequestrum, quo nonnulla ipsius Bona fuerat mancipata, obti-

obtinuerit removeri,deindeque semel,iterumque sub annum 1719. supplicem Ordinario Elborensi porrexit libellum, quo præmissam facti seriem exponens, nonnullasque adducens causas ad petendam dispensationem ab Irregularitate forsan ex patrato homicidio contracta ipsum impellentes postulavit,non solum ad exercitium minorum Ordinum, quibus ante dictum homicidium initiatus fuerat, verum etiam ad suscipiendos majores Ordines habilitari; ejus autem precibus annuens Episcopus,prævia consultatione Curiæ Ecclesiasticæ,necnon Tribunalis, quod vocant, *della Relazione*, die 11. Januarii 1720. ita decrevit -. *Dispensiamo il supplicante dall' Irregolarità, nella quale è incorso attese le cause,che allega, acciò possa subitamente esercitare gl' Ordini minori, e acciochè passato solamente il corso di un anno,possa essere promosso agli Ordini Sacri.*

Hac igitur obtenta dispensatione, cæpit illico Sebastianus minores Ordines exercere, cumque post lapsum anni fuerit ad S.Ordines promotus,reportata quoque subinde inConimbricensis UniversitateSac. Theologiæ laurea, qua insignitus cum vellet modo ad Ecclesiastica beneficia,& dignitates,quibus etiam animarum cura annexa sit,data occasione,concurrere,metuens,ne sibi ex asserta irregularitate impedimentum aliquod præstetur,serenitati conscientiæ suæ, ut æquum est,consulturus, supremum hoc Tribunal adire statuit, enixe flagitans,ut duo infrascripta Dubia ab EE. PP. decidantur.

Sane quod attinet ad I., in quo disceptari contingit, num Orator possit absq; Apost.dispensatione ecclesiastica beneficia,& dignitates obtinere,præcipuus difficultatis cardo in eo sistit, an ipse fuerit valide per Episcopum ab asserta irregularitate dispensatus; in facto enim sive inspjciatur Summarium Processus super enunciato homicidio confecti ad Urbem nuperrime transmissum, sive attendantur memoratæ sententiæ,satis constare videtur,eumdem Oratorem, haud servato moderamine inculpatæ tutelæ,alterum ex Aggressoribus interfecisse, non solum quia post primam aggressionem non curavit aufugere,seque in tuto recipere, sed, & præsertim, quia imminens vitæ periculum potuisset evadere, si januam suæ domus, ad quam confugerat,statim obserasset;in jure autem receptum est,quod,licet remissa rigidiori veterum Sac.Canonum disciplina, juxta quam Occidens Invasorem ita fiebat irregularis ut,si periculum alia rationepotuisset evitari, non nisi prævia dispensatione, foret ad Ordines promovendus,si vero inevitabile fuisset, posset quidem in Ordinibus susceptis libere ministrare,non tamen ad alios superiores Ordines ascendere, juxta distinctionem, quam per expressum *Textum in Can. De his Clericis. dist.* 50. tradunt communiter *Gloss. in cap. Sicut dignum. §.Clericus de homicid.verb. Consilium*, *ibique Butr.n.*28., *Anania in cap. Interfecisti n.*10. *eod. tit.*, hodie nulla irregularitas ab eo, qui aliter vitam suam tueri non valens Aggressorem interficit, contrahatur, juxta novissimam juris canonici sanctionem in *Clement. Si furiosus. de homicid.* ubi sic habetur, *Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet,vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit.Et idem de illo censemus,qui mortem aliter vitare non valens suum occidit,vel mutilat invasorem.Piring. in jus can.lib.*5.*tit.*12.*n.*77. *&* 81.,*Engel. eod. loc.n.*55.*Reiffenstuel.n.*146.,*&* 154.*Smalzgrueber*
§.2.*n.*36.,

§.2.*n*.36., attamen in irregularitatem incidit, qui se defendendo ab injusto Aggressore moderamen, utajunt, inculpatæ tutelæ, non servat, quemadmodum ex literali *Text. in cap. Ut famæ* 35. *de sent. excomm. & in cap. Si vero eod. tit.* firmant *Gloss. in cap.* 18. *de homicid. verb. Moderamen., Abb. ibid. num.*9. *Piring. in jus can. lib.* 5. *tit.* 12. *num.*92. *Reinffenstuel. eod. loc. num.*134. *Smalzgrueber ibid.*§.2. *a n.*30. *ad* 39.

Quibus ita retentis, duo Sacri Concilii Tridentini Decreta ad rem, de qua agitur, potissime spectant, alterum scilicet *in sess.* 14. *cap.*7. *de ref.* ita conceptum -- *Cum etiam, qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari avelli debeat, qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiamsi crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad Sacros Ordines promoveri possit, nec illi aliqua ecclesiastica Beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferre liceat; sed omni Ordine, ac Beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo careat; Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi reppellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad Sacrorum Ordinum, & Altaris ministerium, & Beneficia quæcumque, ac Dignitates jure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci Ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui, nonnisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis nec aliter dispensare possit*, alterum vero *in sess.*24. *cap.*6. *de ref.* hisce verbis expressum, *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio occulto, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare*; ex his quippe Tridentini Decretis colligunt Doctores, Episcopum ceteroquin dispensare prohibitum ab irregularitate ex homicidio voluntario contracta, sive illud publicum fuerit, sive occultum, posse quidem dispensationem elargiri, si agatur de homicidio ob vitæ defensionem absque moderamine inculpatæ tutelæ perpetrato, sed eo tantum in casu, quo homicidium ipsum sit occultum, secus vero si publicum, vel ad forum contentiosum fuerit deductum, ut, aliis adductis, notant *Barbos. in Concil. d. sess.*24. *cap.*6. *n.*32. *& de offic. & potest. Episcop. part.*2. *alleg.*39. *a num.* 53. *Ugolin. de irregularit. cap.* 33. *num.*4., *& de offic. Episc. cap.*57. §.2. *n.* 4. & 6. *Gallemart. in Collect. ad Concil. sess.*14. *cap.*7. *de ref. Monacell. part.*4. *n.*24. *&* 25. *pag.*325.

Circa II. vero Dubium, in quo petitur Apostolica dispensatio, quatenus Orator ea indigere judicetur, ut possit ad Beneficia, & Dignitates concurrere, notandum est in facto, eundem Oratorem, non ex industria, aut ex insidiis, sed ab Aggresoribus ultro impetitum perpetrasse homicidium, non ab eo datam rixæ causam, Fisco, & Parti læsæ statim, edita sententia, satisfecisse, post patratum homicidium vixisse laudabiliter, atque ab eo die undeviginti annos jam fuisse præterlapsos, ita ut ejusdem homicidii memoria prorsus ex temporis diuturnitate evanuerit; concurrentibus quippe hujusmodi circumstantiis, similes dispensationes solent Homicidis etiam magis delinquentibus benigne concedi, juxta laudabilem Sacri hujus Consessus stilum, de quo testantur *Fagnan. in cap. Henricus n.* 31. *de Cleric. pugn. in duell., Ursaya tom.*3. *part.* 2. *discept.* 7. *in fin.*, & constat ex nonnullis

Reso

Resolutionibus relatis *per Fargn. de jurepatr. part. 1. can. 5. cas. 11. n. 45. & seqq.*

His itaque perspectis una cum Vicarii Capitularis Relatione, rescribendum erit.

I. *An Sebastianus Passanha de Torres possit coucurrere ad Dignitates, & Beneficia ecclesiastica absque dispensatioue Apostolica*; & quatenus negative.

II. *An eidem Sebastiano veniat coucedenda dicta dispensatio in casu &c.*

Sess. 14. c. 7. & Sess. 24. c. 6. de ref.

URBINATEN. LEGATI. Inter cetera, quæ Antonius Michelori in testamentariis tabulis sub annum 1706. conditis, & post ipsius obitum anno 1717. secutum, apertis, injunxit Executoribus ibidem deputatis, hoc præscriptum legitur -- *Item voglio, che subito seguita la mia morte, quanto più presto si potrà, da miei Signori Essecutori testamentarii si faccia vendere la mia libraria ogni volta che se ne trovi prezzo ragionevole, che deve essere circa mille scudi della nostra moneta d' Urbino, avendomene volsuto dare scudi 945. il Carlieri Libraro in Firenze anche col concedermi la riserva d' alcuni pochi di essi libri legali, e delli altri non legali, ed avendola io in appresso piutosto accresciuta, che diminuita in conto alcuno, e voglio che il prezzo, che se ne caverà, s' investa in Beni stabili cauti, e sicuri, e se far si potrà, in un Podere tutto unito, e del frutto dì esso si celebrino annualmente tante Messe in perpetuo, quante saranno tassate dall' Ordinario a ragione di un giulio Papale per Messa secondo la mia intenzione all' Aleare Maggiore della Chiesa de PP. Carmelitani &c. e sin tanto, che non sarà venduta detta Libraria, e fatto l' instrumento sudetto, voglio, che i miei Eredi siano obligati a far celebrare a d. Altare quattro Messe la Settimana coll' elemosyna di un giulio Romano per Messa da prendersi da' frutti de' miei Beni.*

Cum autem memorati Executores testamentarii negligerent executioni demandare præmissam Antonii dispositionem, Annibal Michelori Testatoris Fratris filius, & hæres institutus, elapsis jam duobus annis a die, quo Testator objerat, ne onere celebrari faciendi d. quatuor Missas qualibet hebdomada diutius graveretur, primum instetit coram Archiepiscopo, ut Bibliotheca a Testatore relicta, prævia Edictorum affixione ei, qui plus obtulisset, venderetur, deindeque exponens Sacræ huic Congr. nonnisi summam scutorum 250. intra terminum in Edictis præfixum oblatam fuisse, supplex postulavit declarari, quod ipse pro constituenda summa scutorum mille a Testatore designata, neque ex Bonis propriis, neque ex hæreditariis quidquam contribuere teneretur; At Sac. Congregatio, præhabita Archiepiscopi relatione, sub diem 23. Julii 1729. rescripsit eidem Archiepiscopo, ut, prævia nova Edictorum affixione, ad alienationem Bibliothecæ favore majoris Oblatoris procederet, pretiumque retrahendum in aliquo capitali tuto juxta Testatoris mentem investiri, illiusque fructus in celebrationem Missarum cum eleemosyna ab eodem Testatore taxata erogari mandaret; num vero Hæres obstringendus esset ad supplementum, peculiari examine discuteretur, interea tamen declaravit, hæredem teneri tot Missarum celebrationem persequi quot, citatis omnibus interesse habentibus, deductis fructibus investimen-

ſtimenti faciendi deficiant ad complendum numerum quatuor Miſſarum in hebdomada.

In obſequium hujus Reſcripti,præmiſſa non ſolum Urbini,ſed etiam in pleriſque ejuſdem Provinciæ Civitatibus Edictorum affixione, vendita demum fuit enunciata Bibliotheca majori, quod oblatum eſt, pretio ſcutorum 452. illius monetæ in annuum cenſum ſubinde inveſtito.

His ita peractis, neglexit Annibal urgere propoſitionem Dubii, quod Sac. Congr. diſputari mandaverat;quapropter,ipſo nuper defuncto, Magdalena ejus uxor veluti Mater,& Tutrix Filiarum ab eodem Annibale ſuſceptarum,ut obtineat expediri a prefato onere celebrari faciendi ſingulis hebdomadis quatuor Miſſas,citatis omnibus intereſſe habentibus cauſam in hodierno Conſeſſu definiri poſtulat.

Bina ſunt præcipua rationum momenta, quibus ipſa contendit,nihil ex Bonis propriis Annibalis,vel ex hæreditariis Antonii Teſtatoris ſupplendum eſſe; alterum, quod Teſtator dictam Bibliothecam vendi, illiuſque pretium in tot Bonis ſtabilibus inveſtiri præcepit, deindeque tot Miſſas ſtatuit ex annuo eorum proventu celebrandas eſſe; inde enim arguit,locum ſibi vindicare regulam paſſim admiſſam, quod,ubi diſpoſitio non ab onere, ſed a rei deſignatione incipit, nihil hæres ultra pretium rei deſignatæ ſupplere teneatur, juxta vulgatam diſtinctionem, quam cum aliis tradunt *Tondunt. QuæſtBenef. t.2.p.3.q.162.n.5.*,*Paſqualig. deSagrific.nov. leg.tom.2.quæſt.*1023., & paſſim ſequitur Sac. hæc.Congr.;alterum vero,quod Annibal hæres non fuit a Teſtatore oneratus,ut ſcuta mille ex ſua hæreditate detraheret,eaque in Bonis ſtabilibus pro annua tot Miſſarum Celebratione inveſtiret, ſed Executoribus teſtamentariis injuncta fuit ſæpedictæ Bibliothecæ alienatio,pretiique inde retracti inveſtimentum,adeo ut, his jam expletis, parvipenſa mentione valoris, quem Teſtator Bibliothecæ ſuæ attribuit, nullo ulteriori onere gravetur Hæres, *Gratian. diſcept.foren. cap.*620.*num.*23.,*Card. de Luc. de donat. diſc.*52.*num.*6.,*Rota dec.*62.*n.* 29.*par.*11. *rec.*, *&* *dec.* 433. *cor. Cerro, in Romana Supplementi, & Applicationis* 11. *Junii* 1731. *cor. Eminentiſſimo Aldrovando*, & conſentaneè ad hæc ita etiam pluries reſolutum fuit ab hac Sac. Congr., & ſignanter *in Romana Supplementi Concordiæ, & reintegrationis* 28. *Novembris* 1733. *ad I. Dub.*

Verumtamen Oratricis petitioni plurimũ officere videntur ea,quæ Archiepiſcopus ſententiam ſuam aperiens in dicta Relatione uſque ab anno 1732.tranſmiſſam ponderavit hiſce verbis--*Et quamvis Orator plura adauceret ad ſe de dicta Bibliothecæ notabili deterioratione juſtificandum illud præſertim temporis intercapedinis inter conditum Teſtamentum, & mortem Teſtatoris, necnon librorum pretia hac noſtra tempeſtate non mediocriter diminuta,ac inſuper duorum virorum informes fides atteſtantium in genere de libris tantum legalibus de tempore Teſtatoris,reſultare videntur tamen contra Oratorem valde graves, & malæ præſumptiones,latæque culpæ adminicula;nam inſpectis melius Actis, totoque rimato Proceſſu nullibi apparet fuiſſe confectum Inventarium,ſed biennio poſt aditamhæreditatemnulla adhibita ſolemnitate,nulla legali formaſervata,nec minus cum interventu Notarii,nemine-*

mineque tinere∫∫e habentium vocato, nec ip∫is Executoribus te∫tamentariis confecta fuit ∫olũ quædam privata notula eorumdẽ librorũ legaliũ; Hinc ∫uper expo∫itis detegendo imbecillum animi mei ∫en∫um, putarem, Hæredem teneri ad ∫upplementum de proprio u∫que ad integram quantitatem ∫cutorum 1000. *nam neglecto ab eo novi∫∫imo legis beneficio præ∫ervativo ab illis malis, & præjudiciis, quibus alias de jure veteri hæres erat obnoxius, ∫ubintrare po∫∫e videtur actionum confu∫io, & de proprio obligatio; alias ∫i ex Bonis hæreditariis demandaretur ∫uppletio, hæreditas ad alios hæredes vocatos diminuta ∫ine eorum culpa deveniret; idque con∫iderabilius, quod hujusmodi hæredes non ∫unt ∫impliciter honorati; Te∫tator enim, factis pluribus ∫ub∫titutionum gradibus ultimo loco vocato Conventu Religionis Carmelitarum, mandavit, ut quou∫que aperiretur ∫ub∫titutio favore Cau∫æ piæ, hæredes vocati, excepto Oratore, teneantur u∫que ad tertiam partem ex propriis Bonis adaugere ip∫am hæreditatem.*

Omnibus itaque perpen∫is, dignabuntur EE. VV. re∫cribere.

An hæres Antonii Michelori teneatur ad ∫upplementum legati, vel de proprio, vel ex Bonis hæreditariis in ca∫u &c.

Die Sabbathi 16. Martii 1737.



Eci∫ionem a ∫umma Eminenti∫∫imorum Patrum ∫apientia expectant Dubia, quæ in quatuor ∫equentibus Cau∫is die 9. labentis Men∫is di∫cuti nequiverunt; quocirca dignabuntur, Folium tunc di∫tributum re∫umere, ac ponderatis iis, quæ tam in facto, quam in jure adnotata ∫unt, re∫pondere.

Se∫∫. 24. c. 18. Se∫∫. 25. c. 9. de ref.

SPOLETANA PAROCHIALIS.

An præ∫entatio facta per Communitatem Ca∫tri Lacus favore Dominici Felicangeli ∫it exequenda, itaut dicto Felicangeli veniat in∫tituendus in ca∫u &c.

Affirmative.

Se∫∫. 22. Dec. de ob∫erv. & evit. in celeb. Mi∫∫.

ASCULANA IN APULIA CELEBRATIONIS MISSARUM.

An ∫it locus celebrationi Mi∫∫arum, & Anniver∫ariorum faciendæ a Fratribus S. Augu∫tini tam pro præterito, quam in futurum ad formam Decreti Sac. Congr. editi ∫ub diem 25. Septembris 1700. in ca∫u &c.

Affirmative, & amplius.

ELBO-

ELBOREN. IRREGULARITATIS. *Sess. 14. c. 7. & Sess. 24. c. 6. de Ref.*

I. *An Sebastianus Passanha de Torres possit concurrere ad Dignitates, & Beneficia Ecclesiastica absque dispensatione Apostolica*; & quatenus negative.

II. *An eidem Sebastiano veniat concedenda dicta dispensatio in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Affirmative prævia dispensatione Apostolica quo ad Ordines.

URBINATEN. LEGATI. *Sess. 14. c. 7. & sess. 24. c. 6. de Ref.*

An hæres Antonii Michelori teneatur ad supplementum legati, vel de proprio, vel ex Bonis hæreditariis in casu &c.

Teneri de proprio ad supplementum legati usque ad summam Ducatorùm septuaginta monetæ Urbini.

SPOLETANA JURIS ASSISTENDI MATRIMONIIS. Resolutio hujus Causæ in Congr. die 1. Decembris proxime præteriti ad primam post Reges dilata ad præsentem, ita inixe postulante Rectore Matricis Ecclesiæ, protracta est. Resumpto itaque Folio ea die distributo, onus erit EE. VV. definire. *Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

PLACENTINA. Causa hæc, in qua die 1. Septembris superioris anni rescriptum fuit, Breve, de quo agitur, esse exequendum, facta postmodum testamentariis Executoribus potestate, jura sua iterum experiendi, ad novam trutinam hodie revocatur sub Dubio. *Sess. 22. c. 6. & sess. 25. c. 4. de ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

PISTORIEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. Postulantibus testamentariis Executoribus, ut pia dispositio a Carolo Francisco Maria Cellesio Cathedralis Ecclesiæ Præposito ita concepta, *Sostituisco a d. mio Fratello in d. mia eredità l' anima mia, ed Essecutori di d. mia volontà lascio quelli, che nominerà il medesimo mio Fratello, acciò di detta eredità, e de' suoi frutti annui faccino tanti suffragi per d. anima mia, e de' miei Antenati, e Posteri, e dell' entrate annue quelli medesimi faccino tre parti, la prima per suffragio, come sopra, la seconda per mantenimento di detti frutti, e Beni, e la terza per l' augumento di detti frutti* -- hunc in modum commutaretur, nimirum quod duæ, vel tres ad summum Missæ singulis diebus celebrarentur in suffragationem animæ Testatoris, reliqui vero proventus in alia pia opera erogarentur, necnon summa scutorum bis mille ex venditione mobilium, & domus hæreditariæ retracta in quoddam opus vulgo nuncupatum, *Valico da seta*, investiretur, Sacra Congr. *Sess. 25. c. 4. de ref.*

sub diem 11. Septembris 1734. ad Dubium -- *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis bon. mem. Præpositi Cellesii in casu &c.*, rescripsit, *Quod Bona hæreditaria negative, & servetur mens Testatoris; quo vero ad scuta 2000. investian tur in stabilibus.*

At reproposita Causa ad instantiam eorumdem Executorum sub consueto Dubio -- *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*, die 20. Novembris ejusdem anni prodiit Resolutio -- *Quoad scuta 2000. in Decisis, in reliquis prævio recessu a Decisis, consulendum esse Sanctissimo pro commutatione voluntatis juxta modum, & pro hujusmodi effectu scribatur Episcopo juxta instructionem* -- quæ fuit, ut idem Episcopus accurrate referret statum hæreditatis Cellesiæ, necnon exponeret pium opus, in quod veluti Pauperibus magis utile, & proficuum petita voluntatis commutatio fieri posset.

Huic itaque Rescripto obsequens Episcopus notulam assis hæreditarii, qua constat, annuum illius reditum ad summam scutorum 561. ascendere, transmisit, retulitque, pium opus, in quod Testatoris dispositio queat commutari, illud apprime utile, & necessarium fore, si ex dicto annuo reditu pia aliqua Domus, in qua Puellæ periclitantes recipiantur, ibique muliebria opificia addiscentes in Matrimonium postea collocari possint, erigatur, quidquid inde supererit, posse Orphanatrophio jam instituto subministrari, ut tot pauperes Orphani ibi alantur supra numerum eorum, qui antea recipi consueverunt, & demum pro Fabrica Hospitalis S. Gregorii posse tradi scuta mille, juxta petitionem postmodum in Sac. Congr. nomine Administratoris ejusdem Hospitalis factam, ita tamen aut eadem summa in Sacro Monte Pietatis deponatur, indeque absque Executorum consensu, & nonnisi inchoata Fabrica, in cujus usum prædicta summa scutorum mille est eroganda, nequeat amoveri.

Verum quia memoratus Episcopus contendebat, sibi tribuendam esse omnimodam hæreditatis Cellesiæ administrationem, necnon postulabat, decerni ut post obitū præsentiū Executorū sibi liceret Locum Pium instituendum regere, adhibitis dumtaxat in sui adjutorium, & consilium duobus de Capitulo, & aliis duobus de numero Nobilium Civitatis; contra vero Executores non solum Episcopi instantiæ sese opponebant, sed etiam efflagitabant, sibi impertiri facultatem, ut unusquisque eorum posset in demortui locum alium sufficere, vel saltem declarari, quod duo ex Nobilibus Civitatis ab Episcopo eligendi deberent esse Laici, & demum PP. Jesuitæ in scenam quoque prodeuntes controversiam excitarunt super eleemosyna sibi pro onere Missæ quotidianæ in ipsorum Ecclesia celebrandæ solvenda, quam ad rationem perpetuæ, non autem manualis præstandam esse, asserebant; idcirco, instauratis per sæpedictos Executores precibus super enunciata voluntatis commutatione, relataque eorum instantia inter supplices libellos, die 7. Julii mox elapsis anni demandatum fuit, ut pro maturiori totius negotii definitione Causa iterum in Folio proponeretur.

Jam vero, cum Episcopus in Literis, quas nuperrime ad Sac. Congr. dedit, iterum confirmet, opus magis pium, utile, & necessarium fore illud, quod supra enunciatum est, referatque, controversiam inter dictos

ctos PP. Jesuitas, & testamentarios Executores exortam super erectione Cappellaniæ perpetuæ, & respective super solutione eleemosynæ ad rationem perpetuæ, & non manualis per solemnem concordiam extinctam fuisse, suam vero sententiam esse, ut regimen, & administratio piæ Domus instituendæ ad præfatos Executores, donec vixerint, pertineat quidem, sed juxta leges ab Ordinario in illius erectione præscribendas, & salva ejus authoritate circa redditionem rationis; eisdem autem Executoribus defunctis, sub omnimoda Episcopi jurisdictione dicta pia Domus privative regatur, superest modo, ut EE. VV. pronunciare dignentur.

An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis juxta votum Episcopi in casu &c.

Affirmative juxta modum.

MANTUANA JUBILATIONIS. In testamentariis tabulis sub diem 13. Martii 1666. conditis Joannes Romagnoli Præpositus Cathedralis Ecclesiæ duo hæc legata reliquit, alterum nempe ita conceptum -- *Per ragion di legato, ed a maggior gloria & onor di Dio lascio, che dall' infrascritto mio Erede sieno fatte celebrare nella Chiesa Cattedrale sudetta all' Altar Maggior in perpetuo ogn' anno due Messe solenni con Musica pro gratiarum actione a Dio per li continui Benefizi, e grazie, che concede all' Uomo, e particolarmente a tutto il Popolo Mantoano, ordinando, che ne sia celebrata una un giorno della prima settimana intera di Quaresima, e l' altra in un giorno della settimana immediatamente seguite le Feste della Pentecoste, nelle quali due Messe solenni, ordino, e voglio, che sia distribuito l' annuo frutto di ducento Doppie, che si ritrovano sul Monte di Pietà di mia Ragione, e che in tutto di Doppie dieci, cinque Doppie cioè per cadauna Messa nella seguente forma, tre Lire al Celebrante, venti Soldi a ciaschedun Assistente, sei Candele di tre oncie l' una per l' Altare una Doppia, e mezza per la Musica, & il rimanente sino alla somma delle cinque Doppie, voglio, sia distribuito egualmente a tutti quelli che resederanno attualmente, e formalmente nel Coro nel tempo, che sarà celebrata ciaschedùna delle dette due Messe, ne quali residendi sieno anche compresi il Celebrante, ed assistenti sudetti, e che entrino con gli altri residenti egualmente, oltre l' assegnatoli come sopra* -- alterum vero hisce verbis expressum -- *Per ragione, come sopra, lascio, che il residuo de frutti &c. detratte le sudette Doppie dieci, & entrata, che annualmente si caveranno da miei Beni tanto stabili, quanto denari, sieno questi distribuiti egualmente a tutti quelli, che formalmente, ed attualmente assisteranno, e resideranno al Coro in detta Cattedrale a Divini Officii nelli Mesi di Agosto, e Settembre di ciaschedun anno, volendo, ed espressamente commandando, che la distribuzione sia fatta super signa, e non in altra forma &c.*

Contendente autem Antonio Cappellari memoratæ Cathedralis Archidiacono, qui nuper ob servitium continuo, & laudabiliter spatio quadraginta, & ultra annorum Ecclesiæ præstitum Jubilationis indultum ab hac Sac. Congr. impetravit sub consueta clausulas, quod, *quamvis imposterum non inserviat, nihilominus omnes fructus, & distributiones sui Archidiaconatus percipere valeat, perinde ac si Choro, &*

Divinis Officiis personaliter interesset -- ea quoque emolumenta sibi deberi, quæ ex enunciatis binis Legatis Præpositi Romagnoli ceteris Canonicis obveniunt,& contra authumante Capitulo,ipsum non esse ad illorum participationem admittendum, tum ob contrariam Testatoris voluntatem,tum,& eo magis,quia Canonici legittimo licet infirmitatis impedimento detenti,quominus possint solemni dictarum Missarum celebrationi interesse, Ecclesiæque duobus Mensibus Augusti,& Septembris inservire,nunquam hactenus ex controversis emolumentis participare consueverunt,delata fuit quæstionis inde exortæ cognitio ad hunc Sacrum Consessum, in quo proinde disceptari contingit Dubium,quod inferius discribetur.

Præcipuum istius controversiæ momentum in eo sistere posse videretur,num sæpedictus Præpositus Romagnoli ex verbis illis,ut supra, in priori legato adjectis -- *voglio, sia distribuito egualmente a tutti quelli,che risiederanno attualmente e formalmente nel Coro nel tempo, che sarà celebrata ciascheduna delle dd. due Messe* -- necnon ex aliis in altero legato appositis ibi -- *siano questi distribuiti egualmente a tutti quelli,che formalmente,ed attualmente assisteranno e resiederanno al Coro in detta Cattedrale a Divini Officii nelli Mesi di Agosto,e Settembre di cadaun' Anno, volendo, ed espressamente comandando, che la distribuzione sia fatta super signa* -- vetuerit,ne dd. emolumenta tradantur Canonicis illis,qui, vel jubilationis indulto muniti, vel legitimo impedimento detenti celebrationi dictarum Missarum non intersunt,& Mensibus Augusti,& Septembris Ecclesiæ servitio non incumbunt; tametsi enim Canonico jubilationis Indultum habenti illud suffragetur non solum ad lucrandas distributiones ordinarias,sed etiam ad percipienda quæcumque alia emolumenta, uti communiter tradunt -- *Pignatell. tom.3.consult.*19., *Monacell. tom.2.tit.*13. *form.*2,*n.*76.,*Scarfant. ad Cecoper. lib.*2.*tit.*6.*n.*17.,*& tit.*11.*n.*26., *& seq.*,& consonant Rescripta edita in *Aquilana Servitii* 27. *Septembris* 1659. *lib.* 21. *Dec. pag.* 772. *ad II. Dub. Romana Jubilationis* 29. *Januarii. &* 5. *Martii* 1678. *lib.*30. *Dec. pag.*16.,*&* 36., *& in Perusina* 17. *Jul.*1688. *lib.* 38. *Decr. pag.* 326. -- attamen id locum sibi non vindicat in Anniversariorum emolumentis,aliisque obventionibus,in quibus diversimode fuerit a Testatoribus dispositum,juxta Resolutiones ab hac Sac. Congr. editas in *Novarien. Jubilationis*, ubi, disceptato hoc Dubio, *An Canonici Jubilati vigore Brevis præfati frui debeant emolumentis Anniversariorum,quæ fiunt intra annum,quamvis non assistant,itaut sit standum,vel recedendum a Decisis*, die 29. Novembris 1681. responsum fuit *In Decisis quoad Anniversaria fixa, & in quibus non est cautum a Testatoribus, ut Interessentes tantum participent*,ut in *lib.*32.*Decr.pag.*44.,*& in Lunen. Sarzanen. Jubilationis*, in qua,propositis tribus hisce Dubiis, *I. An vigore Jubilationis,de qua agitur,debeatur Canonico licet non intervenienti portio emolumentorum provenientium ex Anniversariis fixis. II. An debeatur portio emolumentorum provenientium ex Funeralibus,& Anniversariis incertis,& extraordinariis. III. Etiam in casu,quo a Testatore dispositum reperiatur,nihil lucrari debere eos,qui non sint præsentes*, die 30. Septembris 1684. rescriptum fuit,*Ad I. affirmative. Ad II. & III. negative.*

Verum-

Verumtamen, quia, dum hæc adnotabantur, compertum est, quod in alia *Mantuana Distributionum*, ubi præcise actum fuit de memorata dispositione Præpositi Romagnoli, disceptato hoc Dubio -- *An Infirmis, & detentis in actuali servitio Cathedralis debeatur distributio Legati facti a Præposito*, die 31. Julii 1694. prodijt Resolutio, *Negative, ut in lib.* 44. *Decr. pag.* 357.; grave non erit EE, PP. decidere.

An Archidiaconus Antonius Cappellari vigore Indulti Jubilationis debeat participare ex emolumentis a Præposito Romagnoli relictis in casu &c.

Negative, & amplius.

PISTORIEN. INDULTI. Cum Joannes Baptista Sozzifanti Canonicatum, quem a triennio circiter in Cathedrali Ecclesia obtinet, favore Josephi Mariæ germani Fratris Canonici Regularis Lateranensis, necnon Abbatis Monasterii S. Bartholomæi in manibus Summi Pontificis resignare intendat, ne forsan ad residentiam, quam studiorum causa hactenus absens nunquam præstitit, se transferre compellatur, supplicatio in eum finem Sanctiss. D. N. porrecta ad hanc Sac. Congr. fuit ab Eminentissimo Pro-Datario remissa; Quocirca, concordato Dubio inferius discribendo memoratus Abbas Joseph Maria, præhabita sui Superioris licentia, allataque Episcopi Relatione votis suis conformi, ex rationum momentis circa capacitatem Canonicorum Regularium Lateranensium ad secularia Beneficia obtinendum fusius adductis, pluribusque congestis similium Indultorum exemplis affirmativum Rescriptum sibi pollicetur. *Sess.* 24. *c.* 3. *de Ref.*

Sane, quod attinet ad assertam capacitatem Canonicorum Regularium Lateranensium obtinendi Beneficia secularia, communior Canonistarum opinio est, ipsos eam sibi asserere non posse, adeo ut pro assequendis Canonicatibus, aliisque Beneficiis secularibus, ac præsertim iis, quibus animarum cura non sit adnexa, Pontificia indigeant dispensatione, uti, paucis exceptis, ex *Text. in can. Placuit.* 16. *quæst.* 1., & *in cap. Super eo de Regular.* late propugnant ibidem Scribentes, inter quos *Fagnan. in cap. Quod Dei timorem n.* 18. *de Stat Monach.*, *Piring. in jus can. lib.* 3. *tit.* 35. §. 2. *n.* 18., *Garz. de Benef. part.* 7. *c.* 10. *n.* 28., & 29., *Tondut. quæst. Benef. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 26., *Navarr. cons.* 11. *n.* 6. *lib.* 3. *de Stat. Monac.*, *Bellamer. decis.* 172. *tit. de Præben.*, & late *Eminentiss. Petra in suis Commentar. ad Constit.* 1. *Anastasii IV. sect. unic. a n.* 31. *t.* 2.

Ejusmodi autem Dispensationes, sive Indulta etiam ad Beneficia curam Animarum habentia qua de causa, quibusve sub conditionibus impertiri, expediat, præscripsisse videtur Sac. Congr. Episcoporum, & Regularium negotiis præposita in Decreto sub Clemente X. die 18. Martii 1671. edito, ubi ita concluditur -- *Quapropter ad hujusmodi dubitationes explicandas, & controversias definiendas, atque ut magis accurata disquisitione eorum Canonicorum spiritus, & vocatio dignoscatur, qui, dum in tranquillitate Montis Sion Cœlestium contemplatione suavissime pascuntur, ad frangendum in Valle lacrymarum panem Parvulis* (*videlicet e Claustro ad Regimen descensuri Parochialium*) *invitantur*: *Sac. Congr. Eminentissimorum Cardinalium negotiis, &*

Con-

Consultationibus Episcoporum,& Regularium præposita,re mature examinata, atque audito P. Procuratore Generali dictæ Congr. Lateranensis, speciali sibi authoritate per. SS. D. N. Clementem Papa X. vivæ vocis oraculo attributa,declarat,statuit, atque decernit, ut in posterum futuris perpetuis temporibus nemo ex Canonicis Regularibus Ordinis S. Augustini Congr. Lateranensis, quamvis non translatus, ad Curam Animarum in Ecclesiis Secularibus etiam de Jurepatronatus in perpetuum, seu ad tempus quocumque titulo exercendam admittatur, nisi præter Abbatis Generalis licentiam, expressum quoque Sedis Apostolicæ Indultum accedat, quod juxta Sacrorum Ministrorum penuriam,& prout Animarum postulabit utilitas,in contingentibus Casibus concedatur; Itaut qualibet collatio,Institutio,& deputatio in favorem hujusmodi Canonicorum aliter facta,irrita prorsus, atque inanis censeatur, & sit; ac nulla etiam triennali longior possessio iisdem suffragetur. Canonicus vero,cui ejusmodi concessum fuerit Indultum ad mentem præfati Innocentii III. (si commode fieri posit) socium unum ex suo Ordine,& Congr. secum habeat,cujus in iis,quæDei sunt,& Regularis observantia,tam in Consortio,quam solatio perfruatur.

Quia vero non desunt exempla Indultorum,si dispensationum Canonicis RegularibusLateranensibus pro assequendis etiamCanonicatibus quocunque licet Animarum curæ onere destitutis concessarum,nulla adjecta sive Religiosis habitus,sive Socii conditione,quæ quidem, vel ad Episcoporum instantiam, vel ex justa causa ad formam præmissi Decreti prodiisse censenda sunt,uti, prævio Sac, hujusCongr. consilio, contigit in una *Bononien Indulti* 18. Septembris 1723., in qua simile Dubium disceptatum fuit;idcirco onus erit EE. VV. circumstantias in præsenti themate occurrentes perpendere, prudenterque de more deliberare.

An sit indulgendum Josepho Mariæ Sozzifanti Canonico Regulari Lateranensi pro assecutione Canonicatus Secularis in Ecclesia Cathedrali Pistoriensis in casu &c.

Negative.

Die Sabbathi 30. Martii 1737.



NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Ad-versus Resolutionem, qua sub die 18. Aprilis anni mox elapsi denegata fuit Fratri Josepho Mariæ Macri Tertii Ordinis S. Francisci petita in integrum restitutio, reclamat in hodierno Consessu idem Frater ad novæ audientiæ beneficium pridem admissus, & existimans, Professionem suam irritam esse ex Novitiatus interruptione, ex vi, & metu sibi a Patre incussis, necnon ex eo, quod nulli Conventui fuerit adscriptus, propugnat

gnat, eam tacite ratificatam censeri non posse, tametsi Prioris munus assumpserit, illudque per aliquod temporis intervallum exercuerit; tum quia post Professionem plures ab ipso fuerunt emissæ de illius invaliditate protestationes; tum quia, adhuc vivente Patre, duraverit causa metus; tum demum quia munus Prioris non sponte, sed jussu Patris Generalis susceperit, juxta testimonium, quod in hæc verba perhibent duo Religiosi ejusdem Ordinis -- *Attestiamo, come nell' anno* 1709. *avendo rinunciato il Priorato di detto Convento il Padre Innocenzo Santo Martino, quello fù dato al P. Giuseppe Magri dal Reverendissimo Padre Generale, senza che detto Padre Giuseppe l' avesse domandato, ma li fù comandato, che avesse esercitato detto officio* --, atque ex his omnibus juxta Dubium, quod inferius describetur, recessum a decisis obtinere confidit,

Præterea, quæ in Folio sub dictam diem 18. Aprilis distributo circa assertam Professionis invaliditatem fuerunt exposita, quod attinet ad titulum in defectu filiationis constitutum, referendum occurrit Decretum ab hac Sacra Congregatione editum, & a san. mem. Benedicto XIII. approbatum in *Causa Ordinis Minorum Conventualium*, in qua, cum plerique ex Religionis Ordinis Minorum Conventualium contenderent, Professionem suam invalidam esse ob defectum legitimæ filiationis, Sacra Congregatio die 26. Jan. 1726. *censuit, non esse admittendas instantias nullitatis Professionis ex capite nullitatis Filiationis, ac supersedendum esse in confectione Processuum, si qui forte incepti essent super nullitate Professionis ex dicto capite*, -- ut in *lib.* 76. *Decr. pag.* 51. *& seq.*

Ad tacitam vero controversæ Professionis ratificationem, quam Orator ex præmissis facti circumstantiis satis exclusam contendit, duo spectare videntur ponderatione digna; primo, quod Testes inducti deponunt dumtaxat, Oratorem intra quinquennium plures emisisse protestationes, neque aliud affertur documentum, quo constare possit, num post dictum quinquennium spatio aliorum subsequentium annorum de violentiis sibi ad extorquendam Professionem illatis unquam doluerit; sicuti autem Religiosus Professionem suam tacite ratificare præsumitur, ubi per quinquennium a die Professionis adversus eam non reclamet, nec de illius invaliditate protestetur, ita perpendendum est, an eadem ratam habuisse censeatur, quotiescumque post dictum quinquennium siluerit; secundo, quod, licet ex memorato duorum Fratrum testimonio habeatur, munus Prioris a P. Generali commissum fuisse Oratori illud minime postulanti, dum tamen nihil penitus affertur, unde constet, eumdem Oratorem, sive præmissa aliqua protestatione, sive patefacta, vel levi animi repugnantia munus illud acceptasse, atque exercuisse, non immerito coniicere liceat, tunc temporis Oratorem Religionis jugo jam acquievisse, proindeque Prioris munere perfungentem qualemcumque Professionis, si forte præcessisset, defectum, tacito in eam consensu voluisse convalidare.

Et quamvis, vivente eo, qui Professionem vi, metuque extorsit, omnes actus per Professum, nulla etiam præmissa protestatione, gesti veluti ex eadem metus causa promanantes nullam inducant tacitam Professionis ratificationem; attamen, quia protestationes, etiam

etiam dur ante causa metus, præmitti debent, quando id tuto fieri possit coram probis viris, *Fagnan. in cap. Perlatum. n.10. de his, quæ vi.*, atque itidem in facto constat, Oratorem antea similes protestationes extrajudiciales libere emisisse, nullam vero ante dicti Prioratus acceptationem, in id quoque intendendum videtur, num ejusmodi taciturnitas aliquod Oratori impedimentum paraverit, quominus petitam in integrum restitutionem obtineat.

His itaque pensatis, dignabuntur EE. VV. deliberare.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata, & coadjuventur Probationes, & Frater Marci statim redeat ad Claustra suæ Religionis.

Sess.7. c.7. Sess.14. c.10. de Reform. & Sess.26. c.11. de Regul.

CONSTANTIEN. Cum Magnus Prior Alemaniæ Ordinis Hierosolymitani, prævio examine, & approbatione Commissarii Curiæ Episcopalis Constatiensis in Oppido Friburgi commorantis, curam quinque Parochialium Ecclesiarum, nimirum *Heitersheim*, *Griffen.*, *Bremgastem*, *Schlat*, *& Espach*, quæ ad magnum illius Prioratum spectant, nonnullis Religiosis ex Seraphico Ordine Minorum Conventualium commisisset; contra vero Episcopus Constantiensis contendens, sibi solvi debere nonnullas Taxas ex prædictis Ecclesiis, necnon authumans, dictos Regulares non fuisse legitime ad curam Animarum approbatos, primum præcepisset, dictas Taxas sibi præstari, atque eosdem Patres novo subiiciendos esse examini; deindeque, posthabita appellatione, quam interposuerat Magnus Prior, obtinuisset ab Austriæ Regimine præfici eidem Magno Priori terminum quatuor dierum pro sui decreti executione, eoque vix elapso, neglectaque insuper inhibitione Nuncii Apostolici apud Helvetios residentis a Magno Priore expedita, proventus dd. Ecclesiarum mancipari, atque præfatos Fratres ab earum cura, & regimine exulare jussisset sub eo præsertim fundamento, quod curæ ejusmodi Ecclesiarum præficiendi sint Presbyteri seculares, non autem Regulares, juxta Resolutionem hujus Sacræ Congregationis sub annum 1667. editam hisce verbis -- *Bajulivi S. Ordinis Hierosolymitani Cappellanos ad curam animarum exercendam collocare non possunt, nisi prævia Episcopi approbatione, qui, ut ejusmodi cura per Sacerdotes Regulares exerceatur, permittere, nec potest, nec debet*, exorta hinc fuit inter eosdem Magnum Priorem, & Episcopum acerrima controversia, quæ in Supremo hoc Tribunali proposita sub tribus hisce Dubiis: I. *An sit exequenda Resolutio diei 14. Jan. 1667., itaut liceat Episcopo Constantiensi amovere Regulares exercentes curam animarum*. II. *An constet de attentatis, itaut sint reficienda damna, & interesse*. III. *An Episcopo Constantiensi debeantur Taxæ in casu &c.* die 20. Nov. 1734. decisa fuit mediante Rescripto: *Ad I. Affirmative. Ad II. Constare de attentatis. Ad III. Negative*, ut in *lib. 84. Decr. pag.*

At adversus Resolutionem hanc tam d. Magno Priore, quam Episcopo Constantiensi in ea parte, quæ votis suis consentanea non est, reclamantibus, oportet hodie, resumpto Folio tunc distributo, in quo jura in

in utramque partem allata fusius exposita fuerunt, ponderatisque cum veteribus, tum novis juribus circumferendis, rescribere.
An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Dilata ad primam post Agnos.

TAURINEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. In supplici libello SSmo D.N. porrecto, & ab Emo Pro-Datario ad Sacrum hunc Consessum remisso Laurentius Christopharus Barattari modernus Episcopus Fossanensis postulavit, ut Parochialis Ecclesia S. Andreæ Civitatis Saviliani olim ad Ord. Canonic. Regular. Lateranensium S. Augustini spectans, sibique, prævio Indulto exercendi animarum curam per binos Vicarios ad nutum amovibiles, a san. mem. Benedicto XIII. commendata, reservato super binis Canonicatibus nuperrime a Jo: Dominico Morano fundatis, nec non super duobus aliis Canonicatibus, & totidem Dignitatibus ex dispositione Michaelis Angeli Pronetti usque ab anno 1709. exarata instituendis, favore utriusque Familiæ Morano, & Pronetti ad præscriptum uniuscujusque Institutoris jurepatronatus, in secularem Collegiatam Insignem *sine præjudicio jurium forsan competentium Ecclesiæ S. Petri prout de jure, & quatenus de jure* erigeretur; at, excipiente Abbate præfatæ Ecclesiæ S. Petri, d. Ecclesiam S. Andræ congruo Dignitatum, & Canonicorum carere numero, quoad gradum Collegiatæ insignis elevari mereatur, itidemque petitam erectionem nedum in detrimentum Ecclesiæ S. Petri, quæ omnium aliarum Ecclesiarum matrix asseritur, verum etiam in damnum Canonicor. Regul. Lateranensium, ad quorum Ordinem eadem Ecclesia pertinere, dicitur, fore cessuram, die 1. Dec. superioris anni ad Dubium: *An sit relaxanda supplicatio, de qua agitur in casu &c.* rescriptum fuit: *Dilata, & ad mentem*, quæ fuit, ut memorati Canonici Regulares Lateranenses, ad quos, ut præfertur, sæpedicta Ecclesia S. Andreæ adhuc pertinet, excitarentur, causæ urgentiores pro obtinenda ejusdem Ecclesiæ secularizatione afferantur, & demum Orator copiam Indulti, quo Ecclesia prædicta sibi in commendam tradita fuit, exhiberet. Sess. 21. c. 11. de ref.

Cum itaque prælaudatus Orator in obsequium hujus Rescripti jam attulerit exemplar d. Indulti, & alterius, quo secum fuit a sa: me: Benedict. XIII. dispensatum, ut posset enunciatam Ecclesiam S. Andreæ una cum Episcopatu Fossanensi retinere, ac nonnulla quoque documenta, quibus satis constare authumat, eamdem Ecclesiam, veluti tercentum circiter ab hinc annis secularibus Presbyteris commendatam, atque cum omnimoda a dictis Canonicis Regularibus independentia libere administratam, e Regulari in secularem statum pridem migrasse; ita quidem ut ex hodierna illius erectione in secularem Collegiatam nullum eisdem Canonicis Regularibus detrimentum irrogetur; praetereaque exponat, causas, quæ pro secularizatione d. Ecclesiæ magis urgere videntur, in his potissimum consistere; primo nempe, quod in d. Ecclesia, statim ac ad gradum secularis Collegiatæ fuerit evecta, præter primam Dignitatem sub nomine Abbatiæ loco Regularis Prioratus erigendam, & sex enunciatos Canonicatus, ac plura alia Beneficia simplicia, & Cappellanias ibi

 jam

jam institutas, quatuor alii Canonicatus ex piis dispositionibus Josephi Benedicti Fruterii, Michaelis Muratorii, & Fratrum de Saglionis institui debent; secundo, quod ex dilatione controversæ erectionis tum animabus eorum, qui d. Canonicatus fundarunt, tum cultui Ecclesiæ detrimentum infertur, eo quia Presbyteri ad dd. Canonicatus nominati, vel omnes fructus, vel eorum medietatem absque ullo labore, & servitio percipiunt; & tertio demum, quod Civitas Saviliani adeo illustris, & populosa, ne Clero carere dicatur, prærogativa Collegiatæ Insignes decorari merito postulet; hodie rogantur Emi Patres, resumpto Folio dierum 17. Nov., & 1. Dec. superioris anni, perpensisque juribus ab Oratore adductis, & aliis forsan circumferendis nomine dd. Canonicorum Regularium Lateranensium, qui post editum memoratum Rescriptum in scenam prodeuntes petitæ erectioni sese contradictores præbuerunt, Sapientissime pronunciare,
An sit relaxanda supplicatio, de qua agitur in casu &c.

Dilata, & proponatur omnino in sequenti.

Sess. 24. c. 3. de Ref. Matr.

SENOGALLIEN. SPONSALIUM. Cum Joseph Antonius Ubaldus de Bracchis Sponsalibus sub diem 6. Nov. proxime præteriti inter Jacobum Antonium Leonori, & Franciscam Hippolytam Cimaroni solemniter initis, & jurisjurandi religione confirmatis contradictorem sese præbuerit, allatisque binis Sponsaliorum syngraphis, altera nempe a præfata Francisca Hippolyta die 2. Octobris superioris anni coram Rinaldo Trotti subscripta, & hisce verbis concepta: *Io sottoscritta liberamente, e con determinata volontà dò il mio consenso al Sig. Giuseppe Antonio Bracchi per i miei Sponsali da seguire con il sudetto Signore in termine di quattro anni in circa*, altera vero a semetipso die 13. d. mensis sub eisdem verbis exarata, obtinuerit, a Vicario Generali juberi Parocho, ne ad proclamationes Matrimonii in vim dd. Sponsalium inter præfatos Jacobum Antonium, & Franciscam Hippolytam ineundi procederet, prælaudatus Jacobus Antonius una cum d. Francisca Hippolyta ad instantiam Josephi in Monasterium S. Spiritus Civitatis Cinguli, ut ejus voluntas super controversis Sponsalibus posset tutius explorari, collocata, coram Supremo hoc Consessu, ad quem litis inde obortæ definitio, prævia ejus avocatione a quocumque Tribunali, ab Emo Pro-Auditore SSmi remissa fuit, posteriora sua Sponsalia tuetur, eaque, posthabitis aliis per Josephum Antonium in Episcopali Curia oppositis, executioni demandanda esse sub his potissimum rationum momentis propugnat.

Primo, quod Francisca Hippolyta in enunciata syngrapha fidem suam de Matrimonio cum Josepho Antonio Bracchо contrahendo non devinxerit, sed consensum ei tantum præstiterit pro futuris Sponsalibus intra quatuor annorum spatium ineundis; cum tamen in jure receptum sit, nonnisi mutua futuri matrimonii promissione Sponsalia contrahi, ad tradita per Scribentes in *cap. Ex parte il 1. de Spons., & Matr.*, & late *Sanch. eod. tit. lib. 1. disp. 5. per tot.*, proindeque ex sola sponsione, quæ alteri de sponsalibus secum ineundis facta fuerit, nullum oriri impedimentum, quominus sponsalia, & matrimonium cum alia persona possint valide celebrari, uti advertit *Smalzgrueber. lib.*

lib.1.tit.1.§.1.n.49. Sanch. de matr. lib.1.disp.18.n.13., Rot.dec.267. n.5. par.18. & dec.31. §.2. circ.med. post Monacell. in formul. leg.for. Eccl. part.2.

Secundo, quod afferta fponfalia fuerint dolo extorta a Canonico Thoma Bracchi Patruo d.Jofephi Antonii altero ex Tutoribus Francifce Hippolytæ, juxta juratam, & folemnem iftius declarationem in hæc verba emiffam, *come doppo la morte della b.m. del Sig. Nicola mio Padre il Sig. Canonico D. Tomaso Bracchi, che mi assisteva, come Tutore lasciatomi dal suddetto mio Sig. Padre cominciò di nascosto, e segretamente a tormentarmi, che pigliassi per Marito il Sig. Giuseppe Antonio suo nepote &c., e per tirarmi al suo intento mi mandò due, o trè volte un foglio di pochi versi scritto, acciò io lo sottoscrivessi, il quale per due volte gli fu da me rimandato, ma alla fine tanto m'importunò, e mi fece importunare da Antonio Rinaldo, e Clemente Fratelli Trotti &c. onde per liberarmi da tale inquietitudine avendo inteso dire, che sino una Zitella non ha detto di sì avanti l' Altare, non resta mai legata, ed è in sua libertà di pigliare chi pare perciò sottoscrissi il d. foglio sapendo, che a niente scriviva, per legare la mia volontà, anzi per confermare sempre più questo mio dissenso subito feci ricorso a V.S.Illma, e Rma per levarmi, come fui levata della sudetta tutela, e cura del predetto Sig Canonico D. Tomaso, acciò colla sua importunità non m' inducesse a fare qualche atto pregiudiziale per legare la mia volontà, ed avendomi fatto offerire da una finestra dal sudetto Antonio Rinaldo un' Anello di Diamanti, non volsi accettarlo, ciò non ostante, me lo fece novamente presentare dal Sig. Don Benedetto Guidi entro una scattola di legno dorato, che parimente ricusai, avendo io sempre sentito dire, che lo Sposalizio si fà coll' Anello; per non pregiudicarmi, non lo volli pigliare, come hò detto, mentre la mia intenzione, e la mia volontà non è stata, non è, ne sarà mai di pigliare per mio sposo il d. Sig. Giuseppe Antonio suo Nipote, ma bensì la mia intenzione, e volontà libera, e determinata è stata, e sarà di effettuare il Matrimonio col Sig. Giacomo Antonio Leonori &c.*, & confonat altera declaratio noviffime facta, de qua Vicarius Generalis Cinguli refcribens Emo Epifcopo ita teftatur -- *In obbedienza a riveritissimi cenni di V.E. mi portai jeri alla Chiesa delle Monache di S. Spirito, ove al finestrino della Confessione feci venire la Zitella Francesca Cimaroni dal Monte S. Vito, la quale francamente mi disse, che aveva con soddisfazione data la fede di Sposa a Giacomo Leonori da d. Luogo, e che bramava quanto più presto le fosse stato permesso celebrarne le Nozze, e che sebbene antecedentemente sottoscrisse un foglio di promessa a Giuseppe Antonio Bracchi da d. Terra, lo fece senza conoscere ciò, che faceva, e stimolata dalle persuasive di alcuni, i quali le asserivano, che il sottoscriverlo non recava alcun pregiudizio, e che non voleva seco lui accompagnarsi.*

Tertio, quod eadem Francifca Hippolyta relatam fponfalium fyngrapham fub diem 2.Octobr. proxime præteriti fubfcripferit, Jofeph autem Antonius nonnifi die 13. ejufdem menfis promiffionem fibi a d.Francifca factam acceptaverit, eique fuam quoque fidem obligarit, nimirum poft conqueftiones a d.Puella cum Matre jam factas de affidua memorati Canonici Thomæ Bracchi Tutoris importunitate, qua ipfam vexabat, ut nuptias cum fæpedicto Jofepho Antonio iniret,

ret, imo vero postquam eadem Francisca Hippolyta supplicem Episcopo porrexerat libellum enixe postulans, ut se jam puberem e tutela, & cura d. Canonici subduceret, necnon eisdem Tutoribus inhiberet, ne super ipsius bonis, & persona amplius immisceretur; hinc enim concludi posse arbitratur, nulla potuisse iniri sponsalia ex ea Josephi acceptatione, & repromissione, quæ nedum simultanea non fuit cum Franciscæ Hippolytæ promissione, verum illo tantum accessit tempore, quo d. Francisca a sua promissione jam tacite resilierat, secundum ea, quæ ad rem notant cumulari per *Sanchez. de matr. lib. 1. disput. 5. n. 14.*, & late *disput. 6. per tot.*

Et quarto demum, præmisso vulgati juris principio, quod mulier, aliqua etiam levi suffragante causa, possit, Sponso invito, præsertim a Sponsalibus, quæ non fuerint juramento firmata, resilire, eique permittantur nuptiæ cum alia persona sibi benevisa, uti per Textus expressos *in cap. Quemadmodum de jurejurand. & in cap. Requisivit de Sponsal.* tradunt *Reiffenstuel. in jus can. lib.* 4. *tit.* 1. §. 8., *Schmalzgrueber eod. loc.* §. 4. *num.* 189., *& seq.*, *Sanch. de Matrim: lib.* 1. *disp.* 14. *num.* 3., & sæpius declaravit Sac. Congregatio, & signanter in alia *Senogallien. Sponsalium* 1. *Septembris* 1714. *lib.* 74. *Decr. pag.* 346. *in Majoricen. Sponsalium* 24. *Aprilis* 1723. *lib.* 73. *Decr. pag.* 369., *in Mediolanen. Sponsalium* 13. *Julii* 1725. *lib.* 75. *Decr. pag.* 353. *in Neapolitana* 17. *Aprilis* 1728. *lib.* 78. *Decr. pag.* 275., *in Gallipolitana Sponsalium* 28. *Februarii* 1733. *lib.* 83. *Decr. pag.* 40. *& in Fulginaten. Sponsalium* 2. *Maii ejusdem anni* 1733. *dicto lib.* 83. *Decr. pag.* 197., plures proponit causas, ob quas contendit, licere Franciscæ Hippolytæ ab asserta fide Josepho Antonio data recedere; tum scilicet quia asserta Sponsalia cum Josepho Antonio fuerint inconsulto, ignarisque Matre, ceterisque Franciscæ Hippolytæ Consanguineis contracta, quin etiam sub falsa opinione, ac modis illicitis per memoratum Tutorem extorta; tum quia, re comperta a Matre, dictisque Consanguineis gravia inde manaverint dissidia, & graviora quoque ita timeantur, si inter Josephum Antonium, & dictam Puellam nuptiæ inirentur, ut opus fuerit imperare, quod consueta cautio de non offerendo utrinque præstaretur; tum quod nomine tam dicti Canonici Thomæ, quam Josephi Antonii, præviis pluribus instantiis, adversus Consanguineos Franciscæ Hippolytæ obtentum fuerit mandatum, ut ajunt, de non conversando cum ipsa; tum demum quod prælaudatus Canonicus Thomas Bracchi, & Josephus ejus Nepos in Matrem dictæ Puellæ plura convicia, & contumelias emovere non erubuerint.

Jura, quibus Joseph Antonius Bracchi controversa Sponsalia secum inita tueri satagat, nondum allata sunt; Partes itaque erunt Eminentiarum VV., si proferentur, collatis Decertantium momentis, definire.

An, & de quibus Sponsalibus constet, & quæ sint exequenda in casu &c.

Constare de Sponsalibus cum Leonori, eaque esse exequenda, & amplius.

RUREN.

RUBREN. ERECTIONIS PRÆBENDÆ THEOLOGALIS, ET PÆNITENTIARIÆ. In faluberrima Conftitutione Benedictina incipiente -- *Paftoralis Officii* -- relata in Appendice ad Concilium Romanum pag.170. poft redintegratam veterum Canonum,& Sacri Concilii Tridentini fanctionem, atque indictam novam formam, qua impofterum erigi, ac conferri debet Præbenda Theologalis, ita cautum habetur -- ,, Quoniam vero nonnulli Epifcopi, ,, ficut accepimus, ut propria incuriæ aliquod velamen obtendant, ,, dilatæ ejufmodi Præbendæ Theologalis caufam in tenuitatem, ,, ac infufficientiam Prabendarum fuarum Ecclefiarum reiicere fo-,, lent; Nos autem de cetero prætextum, five excufationem e me-,, dio tollere, ac penitus eliminare volentes, motu fcientia, ac po-,, teftatis plenitudine fimilibus decernimus, ftatuimus, atque præ-,, cipimus, quod, ubi Præbenda Theologalis, computatis etiam ,, diftributionibus quotidianis,ad annuum faltem reditum fcutorum ,, 60. monetæ Romanæ non afcendat, pro fumma ad hanc taxam ,, conficiendam deficiente iidem Epifcopi unire poffint, & debeant ,, eidem Præbendæ aliquod fimplex Beneficium, cujus fupplemen-,, to prædicta fumma conficiatur, primo vacaturum in quocumque ,, menfe, qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apoftolicæ ,, affectum, & refervatum --; *deindeque circa aliam Præbendam*, ,, *quam vocant* Pœnitentiariam, *in hæc verba fubiungitur* - Poftre-,, mo quæcumque hactenus de Præbenda Theologali,& Sacræ Scri-,, pturæ lectione fancivimus, extendimus etiam, ac adamuffim ob-,, fervari volumus, & mandamus (congrua tamen congruis refe-,, rendo) quoad inftitutionem Canonici Pænitentiarii in illis Ca-,, thedralibus, in quibus nondum fuerit inftitutus, ejufque hone-,, ftam fuftentationem, concurfum, deputationem, omniaque alia ,, ad illius officium pertinentia, & præter illa, quæ a Nobis fupe-,, rius difpofita funt, ea infuper, quæ Tridentina Synodus cap.8. ,, feff.24. de Ref. de hujus miniftri qualitate, ætate, ac exemptione ,, a fervitio Chori conftituit, exacte obfervari decernimus, præci-,, pimus, & mandamus, Seff.5.c.1. Seff.24.c.8. de Ref.

Pontificiæ huic legi obfequens Epifcopus Rubenfis in Cathedrali Ecclefia, quæ ultra cætum Presbyterorum participantium eidem adfcriptorum, conftat ex Archidiacono, Archipresbytero, & duobus Primiceriis, fub diem 24. Octobris 1731., prævio Capituli confenfu, erexit ,, unam Præbendam Theologalem nuncupatam, ,, feu unum Canonicatum pro uno Canonico Theologo nuncupan-,, do, qui per fe ipfum fingulis Dominicis anni, fervata forma Sa-,, cri Concilii Tridentini (exceptis temporibus vacationis de jure ,, permiffis) lectionem Sacræ Scripturæ publice in eadem Cathe-,, drali Ecclefia Clero, Populoque modo, & fuper materia a Nobis, ,, & Succefforibus Noftris præfiniendis habeat, quique impofterum ,, perpetuis futuris temporibus Canonicus Theologus, nuncupe-,, tur &c., quodque perpetuis futuris temporibus fic eligendus Ca-,, nonicus Theologus, fervata forma Statutorum ejufdem Cathe-,, dralis Ecclefiæ, fit, & effe habeat, & debeat de gremio ejufdem ,, Ecclefiæ, dummodo habilis, & idoneus fit, & qualitates a Sacr. ,, Tridentina Synodo exigitas habeat -- ,, , eique fic erectio præter emo-

emolumenta, quæ ceteris Presbyteris Participantibus, servata eorumdem Statutorum forma, communia sunt, pro congrua ejus dote simplex quoddam Beneficium annui redditus scutorum 30. circiter, & per Franciscum Dingeo adhuc possessum incorporavit, ita subjungens -- „ Cum vero ad præsens Beneficium, seu Beneficia sit „ plenum, seu sint plena, & quosque ejus, seu ipsorum unio, seu „ incorporatio suum plenarium sortiatur, & sortiantur effectum, „ pro dicti Canonici Theologi dote, seu sustentatione stante licen„ tia, assensu, beneplacito, & consensu Sacræ Congregationis Con„ cilii, & annuente etiam Sanctissimo D. N. Clemente Divina Pro„ videntia PP. XII., ut ex ejusdem Sacræ Congregationis Rescripto „ Romæ expedito sub die 22. Septembris 1731., & in Actis præ„ sentis Erectionis originaliter exhibito, ac existente, nobisque di„ recto assignamus annuos ducatos triginta persolvendos a Piis „ Montibus vulgariter nuncupatis della Zaza, e delli Caputi, nec„ non a Ven. Confraternitate, seu Congregatione S. Mariæ de „ Monte Carmelo hujus Rubensis Civitati, ipsorumque Piorum „ Montium, & Confraternitatis Rectoribus, Deputatis, Admini„ stratoribus, & Procuratoribus respective pro tempore existenti„ bus hoc modo videlicet ducatos decem fore, & esse correspon„ dendos ex reditibus Pii Montis nuncupati della Zaza, & ducatos „ decem ex reditibus, & proventibus Pii Montis nuncupati delli „ Caputi, & reliquos alios ducatos decem ex fructibus Ven. Con„ fraternitatis S. Mariæ de Monte Carmelo, prout revera efficaci„ ter pro solutione, annuali corresponsione penes Acta nostræ Cu„ riæ dictorum Montium, & respective Confraternitatis S. M. de „ Monte Carmelo Rectores in forma valida omnino libere, & spon„ te se obligaverunt.

Postmodum vero die nempe 24. sequentis mensis Novembris ejusdem an 1731. inhærens itidem præmissæ Constitutioni Benedictinæ Pœnitentiariam quoque Præbendam instituit, ac post assignatum Canonico Pœnitentiario stallum in Choro, & vocem in Capitulo una cum ceteris honoribus, emolumentis, quæ ab aliis Presbyteris Participantibus ex Missarum, & Anniversariorum celebratione, necnon ex funeribus secundum ejusdem Ecclesiæ Statuta percipi solent, in congruam ejusdem Præbendæ dotem constituit capitale ducatorum 100., eorumdem annuum fructum, servata forma piæ dispositionis factæ per Joannem Raphaelem in suo testamento, necnon duo simplicia Beneficia, seu Legata Pia, alterum nuncupatum *di Nicol' Angelo di Carado*, & alterum *del qu. Tottola Danese*, tunc vacantia addixit, inspectaque pia dispositione memorati Joannis Raphaelis, reservavit Capitulo Cathedralis jus nominandi *ad dictam Præbendam, & Canonicatum Pœnitentialem duos Presbyteros habiles, & idoneos de gremio ejusdem Ecclesiæ, quorum unus debeat ab Episcopo, servata forma Sacri Concilii Tridentini, & d. Constitutionis sa. me. Benedicti XIII.* confirmari, & in Canonicum Pœnitentiarium institui.

Utramque hanc erectionem impugnare aggressi sunt unus ex duobus Canonicis, qui vocantur Primicerii, ac alii quidem ex antiquioribus Presbyteris Participantibus sæpedictæ Cathedralis, cumque ipsorum

forum conatus eo potissimum tendere viderentur, ut sustinerent, Sacerdotes, quibus dictæ Præbendæ conferuntur, non debere Canonicorum nomine potiri, sed Presbyteros Præbendatos nuncupari, ne ex denominatione Canonicorum Theologi, & Pœnitentiarii ullum irrogari contingat detrimentum qualitati suæ Ecclesiæ, quæ in statu *receptitiæ* reperitur, neve Presbyteri Participantes cogantur digniorem locum eisdem Canonicis Theologo, & Pœnitentiario cedere; propterea ii, qui pluribus ab hinc annis fuerunt de controversis Præbendis provisi, ut ostendant, sæpedictam Ecclesiam ex memorata Præbendarum, seu Canonicatuum erectione pristinum suum statum, & qualitatem haud immutare, sed receptitiam, ut antea, remanere, proferunt primum utriusque Præbendæ erectionem, qua cautum est, tam Canonicum Theologum, quam Pœnitentiarium, nonnisi concurrentibus conditionibus ex Statuto Ecclesiæ requisitis, ad participationem distributionum, aliorumve emolumentorum una cum Presbyteris Participantibus admitti posse, atque ad easdem Præbendas eos dumtaxat, qui sunt de gremio Ecclesiæ, si modo ad eas sint idonei, recipiendos esse; Præterea advertentes, Ecclesiam Cathedralem, seu Collegiatam posse receptitiam esse, tametsi certo Dignitatum, & Canonicorum numero constet, & reipsa in d. Ecclesia quatuor Beneficia sub nomine Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & duorum Primiceriatuum præter plures Canonicatus, qui temporis injuria defecerunt, erecta adhuc reperiri, ac in perpetuum titulum hactenus conferri consuevisse, inde inferunt, nil ipsius Ecclesiæ statui, seu qualitati adversari, quinimo plurimum congruæ, ut in ea erigantur Præbendæ, & Canonicatus, atque de iis Provisi Canonicorum nomine nuncupentur, dum eadem inter Ecclesias non tantum habitu sed actu Collegiales merito recensetur, ut ex pluribus, quæ afferunt, documentis evinci putant, atque ex his omnibus validam sibi blandiuntur declarandam fore erectionem, de qua in hodierno Consessu disceptari contingit sub sequenti Dubio.

An erectio Canonicatuum, Præbendarum Theologalis, & Pœnitentialis facta per Episcopum Rubensem in ejus Ecclesia Cathedrali sustineatur in casu &c.

Erectionem esse confirmandam, & amplius.

LUCANA COMMUTATIONIS ULTIMÆ VOLUNTATIS. *Sess. 22. c. 6. de ref.*

In testamento, quod Lucas Frediani Lucensis sub diem 27. Martii 1559. fecit, relictis legitimæ nomine scutis centum Roccho, & Pellegrino filiis adoptivis, itidemque scutis 900. pro quolibet sub onere ea restituendi Hæredibus infra instituendis, si forte ipsi absque prole decederent, ita declaravit, -- *Che conciosiache Luca Frediani Testatore predetto abbia ordinato, e fondato un Ridotto, o luogo abitante, overo stanze per poveri figlioli trovatogli, ed innocenti di età d' anni 6. in 12. maschi, quali siano orfani, ne abbiano Bene per vivere, e siano in numero di venti trovandosi nella Città di Lucca, perciò perchè dd. possino esser alimentati, e nudriti; Item avendo pensato, e volendo provedere per maritare altre povere Fanciulle o gn' anno*

no pel modo, e sostentazione dell' una, e della opera pia, di quì è, che detto Testatore lascia, e vuole, che li suoi Eredi infrascritti in frà un' anno, seguita la morte di esso Testatore, debbano delli denari, e Beni di sua Eredità consegnare, e applicare all' opera infrascritta di nutrire, e governare detti Fanciulli, che siano al numero, ed età soprascritta scudi 2000. d' oro d' Italia, come meglio, e più sicuramente pare ad essi suoi Essecutori, comprendendosi ancora dentro il livello tiene dal Vescovato, qual si possa vendere, e cedere, come meglio ad essi Essecutori parerà, tutto ponendo in quest' opera de' Fanciulli; che li sopradetti Essecutori de' sui Beni alienati, e denari di sua eredità debbano in detto tempo aver messo sul magnifico Comune di Lucca, o in Beni stabili di frutto altrettanti 2000. scudi d' oro d' Italia, l' usufrutto de' quali annuatim si debba distribuire in maritare Fanciulle di Contado povere senza Padre, e senza Madre, ne abbiano Beni da potersi maritare d' età d' anni 20. in sù &c., e poi devono cavare quelle Fanciulle imbussolate al numero di 13., e sempre, e quando si mariteranno, se gli dia a ciascheduna di loro scudi 15. secondo il frutto verrà dal detto capitale di scudi 2000. &c.; che morendo qualsisia delle dette Fanciulle, o maritate senza figli, in tal caso le dette Doti, o resto, o parte di Doti tornino alla detta sua opera, e luogo; -- denique scriptis hæredibus in semisse præfatis Pueris Orphanis, & in altero semisse memorato tresdecim Puellis, necnon ordinatis pluribus Legatis, legem hanc adjecit, *che, quando le sue facoltà non si trovassero, che si potesse per li suoi Essecutori, o Eredi sodisfare a suoi Legati, che pro rata di tal mancamento ciascuno de' suoi Legatari ne debbino patire.*

Defuncto Testatore, pia ejus voluntas tam circa subsidiorum Dotalium distributionem, quam circa dictorum Orphanorum sustentationem diu servata est; cum autem nuper compertum fuerit, nonnulla Censuum capitalia aut deperdita, aut in annuo fructu ita paulatim imminuta esse, ut pecunia inde retracta nisi octo, vel ad summum novem Orphanorum sustentationi vix idonea sit, & quatuor dumtaxax annua scuta possint singulis ex tresdecim prædictis Puellis in dotem assignari, Lelius Guinigi modernus Administrator Orphanotrophii a Testatore instituti hæc in supplici libello, quem Sanctissimo Domino Nostro porrexit, exponens postulavit, ut pium opus dotationis dictarum Puellarum in alterum sustentationis, & educationis Orphanorum Apostolica authoritate commutare dignaretur, cumque petitio hujusmodi fuerit ad Sacrum hunc Consessum pro voto remissa, Orator, transmissa per Archiepiscopum sua informatione, suas modo instaurat preces sibi blandiens ex sequentibus rationum momentis votis suis fore annuendum.

Primo, quod sicuti neutrum ex memoratis Piis Operibus dotationis scilicet, & sustentationis viginti Orphanorum ob subsecutam redituum diminutionem, sufficienter, & congrue potest adimpleri, ita alterum ex istis utiliter perfici debeat, ut pia Testatoris voluntas, quæ in utroque non potest, in altero saltem perfecte servetur, quemadmodum in similibus terminis tradunt *Ciarlin. contr. 5. n. 5. & 58. Tondut. resol. can. par. 3. cap. 175. num. 9. Lap. alleg. 87. n. 60. Pasqualig. quæst. can. cent. 1. quæst. 91. per tot., Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. num. 26., & seq. & cap. 4. n. 138.,* & consonant plu-

res

res Sacræ Congregationis Resolutiones, & signanter in *Piscien. Commutationis Voluntatis* 21. *Junii* 1721.

Secundo, quod Testator longe magis solicitus fuerit de legato alendi dictos 20. Orphanos, quam de altero distribuendi memorata subsidia dotalia, adeo ut, si præsentem casum, quo annui reditus pro utroque opere pio adimplendo non sufficiunt, præcogitasset legatum dd. subsidiorum vel non reliquisset, aut illud eo casu statuisset cessare debere, quemadmodum coniici posse contenditur nedum ex eo, quod enunciatum legatum Orphanis primum, deinde vero Puellis reliquit, sed, & præsertim ex eo, quod in ordinando legato favore Orphanorum ab impositione pii oneris dispositionem inchoavit, illiusque proinde executionem principaliter intendit, designato tantum, ut dici solet, demonstrative capituli scutorum 2000. quod pro illius adimplemento reliquit, in legato autem dotationis initium ab assignatione capitalis dictorum scutorum 2000., non autem ab onere sumpsit; ex simili enim disponendi ratione unius, vel alterius pii operis prædilectionem argui, illiusque reductioni haud locum esse, sed ex hæreditariis bonis supplendum esse tradunt Doctores, inter quos *Felyn. in cap. Super literis de rescript. Ciriac. contr.* 336. *Card. de Luc. de fideic. disc.* 167. *n.* 11., & colligitur ex Resolutionibus, quas per extensum refert *Farg. de jure patr. part.* 2. *can.* 27. *cas.* 20.

Tertio demum, quod nullum legatum pro donatione Puellarum haberetur in Civitate Lucensi, quando Testator controversa subsidia Dotalia distribui mandavit, post ejus vero obitum fuerint successu temporis relicta centum ferme annua subsidia Dotalia per Magistratum nuncupatum *del Castiglioncello*, aliosque piarum dispositionum Executores distribuenda; hinc enim inferri posse creditur, rationem pietatis, qua tunc motus fuit pius Testator in relinquendis dictis subsidiis Dotalibus ita taxasse, ut, si ipse in humanis degeret, pecuniam annuæ dictorum subsidiorum Dotalium distributioni destinatam in pium opus alendi, educandique Orphanos libentissime converteret, secundum ea, quæ in affinibus terminis per *Text. in L. Tale pactum* 40. §. *Fori ff. de pact. & in L. Paula Callinico* §. *Pompejus ff. de legat.* 3. notant *Mantic. de conject. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 119. *Amostaz. de caus. piis lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 51. *Barboss. de potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 33. *num.* 6.

Et quamvis instantiæ huic nomine Orphanorum promotæ contradictorem se præbeat Salvator Frediani, qui a san. mem. Benedicto XIII. impetravit, ut dictarum Dotium distributio per decennium suspendatur, ut ex iis confici possit cumulus sufficiens pro constituendæ filiæ suæ congrua Dote, eique obsistant etiam Filiæ Andreæ Frediani, quarum nomine porrectæ dudum fuerunt Sanctissimo D.N. preces pro applicatione hujus legati ad decennium causam suarum Dotium, eæque ad hanc S. Congregationem remissæ, neutram tamen oppositionem putat Orator refragari; inquit enim, gratiam, quam a Pontifice obtinuit Salvator, obreptionis, & subreptionis vitio laborare, tum ex eo, quod ipse Salvator a Testatore, vel ex ejus Familia, uti exposuit, non descendat, tum etiam, quia falso asseruerit, annuos fructos dicti capitalis scutorum 2000. non exce-

dere summam scutor,45. Filias vero præfati Andreæ nonnisi cognomen Testatoris præseferre, ex ejus autem Familia, neque ut ajunt, contentiva originem trahere, easque aliunde de congrua Dote provisas reperiri.

Auditus Archiepiscopus, post late exposita rationum momenta coram se a Patribus invicem dimicantibus adducta, non alias officii sui partes esse judicat, quam Eminentissimis Patribus cum Orphanotrophium, tum, & pauperes Diœcesis suæ Puellas enixe commendare.

His itaque ponderatis una cum juribus, quæ nomine dictorum Salvatoris, Andreæ,& aliorum de Fredianis forsan circumferentur, onus erit EE. VV. respondere.

An sit consulendum Sanctissimo pro gratia favore Loci Pii super commutatione voluntatis Testatoris, seu potius, an, & ad cujus favorem sit servandum, & respective relaxandum Breve in casu &c.

Quoad Commutationem Negative, & amplius, & quoad Breve videatur particulariter auditis interesse habentibus.

Sess.24. c.1.8 de ref.

PORTUGALLIEN. PAROCHIALIS. Secuta sub diem 3. Januarii superioris anni vacatione Parochialis Ecclesiæ S.Mariæ *de Valega*, Vicarius Capitularis petitioni Procuratoris, ut ajunt, Mitræ Episcopalis annuens, die 8. ejusdem mensis ad eam, utpote quæ ad liberam Episcopi collationem pertineret, concursum intra decem dies habendum indixit; Capitulum vero Cathedralis authumans, super hac Ecclesia veluti Capitulari Mensæ pridem unita jurepatronatus potiri, Sacerdotem Henricum Sequeira de Vasconcellis ad eam illico præsentavit; cumque subinde tum memorata præsentatio per Vicarium Capitularem, tum posterior appellatio nomine ejusdem Capituli semel, iterumque adversus enunciatum concursum interposita per Metropolitanam Curiam Bracharensem fuisset rejecta, prælaudatus Henricus in Apostolica Dataria supplicem porrexit libellum, quo exponens, se fuisse a Capitulo legitime præsentatum, dictamque Ecclesiam ad S. Sedem devolutam esse, eo quia neque concursus, neque examen respective habita fuerint intra terminum in Constitutione S. Pii V. præfinitum, obtinuit, supplicationem, ut dicitur, a SS. D. N. signari.

Verum quia Procurator Mitræ Episcopalis, antequam enunciatus supplex libellus Summo Pontifici porrigeretur, ab hac Sacra Congregatione postulaverat, ut impedimenta per Capitulum interjecta, ne ad dictam Parochialem concursus haberetur, suprema sua authoritate præcideret, utque terminum habendi concursum in enunciata Constitutione præfinitum prorogaret, suisque precibus rescribi obtinuerat -- *Vicario Capitulari pro informatione, & voto cum præfixione termini Capitulo ad deducenda jura sua in Sacra Congregatione, & interim tempus, & tempora non currere ad quatuor Menses* --; idcirco Eminentissimus Pro-Datarius controversiæ inter præfatum Henricum pro literarum Apostolicarum expeditione instantem, & Procuratorem Mitræ Episcopalis eidem expeditioni sese acriter opponentem excitatæ cognitionem huic Sacro Consessui delegavit, a quo

quo, cum sub diem 22. Septembris mox elapsi anni decretum fuerit, Causam *in Folio describi, & interim tempus, & tempora non currere ad alios quatuor menses* --, decidenda modo sunt bina Dubia, quæ inferius describentur.

Præterea, quæ in facto a Patribus collitigantibus asserentur, duo in jure ad Causæ resolutionem præ oculis habenda sunt; alterum, quod Parochiales Ecclesiæ Capitulo, Collegio, vel Monasterio alicui quoad temporalia dumtaxat unitæ veluti de jurepatronatus Ecclesiastico debeant per concursum conferri, ad tradita per *Garz. de Benef. par.9. cap.2. n.36. in fin. Ventrigl. in prax. part.2. annot.5. §. 2. n.2. & seqq. Barbos. de Paroch. part.1. c.2. n.124., & seqq.*; secus vero, si illæ fuerint subjective, tam scilicet quoad temporalia, quam quoad spiritualia incorporatæ; tunc enim ad earum regimen, & curam, prævio dumtaxat examine, & approbatione Episcopi, deputantur Vicarii perpetui, juxta Constitutionem la 47. S. Pii V. §.4. & Resolutiones Sacræ Congregationis in *Burgi S. Sepulchri* 15. *Novembris* 1601. *lib.*10. *Decr. pag.*14. *in Vensionen.* 22. *Augusti* 1637. *lib.*15. *Decr. pag.*580., *& in Gandaven.* 7. *Februarii* 1643. *lib.*16. *Decr. pag.*140.; Alterum vero, quod Parochialium Ecclesiarum collatio ad Apostolicam Sedem devolvitur, si concursus ad eas, pro quibus habendus est, nullo interjecto legitimo impedimento, intra terminum in Constitutione 33. S. Pii V. incipiente *In conferendis* præfinitum non fuerit habitus, uti constat ex eadem Constit. 33. S. Pii V. §.4. & tradunt communiter *Novar. in summ. Bullar. comment.*15. *n.*3., *Ventrigl. in prax. for. Eccl. part.*2. *annot.*5. §.2. *n.*4., *Antonell. de Regim. Eccl. lib.*3. *cap.*6. *num.* 18., *Card. de Luc. de jurepatron. disc.*6. *num.*4., *de Paroch. disc.*37. *num.*46., *& de Benefic. disc.*25. *num.*6.

His enim ad facti circumstantias adhibitis, necnon liberatis juribus, quæ nomine etiam Joannis de Almeida Laureiro contendentis, Literas Apostolicas ejus favore in exclusionem dicti Henrici fore expediendas, afferentur, grave non erit EE. VV. decernere.

I. *An constet de unione subjectiva Ecclesiæ Parochialis S Mariæ de Vallega favore Capituli Portugallen. in casu &c.*, Et quatenus negative.

II. *An sit procedendum ad ulteriora in convocatione concursus, seu potius sit relaxanda supplicatio, vel favore Henrici, vel Joannis in casu &c.*

Ad primum Negative. Ad secundum Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam.

PANORMITANA INDULTI. Cum Nicolaus Tarrana inter RR. PP. DD. utriusque Signaturæ Referendarios adscriptus post obtentam sub annum 1727. Parochialem Ecclesiam nuncupatam *S. Antonii Magni* in Civitate Panormitana existentem, fuerit quoque ad Canonicatum, quem antea in Cathedrali obtinebat, expulso Jacobo Martinez, uti præfertur, injusto illius detentore, novissime redintegratus, supplicationem Sanctissimo Domino Nostro porrexit ad impetrandam Pontificiam dispensationem, ut sibi liceat memo- *Sess.24. c.17. de ref.*

tatum Canonicatum cum Parochiali Ecclesia retinere ; At quia Eminentissimus Pro-Datarius super Oratoris petitione exquisivit hujus Sacræ Congregationis suffragium , de quo hodie proferendo agitur , necnon prælaudatus Jacobus Martinez petitæ dispensationi subinde contradictorem se præbuit , ad instantiam præfati Nicolai infrascriptum Dubium proponitur .

Archiepiscopus Panormitanus, qui postea decessit , jussu Sacram Congregationem super Oratoris precibus instructam reddere , in sua Relatione sub annum 1735. transmissa , cui Orator magnopere nititur , rescripsit,proventus dictæ Parochialis ad annua scuta 385. monetæ Siciliæ ascendere , eosque cum fructibus dicti Canonicatus unitos non excedere summam scutorum 700., propinquitatem,quæ inter Cathedralem , & Parœciam vertitur , facilem Oratori gratiam reddere posse , præsertim quia non solum ut plurimum functiones Chori hora adeo tempestiva absolvuntur , ut Orator possit functiones quoque in Parochiali commode explere , verum etiam quia plures Cappellani istius servitio , & Sacramentorum administrationi assidue tenentur incumbere, quibus postremo addidit - *Se vogliamo toccare qualche esempio di somigliante dispensa , trovo, che il Dottor Vincenzo Celesti Parocho della stessa Parochia di S. Antonio nel* 1675. *aveva riportata dalla S. Sede la grazia di potersi ritenere il Canonicato della Cathedrale sudetta , e può servire anche di riflessione, che in questi ultimi tempi Monsignor Galletti già successore del Celesti in detto Parocato era Vescovo di Catania , mentre si trovava Parocho della medema Parochia , abbracciò pure l' Officio d' Inquisitore nell' Inquisizione di Sicilia , e vi perseverò più anni ; conche , non vedendo io una positiva difficoltà di mezzo , che possa farmi credere incompatibile l' esercizio di detti due Benefizi ; giacchè la cura dell' anime sta appoggiata bastantemente anche sopra la vigilanza , ed attenzione de Cappellani Sagramentali , stimerei , che potrebbe degnarsi Sua Santità d' usare la sua somma clemenza di dispensare benignamente sopra le suppliche dell' Oratore .*

Ceterum præter ea , quæ in jure circa similia Dispensationum Indulta late tradunt *Fagnan.in cap. De multa num.*30. , *& seqq. de Præben.*, *Pax Jordan. de resid. lib.*10.*tit.*40.*tom.*2., *Corrad. in prax. Benef. lib.*2. *cap.*7. *num.*62. , præstat referre, quod Sacra Congregatio in una *Pistorien.* , postulante Canonico Villano facultatem retinendi una cum Canonicatu Parochialem Ecclesiam, die 14. Aprilis 1646. respondit -- *Dispensationem retentionis Ecclesiæ Parochialis cum Canonicatu non esse concedendam , sed posse Sanctissimum adire pro gratia,* -- ut in *lib.*18. *Decr.pag.*87.

In *Casertana* itidem *Indulti* , cum Franciscus Farina obtinens Vicariam , quæ per concursum , & in perpetuum titulum conferri consueverat , quæque pro congrua Vicarii sustentatione satis erat,provisus quoque fuisset de Canonicatu Cathedralis cum solito Decreto, ut dictam Vicariam dimitteret ; ipse vero Sanctissimo supplicasset pro facultate utrumque Beneficium retinendi , Sacra Congregatio , ad quam remissæ fuerunt preces , propositis hisce Dubiis -- *I An Vicaria perpetua,de qua agitur , sit Compatibilis cum Canonicatu in Cathedrali Ecclesia* . & quatenus negative. *II. An sit*

locus

locus Indulto Apostolico dictam Vicariam cum Canonicatu retinendi, die 8. Augusti 1716. respondit -- *Ad I. & II. negative, & amplius* -- ut in *lib.66. Decr. pag.*343.

Præterea in *Polinganen. Dispensationis* hæc facti series summatim exposita fuit -- *Sacerdos Joannes Baptista Mastrochirico Parochus Cathedralis Ecclesiæ obtinuit a S. Sede provideri de Canonicatu in eadem Ecclesia cum Decreto tamen vacationis Parochiæ Supplicante autem eodem pro dispensatione retinendi etiam Parochiam, attenta tenuitate redituum utriusque Beneficii, Eminentissimus Pro Datarius instantiam pro voto EE. VV. delegavit; Vicarius Capitularis testatur, curam animarum ad numerum mille, & septingentarum non pertingentium, commode cum Canonicatu exerceri posse, prout alii ejusdem Ecclesiæ Canonici, & Dignitates, licet manualiter, & ad nutum exercuerunt. Reditus Canonicatus summam sex ducatorum auri de Camera, Parochiæ vero similium ducatorum 24. refert, non excedere, & demum lato calamo Oratorem commendat, eundemque ceteris omnibus in exercitio curæ animarum magis idoneum, & dignum existimat. Verum ex supplici libello nomine Sacerdotum dictæ Civitatis exhibito exponitur EE. VV., Parochiam esse annui reditus scut.60., & comprehensis reditibus, quos percipit Parochus uti Sacerdos gremialis ejusdem Cathedralis Ecclesiæ ad scuta 80. ascendere; Canonici ultra fructum Præbendæ consistentem in enunciatis ducatis sex participant de distributionibus, quæ omnibus adscriptis, seu, ut inquiunt, Gremialibus Sacerdotibus communes sunt, ut plene ex fide Canonici Procuratoris Capituli resultat* -- Oratoris autem precibus inter supplices libellos relatis, die 8. Augusti 1716. petita dispensatio fuit denegata, atque discusso postmodum consueto Dubio - *An sit standum, vel recedendum a Decisis* -, die 19. Junii 1717. rescriptum fuit - *In Decisis, & amplius* -, ut in *lib.*68. *Decr. pag.*251.

Et recentius in *Bracharen. Dispensationis*, Rodericus a Moura Telles fretus limitatione ab Innocentio III. in *cap. De multa de Præben.* post improbatam plurium Beneficiorum retentionem hisce verbis adjecta -- *Circa sublimes tamen, & literatas Personas, quæ majoribus sunt Beneficiis honorandæ, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari*, -- supplicationem Sanctitati Suæ porrexit, qua petiit, secum dispensari, ut una cum Canonicatu; quem jam in Metropolitana Bracharensi Ecclesia fuerat assecutus, retinere posset Ecclesiam Parochialem, & Abbatialem S. Petri de Maximinos in suburbiis ejusdem Civitatis Bracharensis sitam, suæque petitioni annuendum sibi pollicebatur; tum quia inter sublimes, & litteratas Personas recenseri deberet; tum etiam quia ob Loci Propinquitatem posset utrique Ecclesiæ absque Divini cultus, & Animarum detrimento commode inservire, atque ex memorato Canonicatu tenues admodum proventus perciperet; at, excipientibus Clericis Diœcesis Bracharensis in Curia residentibus, veritati haud consentaneum esse, quidquid ab Oratore fuerat expositum, ad Dub. -- *An dispensatio pro retentione Canonicatus Ecclesiæ Bracharensis cum Parochiali Ecclesia, de qua agitur, sit concedenda in casu &c.* die 17. Aprilis 1734. prodiit Resolutio -- *Negative, & amplius*; -- ut in *lib.*84. *Decr. pag.*183.

His

His igitur perpensis una cum juribus, quibus nomine Oratoris contenditur, præfatum Jacobum Martinez in hac Causa legitimum contradictorem non esse, quominus petita dispensatio impetretur, vestrum erit, Eminentissimi PP., statuere.

An sit relaxanda supplicatio super Indulto, de quo agitur in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess.21.c.1. Sess.23.c.18. Sess.24.c.12. de Ref.

CASSANEN. Discussis inter cetera ad instantiam Cleri Oppidi Mormanni tribus hisce Dubiis - *I. An ultra qualitates præfinitas in decreto anni* 1592., *& in Brevi Pauli V. Presbyteri Ecclesiæ Mormanni admittendi ad participationem debeant examinari in cantu Gregoriano, & Theologia morali -- XIII. An constet de inobservantia Taxæ Innocentianæ, & quæ emolumenta debeant restitui. XV. An Clericus Mormanni teneatur solvere contributionem Seminario* --, die 15. Decembris, proxime præteriti prodiit Resolutio -- *Ad I. affirmative, & ad mentem* --, quæ fuit, ut examen super cantu Gregoriano tantum fieret, & quoad Theologiam moralem scriberetur Episcopo, ut non cogat Sacerdotes ad examen, sed eos hortetur, ut Theologiæ morali incumbant, & super Clericorum scientia invigilet, præsertim antequam eos ad Presbyteratum admittat, *Ad XIII. Recurrant in casibus particularibus. Ad XV. affirmative.*

Cum autem memoratus Clerus præmissis Resolutionibus non acquiescens, contendat, Presbyteros ad participationem admittendos subiici non debere examini in cantu Gregoriano, itidemque putet, satis constare de inobservantia taxæ Innocentianæ in nonnullis particularibus casibus, & demum propugnet, se non teneri Seminario quidquam contribuere sub fundamento, quod omnes proventus consistunt in emolumentis, quæ ex Missarum, & Anniversariorum celebratione obveniunt, utens hodie novæ Audientiæ beneficio, quod impetravit, enixe postulat, ut enunciata dictorum trium Dubiorum decisio ad novam trutinam revocetur.

Prætermissis autem iis, quæ tam in anteacta Causæ propositione circa I., & XIII. dubium dicti Cleri, & Promotoris Fiscalis nomine allata sunt, quam in hodierna denuo afferentur, quod attinet ad XV. dubium, in quo disceptatur, num sæpedictus Clerus teneatur Seminario consuetam taxam persolvere, in facto præstat adnotare, quod Summus Pontifex Paulus IV., exponentibus Presbyteris Oppidorum Mormanni, Ursumarrii, Ayni, Burgi Ayni, Morani, & Rotundæ Cassanensis Diœcesis, se a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ obstringi, contribuere Seminario ex reditibus, quos ex piis legatis sub Missarum, & Anniversariorum onere relictis percipiunt, prævio Sacræ hujus Congregationis suffragio, decrevit, *ex legatis prædictis nequaquam ad dictum Seminarium contribuendum esse, ipsosque Presbyteros, & Clerum ad hujusmodi contributionem minime teneri, nec a Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ Cassanensis, aut quibusvis aliis quavis authoritate desuper molestari, aut impediri posse, ac debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, aut ignoranter contigerit attentari*, -- quodque Vicarius Generalis de mandato Episcopi in obsequim

sequium Pontificii hujus Brevis, & Resolutionis Sacræ Congregationis, quæ in *Cassanen.* 24. Martii 1681. censuit, ex legatis piis cum onere Missarum non esse contribuendum Seminario, sub diem 14. Novembris ejusdem Anni 1681. præcepit Administratoribus Seminarii, ut *sub pœna ducatorum quingentorum piis usibus, & in subsidium excommunicationis nullo modo audeant molestare, vexare, aut perturbare dictum Clerum Terræ Mormanni pro prætensis contributionibus Seminarii, sed ipsum Rev. Clerum ob causam prædictam tamquam exemptum habeant, tractent, ac reputent, juxta tenorem dictorum Brevis, ac Declarationis desuper emanatæ*

In jure autem abs re non erit referre Decretum a Sacra Congregatione editum *in Sabinen.*, in qua, disceptato hoc Dubio -- *An Archipresbyter, & Canonici Ecclesiæ Collegiatæ Montis Rotundi teneantur ad contributionem Seminario etiam respectu portionis in distributiones conversæ, & respectu redituum Sacristiæ provenientium a legatis piis tam pro celebratione Missarum quotidianarum, quam pro manutentione Sacristiæ* --, die 23. Junii 1640. rescriptum fuit -- *Archipresbyterum, & Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ Montis Rotundi teneri contribuere Seminario, non tamen pro portione, quæ cedit in usum quotidianarum distributionum, nec etiam pro legatis piis pro celebratione Missarum relictis, prout nec ex incertis, & eleemosynis Sacristiæ elargitis, sed tantum ex illius reditibus certis constitutis, etiamsi provenientibus legatis piis* --, ut in *lib.*16. *Decret.pag.*394.; & consentaneæ ad hanc Resolutionem in instructione per hanc Sacram Congregationem die 16. Martii 1726. edita super onere Taxæ Seminario præstandæ, & ad singulos Episcopos transmissa §.2.*num.*9. ita cautum habetur -- *E per terminare ciò, che risguarda i Capitoli, si soggiunge, che per regolare la Tassa, non si douranno calcolare i Legati Pii delle Messe, che ad essi sieno stati lasciati, siccome ne meno l' elemosine, che si fanno alle loro Sagristie, ma solamente le rendite fisse, e stabili di esse, ancorchè le medesime provengano da' Legati Pii, giusta la Risoluzione della Sagra Congregazione del Concilio.*

Ceterum, quia nomine Promotoris Fiscalis contenditur, dictos Presbyteros ad participationem admissos, præter emolumenta eisdem ex Missarum, & Anniversariorum celebratione obvenientia, alios percipere reditus, indeque usque ab anno 1714. controversam taxam Seminario persolvisse, oportebit itidem in facto perpendere, num ex documentis hactenus allatis id satis probetur. Omnibus enim ponderatis, grave non erit EE. PP. respondere.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis in omnibus, & amplius.

Die

Die Sabbathi 13. Aprilis 1737.



Inæ ſunt Cauſæ, quarum reſolutio in ſuperiori Congregatione habita ſub diem 30. Martii proxime præteriti ad hodiernam fuit dilata. Reſumpto itaque Folio tunc diſtributo, rogantur Eminentiſſimi PP. ſequentibus Dubiis reſpondere.

Seſſ. 24. c. 12. de Ref.

TAURINEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ.
An ſit relaxanda ſupplicatio, de qua agitur in caſu &c.

Ad mentem Eminentiſſimi Præfecti.

Seſſ. 24. c. 17. de ref.

PANORMITANA INDULTI.
An ſit relaxanda ſupplicatio ſuper Indulto, de qua agitur, in caſu &c.

Negative, & amplius.

Seſſ. 25. c. 19. de Regul.

ULIXBONEN. ORIENTALIS RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Sub diem 1. Septembris ſuperioris anni diſcuſſum fuit, an Franciſcus Xaverius Feyxeira Sacerdos Profeſſus Ordinis Militum Chriſti reſtituendus eſſet in integrum ad proponendam nullitatem ſuæ Profeſſionis utpote per vim, & metum ab Aloyſio patre incuſſum extortæ. Sed, cum ex documentis tunc allatis non ſatis conſtaret, quo tempore præfatus Franciſcus Xaverius induerit Religioſum habitum, & controverſam Profeſſionem emiſerit, minuſque quot ab hinc annis Sacros Ordines ſuſceperit, nec itidem ex Teſtium depoſitione coniici poſſet, num Orator aliquod ex muniis, quæ Religioſis Profeſſis ſolent committi, obierit, & labente quinquennio fuerit de violentiis ſibi illatis conqueſtus, Sacra Congregatio, dilata Cauſæ definitione, mandavit, ut in his potiſſimum coadjuvarentur probationes.

In obſequium itaque hujus Reſcripti modo proferuntur concordes nonnullorum Religioſorum ejuſdem Ordinis depoſitiones, ex quibus habetur; primo, quod idem Orator paternis violentiis adactus die 14. Febr. 1714. regularem habitum induit, ſolemnem vero Profeſſionem die 17. Februarii inſequentis anni 1715. abſque Patris aſſiſtentia emiſit; ſecundo, quod poſt tres, vel quatuor Novitiatus annos Ordinem Subdiaconatus ad titulum Religioſæ paupertatis una cum quibuſdam aliis Religioſis a Magiſtro tamen Novitiorum Fr. Joſepho de la Cerda ejus Patruo aſſociatus ſuſcepit; tertio, quod nedum ullam Regularem Prælaturam, aut aliud ſimile munus Religioſis Profeſſis dumtaxat conveniens non exercuit, verum

rum etiam tam decurrente, quam elapso quinquennio, doluit, se fuisse ad Professionem compulsum; & quarto demum, quod Bonis fortunæ, quibus possit in statu Presbyteri secularis congrue sustentari, abundet.

His igitur in facto superadditis, resumptoque Folio pro Congregatione diei 4. Augusti proxime præteriti distributo, placeat EE.VV. rescribere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Contendente Francisco Antonio Ambrosoni, solemnem Professionem, quam sub initium anni 1720. in Conventu S. Laurentii Majoris Ordinis Minorum Conventualium Civitatis Neapolis emisit, irritam esse ob violentias sibi a Benedicto patre illatas, proindeque sub finem anni 1735. postulante, sibi facultatem impertiri, ut, prævia in integrum restitutione a quinquennio jamdudum elapso, jura sua adversus eamdem Professionem experiri posset, Sacra Congregatio de more imperavit confectionem Processus, quo nuperrime ad Urbem delato, hodie supremo EE. VV. judicio discutiendum proponitur, num petita in integrum restitutio concedenda sit. *Seß.25. c.19. de Regul.*

Summa eorum, quæ ex memorato Processu in formali Oratoris, & decem Testium examine consistente colliguntur, quæve Oratoris petitioni patrocinantur, hæc esse videtur; primo, quod prælaudatus Benedictus repetitis minis, atrocibusque verberibus Franciscum Antonium filium obfirmato animo reluctantem ad Religionis ingressum adegerit, juxta testimonium, quod in hæc verba perhibet Dominica Meola Oratoris Mater -- *E' verissimo, che il d. q. Benedetto Padre di d. mio figlio, avendo saputo dal Padre Guardiano, che lui non voleva attendere alla scuola, ne' voleva farsi Monaco, un giorno fra' l' altri mi ricordo, che gli diede tante bastonate, che lo ridusse mezzo morto* --, inferius -- *mi ricordo benissimo, ed è vero, che il qu. Benedetto Padre di detto Francesco Antonio mio figlio, avendo saputo dal P. Guardiano, che lui ostinatamente non si voleva fare Religioso, detto suo Padre s' imperversò, contro il medemo, e volse lui vincere l' impegno, poco doppo lo mandò in Napoli nel Convento di S. Maria della Nova assieme con Giuseppe suo Fratello maggiore, e con Pietro Maruccia suo paesano a vestirsi Religioso, come già furono ricevuti tanto il Francesco Antonio, quanto il Maruccia, mà doppo tre giorni quello restò Monaco, e detto mio figlio se ne ritornò in Monte Sarchio, dove avendolo veduto il Padre, non fece, come uomo, ma come a tigra, lo bastonò fortemente, dicendo, o Monaco, o pure alla Guerra, e se nò, è meglio morto, che vivo.* --, & tandem ita subjunxit -- *tutti di casa pensassimo di farlo entrare nel Monastero di S. Antoniello de' Minori Conventuali quì in Napoli, dove stava il detto Fr. Gio: Palomba nostro Parente, ed avendo il detto suo Padre proposto ciò a d. mio figlio, lui li fece la solita risposta, di non volersi fare Religioso, d. suo Padre se li avventò sopra per batterlo, e posto di mano alla saccа, gli ritrovò un stiletto di ferro a tre tagli, col quale all' ora all' ora l' avrebbe vol-*

suto ammazzare, considerando, che questo veramente voleva rovinare la nostra Casa, onde con furore lo bastonò fortemente, dicendoli, o Monaco, o morto, tanto che il detto mio figlio si spaventò e disse piangendo, che voleva farsi Monaco, ciò inteso il detto suo Padre, ordinò, che la mattina seguente, se ne fusse venuto in Napoli a ritrovare il detto suo Zio Fra Gio: Palomba, e per cautela, acciochè quello non se ne fosse fuggito, lo tenemmo riserrato dentro una Camera al giorno seguente.

Secundo, quod, decurrente probationis anno, idem Franciscus Antonius Religiosum habitum pluries abijcere, fugamque è Novitiatu arripere tentavit, quodque continuo tam ante, quam post emissam Professionem de violentiis sibi a patre illatis coram Connovitiis, aliisque Religiosis præfati Conventus sæpius doluit, nec semel protestatus fuit, se ad Religionem a præfato Benedicto patre fuisse compulsum, uti deponunt memorati Testes, & præsertim eadem Oratoris mater hisce verbis -- *Avendo avuta lettera dal detto mio figlio, mi portai quì in Napoli in tempo, che lui stava in Noviziato, ed avendolo fatto chiamare, egli calò, e dentro una Cappella della Chiesa di S. Lorenzo noi parlassimo lungamente, onde lui mi raccontò la mala vita, che menava nel Noviziato per la mala voglia, che aveva di essere Religioso, e mi pregò, che io mi fossi compiaciuta a farlo ritornare, onde io li raccontai, che suo Padre all' ora più che mai stava imperversato contro di lui, e perciò affatto non avesse pensato di uscirsene dalla Religione* --, necnon Frater Benedictus Albarelli -- ibi -- *So benissimo, ed è vero, che il detto Padre Francesco Antonio Ambrosone nel tempo faceva il Noviziato in San Lorenzo Maggiore quì in Napoli giornalmente si lagnava del suo Padre, ed altri suoi Parenti a causa, che l' avevano fatto entrare in Religione a forza, e contro ogni sua volontà, atteso il detto suo Padre li dicea, che se non si faceva Religioso, lo voleva mandare alla guerra, e per quest' effetto l' aveva tenuto anche carcerato nel suo Paese di Monte Sarchio, e questo lo dicea in presenza degl' altri Compagni Novizi, che in quel tempo unitamente stavano in Noviziato, i quali sono il Padre Maestro Pepe, il Padre Ricciardi, il Padre del Giudice, ed altri, che non mi ricordo per la lunghezza del tempo, e questo lo dicea tanto prima, quanto doppo la sua Professione.*

Tertio, quod sæpedictus Franciscus Antonius, emenso jam Novitiatu, ante solemnem Professionis actum coram præfato Fratre Benedicto Albarelli, aliisque Connovitiis protestatus fuit, se externe tantum, & oretenus, non autem voluntarie, & ex animo Professionem esse emissurum, quemadmodum constat ex ejusdem Benedicti Albarelli testimonio, qui circa hanc protestationem interrogatus ita respondit -- „ E' vero, verissimo, che il detto P. Am-
„ broione andò a fare l' atto della Professione con volto malinco-
„ nico, e prima di entrare in Sacrestia a fare questa solennità, si
„ protestò con me, e con gl' altri Novizi, che lui andava a fare
„ quella funzione esternamente, e con la sola bocca, non già con
„ la volontà, e c' avvertì, che a suo tempo di tutto questo noi l'
„ avessimo avuto ad attestare per discarico della sua coscienza, e
„ per annullare detta sua Professione, e questa seguì otto giorni
„ doppo il tempo preciso.

Verum

Verum quia tacita Professionis ratificatio solet impedimentum præstare, quominus petita in integrum restitutio concedatur, eaque desumi posset, vel ex eo, quod Orator Sacros Ordines ad titulum Religiosæ paupertatis susceperit, sive adversus illam nequidem extrajudicialiter reclamaverit, vel ex eo quod diù nimis distulerit ipsius invaliditatem judiciario ordine proponere, vel tandem quia munia, quæ solis Religiosis Professis conveniunt, exercuerit; propterea idem Orator, ut assertam Professionis ratificationem penitus excludat, præter proprium examen coram Judice factum, ubi suarum protestationum, & conquestionum seriem recenset, memoratos induxit Testes, ex quorum depositione habetur, ipsum Oratorem paulo post emissam Professionem e Conventu Fluminis, ad quem de mandato sui Superioris fuerat transmissus, fugam arripuisse, indeque cæpisse extra claustra ita vagari, ut vix unquam in Religione moram traxerit, propterea que pluries in carceres fuisse conjectum; addit præterea, suum Genitorem ante annum 1732. obiisse, idque fuisse in causa, quod invaliditatem suæ Professionis, quam san. mem. Benedicto XIII., & Sacro Pœnitentiariæ Tribunali exponere non omisit, judicialiter intentare huc usque protraxerit, ac demum concludit, se nullum ex muniis, quæ Religiosis Professis committi solent, hactenus exercuisse, solumque ad titulum Religiosæ paupertatis suscepisse Ordines Sacros, ex quibus tamen, inspectis peculiaribus facti circumstantiis, nullam authumat posse Professionis ratificationem induci, quemadmodum in similibus casibus aliàs rescripsit Sacra Congregatio, & novissime *in Asculana, in Apulia Restitutionis in integrum* 17. *Novembris superioris anni*.

Religio in Processus confectione excitata Oratoris petitioni non contradicit. Perpensis itaque juribus, quæ una cum Relatione Eminentissimi Archiepiscopi circumferentur, partes erunt EE. VV. decernere.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

ROMANA QUARTÆ FUNERALIS. Capitulum Insignis Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Eustachii de Urbe in supplici libello, quem Sanctissimo Domino Nostro porrexit, exponens, Marchionem Philippum de Maximis Romanum, & præfatæ Ecclesiæ Parochiali jure subjectum, Pisauri, quo recreandi animi causa jerat, ut notum est, occubuisse, Canonicos vero Cathedralis Ecclesiæ dictæ Civitatis, ubi illius cadaveri tumulatum fuit, detrectare, medietatem omnium intortitiorum, candelarum, & emolumentorum, quæ eidem Cathedrali ex hujusmodi funere obvenerant, ratione Quartæ sibi persolvere, postulavit, controversiæ hinc exortæ cognitionem ad Sacrum hunc Consessum remitti, ut certa statuatur norma circa id, quod in similibus casibus debeat imposterum observari, cumque Rescriptum petitioni suæ consentaneum impetraverit, modo ab Eminentissimis PP. enixe efflagitat decisionem Dubii, quod inferius describetur; *Sess. 25. c. 13. de ref.*

Jura, quæ nomine prælaudati Capituli Collegiatæ S. Eustachii circa primam partem infrascripti Dubii, num scilicet a Capitulo Cathedralis Pisaurensis debeat controversa portio canonica ex enunciato funere præstari, in his potissimum videntur constitui; Primo scilicet in juris communis sanctione, juxta quam portio emolumentorum debet Ecclesiæ Parochiali persolvi ex funere sui Parochiani, tametsi iste procul ab ea occumbat, & alibi sepeliatur, uti per Textus *in Cap. Ex parte 5. Cap. cum literum 6., & Cap. Cum super de Sepult.* tradunt *Abb. in cit. Cap. Ex parte num.* 10., *& seqq.*, *Ananias in Cap. Cum super num.2. Ancaran. in Cap. Relatum num.7., & in cit. cap. Cum super num.2. Federic. de Sen. cons.6. vers. Pone ergo, Petrus Vbald. de port. canonic. part.2. quæst.7. num.21.*, & cum aliis firmavit *Rot. dec.621. n.31.*, *& seq. cor. Molines*.

Secundo in Statuto Cleri Romani *cap.3. §.11. de jur. eligen. Sepul. in addit. pag.*16. ubi ita cautum habetur -- *Si autem contingat, quemquam extra Vrbem ex quacumque causa, non immutato tamen domicilio Vrbis, morte occumbere, & sepeliri, solvatur Ecclesiæ Parochiali Vrbis, intra cujus limites domicilium, seu habitatio retinetur, canonica portio non ab Hærede, sed ab Ecclesia tumulante, quatenus ibi funus factum fuerit, jura vero Sepulturæ ab Hærede; Si vero funus non fuerit factum in loco, in quo decessit, integrum dictæ Ecclesiæ Parochiali Vrbis deberi, declaramus,* -- quæ statutaria dispositio legitur quoque repetita in Taxa vulgari idiomate edita - ibi - *Per quelli, che, ritenendo domicilio in Roma, mojono fuori di Roma si debba la porzione canonica della Chiesa sepelliente alla propria Chiesa Parochiale di Roma, alla quale però si debbano gli emolumenti della sepultura direttamente dall' Erede, e non essendosi fatto il Funerale nel luogo, dove mojono, dalle dette Persone specificate nella Tassa sudetta si debba intiero alla Parochiale di Roma dagli Eredi.*

Et tertio demum in veteri usu, & observantia nonnullis sententiis, & declarationibus confirmata, qua enunciata portio canonica fuit semper Parochialibus Urbis persoluta ex suorum Parochianorum funeribus, licet ii longe ab Urbe decesserint, ibique eorum cadavera fuerint tumulata, uti constat ex pluribus allatis documentis, & testatur Eminentissimus Urbis Vicarius, qui existimans, controversam Quartam non posse præfato Capitulo denegari, sententiam suam juri communi, & enunciato Statuto Cleri Romani innixam nonnullis quoque exemplis ita confirmat -- *Ad quarum quidem sanctionum tramites non semel resolutum, ac practicatum fuit in hac Alma Vrbe contra Hæredes defunctorum in aliena Parochia etiam extra districtum, antequam decisum fuisset a memorata Congregatione Particulari Quartam non ab Hæredibus. sed ab Ecclesia tumulante deberi, quando funus factum est; sic eam solvere Ecclesiæ S. Eustachii Oratrici coacti fuerunt Hæredes Ducissæ Lantes Parisiis defunctæ. Item Hæredes clar. mem. Card. Petrucci Parochiali Ecclesiæ SS. Vincentii, & Anastasii ad Trivios, ac tandem Ecclesiæ tunc Parochiali S. Dorotheæ Hæredes Pyrri Alberici Romani defuncti Laureti in Piceno, quo se devotionis causa transtulerat, prævia definitiva sententia lata sub die*

21. Octobris 1694. per clar. mem. Card. Sperellum tunc in hac Alma Urbe Vicesgerentem - *Post vero enunciatam Resolutionem Congregationis Particularis plures enumerantur casus, in quibus Ecclesiæ Tumulantes persolverunt Quartam funeralem Parochialibus Urbis, ac præcipue Ecclesia Cathedralis Civitatis Interamnæ de anno 1734. exsolvit Quartam funeralem Ecclesiæ S. Eustachii pro funere expleto super Cadavere qu. Josephi Salvatucii, necnon eidem Ecclesiæ Oratrici aliam consimilem Quartam persolvit Ecclesia Cathedralis Albanensis per obitum qu. Joannis Ferrarii domiciliarii d. Collegiatæ S. Eustachii* -- deinde in hæc verba subjungit -- *Attenta igitur clarissima juris tum municipalis, tum communis dispositione praxi etiam confirmata, prout in adductis exemplis, essem in sensu ad amputandas quascumque controversias, quæ etiam imposterum oriri possent, summopere expedire, ut EE. VV. super Dubio ab Oratoribus proposito decisive proferant sententiam.*

Quod vero attinet ad secundam dicti Dubii partem, in qua Canonici Cathedralis Pisaurensis authumant, se controversam portionem non in medietate, sed in minori quantitate præstare debere, vel saltem eam detrahendam haud esse ex quibusdam intortitiis, quæ ante Crucem in Cadaveris associatione gestantur, & ab Hæredibus Defunctorum offeruntur, juxta consuetudinem, ut præfertur, ibi vigentem, duo sunt, quæ Capitulum S. Eustachii animadvertenda proponit; alterum, quod in memorato Statuto Cleri Romani *cap.* 4. §.2. *in addit.* circa quantitatem Quartæ funeralis ita cautum habetur -- *Medietas totius ceræ, quæ in ipso funere accenditur circa feretrum, sive ante, sive retro deferatur, sive intra Ecclesiam etiam in Altaribus alicujus Sancti, sive extra eam, sive ab Hæredibus defuncti, sive a quocumque alio, (ut in superiori §.1. dictum est) in honorem Defuncti, sive accendatur ad hoc, ut Regulares, & Confratres, aliique Processionem funebrem associantes tempore nocturno viam videre possint, sive alio quocumque prætextu, Ecclesiæ Parochiali debeatur, quoties defunctus extra illam tumulatur in Sepulcro Majorum, vel Beneficii, vel ex propria electione, ex vetustissima Urbis consuetudine &c.* --, quodque reipsa consentanee ad hanc statutariam dispositionem occasione similium funerum ab Ecclesiis tumulantibus dimidium omnium intortitiorum, & candelarum ratione Quartæ Parochialibus Urbis hactenus persolvi consueverit; Hinc autem eo certius contendit idem Capitulum, sibi integram omnium intortitiorum, & candelarum aliorumve quorumvis emolumentorum medietatem deberi, dum statuta, & consuetudines pinguiorem quarta funeralium emolumentorum portionem Parochis tribuentia observari jussit san. memor. Benedictus XIII. in Const. *Romanus Pontifex.* hisce verbis -- *Ubi vero consuetudines legitime probatæ, conventiones, concordiæ, vel statuta vigerent, quæ præfatis Parochis magis faverent, illisque pinguiorem prædicta Quarta emolumentorum funeralium portionem assignaverint, ea in iis, in quibus vigent, Locis inconcusse ab omnibus observari, sancimus.*

Alterum vero, quod ex omnibus intortitiis, & candelis, quibus Defunctorum cadavera in itinere ad Ecclesiam tumulantem associantur, necnon ex iis, quæ in eadem Ecclesia circa cadavera, vel etiam in

in Altaribus die funeris accenduntur, portionem canonicam Ecclesiis Parochialibus præstandam esse, præter enunciatam Constitutionem Benedictinam, & sæpedictum Statutum Cleri Romani *d.Cap.* 4. §.1., *&* 2. declaravit Sacra Congregatio in *Mediolanen. Quartæ Funeralis* 8. *Novembris* 1730., *&* 2. *Junii* 1731.

Adversus hæc cum nihil a Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Pisaurensis hactenus allatum fuerit, onus erit EE. VV. definire.

An, & quæ portio ratione Quartæ debeatur Ven. Ecclesiæ S. Eustachii Urbis ex funere, de quo agitur in casu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes, & signanter super observantia.

Sess.22. c.6. de ref.

MACERATEN. UNIONIS. Septimius Mareotti Præpositus Ecclesiæ SS. Laurentii, & Blasii Oppidi Montis S. Petri in testamento sub diem 26. Junii 1728. condito, Blasio Calvagni, Theodoro Compagnoni, Angelo Mareotti, & Josepho Bongratii, quos Executores, & fiduciarios hæredes scripserat, præcepit, *che doppo seguita la mia morte, di tutti, e singoli miei Beni, e di tutta la mia eredità, come sopra debbano erigere un Canonicato nella Chiesa Cattedrale di Macerata con tutti quei pesi, onori, e prerogative, che hanno, e godono gl' altri Canonici di detta Chiesa, supplicando il Capitolo a voler ammettere, e dare il loro consenso per la sudetta erezzione per maggior servizio di Dio, e della loro Chiesa; e perchè la dote, ed il frutto di detto Canonicato non arriverà alli scudi cento, conforme io desidero, quando così non fosse, si erigga con quel frutto, che renderanno li sudetti miei Beni, con piena, e libera facoltà a detti miei Eredi confidenziali di vendere, ed alienare tutti, e singoli miei Beni sì stabili, che mobili senza ottenere la licenza dalla Sagra Congregazione ad effetto di rinvestirli in altri Beni più fruttiferi nel Territorio di Macerata, overo in Censi, perchè arrivino al detto frutto della somma di scudi cento, così per la qualità della Chiesa, e del soggetto, che possederà il Canonicato;* -- deindeque, nominato ad dictum Canonicatum Francisco filio præfati Angeli Mareotti sub onere unam Missam quotannis celebrandi, tam quoad activum, quam quoad passivum juspatronatus ita cautum reliquit, -- *e doppo la di lui morte, essendovi nella Chiesa Mareotti soggetto capace, resti il jus nominandi sì attivo, come passivo al maggior d' età, e non ad altri Fratelli, durante la sola linea mascolina ad esclusione delle femine, e terminata questa ricada il jus nominandi al Signor Giuseppe Bongrazii, mancando poi questa, ricada al Signor Teodoro Compagnoni nel medemo modo, che hò detto di sopra, che una sia la voce, cioè al maggiore di età, e che il Canonico sia sempre Patrizio Maceratese; e perchè la vita umana è assai breve, mancando le sudette Famiglie tanto del Signor Angelo Mareotti, quanto del Signor Giuseppe Bongrazii, e Signor Teodoro Compagnoni, e loro Descendenti Maschi, all' ora, ed in questo caso ricada il jus nominandi al Capitolo della Cattedrale di Macerata.*

Secuto Testatoris obitu, memoratus Angelus Mareotti unus ex præfatis Executoribus Testamentariis comperiens, hæreditaria Bona a Septi-

Septimio relicta pro dote dicti Canonicatus annuum reditum scutorum 70. non excedere, contra vero considerans, Testatorem exoptasse, ut Canonicatus ab ipso institutus dotem annui reditus in scutis centum haberet, licet a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ consensum obtinuerit pro ejusdem Canonicatus erectione cum dictorum Bonorum dote, supplicem Sanctissimo Domino Nostro porrexit libellum, in quo referens, Julium Franciscum Laouretani in Testamento sub diem 20. Januarii 1730. condito suos hæredes scripsisse Fabium, & Josephum Baglioni Pisaurenses sub onere ,, di dover colli frutti della mia eredità celebrare tante Messe, quante
,, ne entraranno in detti frutti alla ragione di bajocchi quindeci
,, per Messa, con facoltà ancora di poterle far celebrare alla ragione dell' elemosina manuale, ed il di più ceda a lor vantaggio, -- *atque inferius ita cavisse* -- e perchè li detti Signori Fabio, ed Abbate Giuseppe abbino da ricevere commodo, e non
,, incommodo da questa mia Eredità, voglio, ordino, e comando,
,, che li medesimi secondo le congiunture, che gli si presenteranno, debbano con loro commodo vendere, e non a pricipizio
,, tutti li miei Beni stabili, mobili, semoventi per doverne poi rinvestire il prezzo in altri Beni stabili nella Città, e Distretto di
,, Pesaro, li quali debbano sempre a perpetuo stare per l' adempimento delle sudette Messe da celebrarsi, e farsi celebrare in suffragio dell' anima mia, e delli miei Congionti &c., voglio però,
,, ordino, e comando, che volendo il Padre D. Raimondo Laoretani Bernabita mio fratello celebrar lui le sudette Messe, debba
,, essere preferito con pagarglisi l' elemosina alla ragione di bajocchi 15. per Messa, per fin tanto, che lui sarà vivo, e facendole
,, li sudetti Signori Fabio, ed Abbate Giuseppe da altri celebrare,
,, debbano pagarne l' elemosina a ragione di un paolo per Messa,
,, intendendo io a questa ragione l' elemosina manuale ,, -- subjungensque, hæreditatem hanc sibi ex cessione per memoratos hæredes facta una cum omnibus commodis, & oneribus fuisse delatam, exposuit, suis in votis esse, ut Dos præfati Canonicatus ea meliori, qua potest ratione, augeatur, proindeque exoravit, sibi fieri potestatem, ut Prædium quoddam in Territorio Montis Ulmi positum, & ad enunciatam hæreditatem pertinens una cum parva Cella vinaria Maceratæ existente eidem Canonicatui adiiciatur Junicto illius Possessori onere biscentum Missas celebrandi in Julii Francisci Testatoris, suorumque Consanguineorum suffragationem.

At, remissis ad Sacram Congregationem ejusmodi precibus, auditus de more fuit Episcopus, qui in literis sub diem 6. Augusti 1736. datis post descriptam utramque testamentariam dispositionem tam scilicet Septimii Mareotti, quam Julii Francisci Lauretani, refert, hæreditatem Lauretanam consistere in binis Prædiis, altero in Territorio Montis Ulmi posito, altero in Territorio Maceratæ, atque in d. parva Cella Vinaria, annuum illius fructum scuta 84. non excedere, plurimo autem ære alieno, aliisque oneribus in summam scutorum 56. 70. gravatam reperiri, adeout nonnisi scuta 27., & obuli 30. pro tot Missarum celebratione supersint, juxta distinctam notulam

notulam ab ipso transmissam, subindeque sententiam suam in hæc verba aperit -- ,, Ben considerano l' EE. VV., che a tenore del nominato calcolo giustificato l' Oratore assegna al Canonicato oltre li crediti da esigersi scudi 27. 80. di annuo frutto liberi d'
,, ogni peso, per il che credo, come hò accennato, che siccome
,, rispetto all' Oratore, il quale non ritiene altro, che il frutto del
,, Predio di S. Croce ascendente a scudi 42. 20., che non adequa
,, l' altro de debiti, che si accolla ascendente a scudi 42. 70., come al foglio del calcolo n.1. in princip., e num.3. vi concorre l'
,, utilità della Causa Pia, assegnando bajocch, 50. annui di più del
,, fruttato al Canonicato, come al calcolo n.5., oltre all' altr' utile, che ne risulta all' eredità dall' obligarsi il Mareotti al pagamento dell' annuo livello già detto alla Monaca Laoretani, ed
,, il cedere al Canonicato il terzo del frutto, che gli competerebbe in vigore dell' accennato Testamento; così che pare, che la
,, volontà del Testatore resti più pinguamente adempita, e riesca
,, piú vantagiosa, ed utile tale unione, mentre dovendo il Canonico celebrare annualmente Messe numero 200. con tal prefissione di numero, e si toglie ogn, incertezza, che suol cagionarsi
,, dall' intemperie delle stagioni, e senza dipendere dalla fede degli Eredi, ed il Canonico verrebbe a celebrare maggior numero
,, di Messe di quello prescritto dal Testatore, & in oltre sarebbe
,, anche utile per il Possessore del Canonicato, quale verrebbe a
,, celebrare le dette Messe quasi alla ragione di bajocchi 15. per
,, ciascuna, quando in Macerata con difficoltà si trova l' elemosina
,, d' un solo giulio. Sicchè l' utile pare a me molto evidente, e
,, chiaro conosciuto ancora dal P. Biagio Calvagni, Teodoro Compagnoni, e Giuseppe Bongratii, e finalmente da questo Capitolo &c. quali &c. hanno dato il loro consenso per l' unione sudetta in scritto. E quando l' EE. VV. vogliono fare una tal grazia
,, all' Oratore, stimerei bene di permettere al Padre Raimondo
,, Laoretani Bernabita la celebrazione delle Messe, che potrà dire
,, con l' elemosina di bajocchi 15. giusta la disposizione del Testatore suo Fratello &c.

Requisitus autem subinde idem Episcopus, ut significaret, num Cappellania Lauretana in Ecclesiasticum Beneficium fuisset erecta, ita respondit -- ,, Onus Missarum per quondam D. Julium Franciscum
,, Laoretani suis Hæredibus injunctum, & quod modo in Angelum
,, Mareotti uti Cessionarium eorumdem reperitur translatum,
,, nunquam in Cappellaniam erectum fuit, sed per solam deputationem Sacerdotis per supradictum Angelum factam ad celebrandum Missas ad rationem eleemosynæ manualis julii unius
,, pro qualibet Missa simplicis officiaturæ nomen meruit.

His itaque ponderatis una cum iis, quæ nomine præfati Angeli Mareotti in jure circumferentur, onus erit EE. VV. statuere.

An sit locus gratiæ unionis legati pii relicti a Julio Francisco Laoretano favore Canonicatus erigendi in Ecclesia Cathedrali Maceratensi in casu &c.

Negative.

SPO-

SPOLETANA CONCIONATORIS. Cum R. P. D. Felix Passerinus Abbas Commendatarius Monasterii, seu Parochialis Ecclesiæ S. Eutitii olim ad Ordinem S. Benedicti spectantis authumet, sibi jus esse eligendi, ac deputandi Concionatorem in dicta Ecclesia veluti Regulari, traditis eidem patentalibus literis electionem, & deputationem a se factam præseferentibus, Concionatorem vero sic electum, & deputatum non teneri novas literas Patentes ab Episcopo Spoletano recipere, sed tantum obstringi, paulo ante Quadragesimam pro consueta benedictione obtinenda coram illo se præsentare; Et e converso propugnet Episcopus Spoletanus, facultatem nominandi dumtaxat, seu præsentandi Concionatorem memorato Abbati competere, ita ut illius deputatio ad solum spectet Episcopum, qui propterea in literis Patentibus a se Concionatori tradendis uti possit, ac debeat verbo -- *Deputamus* --, indeque subjungat, eumdem Concionatorem teneri coram Episcopo in hunc finem ante Festum Epiphaniæ comparere; ad dirimendam ejusmodi controversiam duo infrascripta Dubia Supremo Eminentissimorum PP. judicio subjiciuntur. *Sess.5.cap.2. de Ref. Matr.*

Præter ea, quæ super hac materia ad juris æque, ac praxis tramites late tradunt *Pignatell. consult.*206. *tom.*4., *Barbos. de offic., & potest. Episc. alleg.*79. *Panimol. decis.*91. *annot.*1., *&* 2., *Monacell. tom.*1. *tit.*12. *form.*7., *& Piton. tom.*4. *disecpt. Eccl.*101. *num.*1., *& seqq.*, & signanter *num.*8., ubi ita concludit -- *Modus ergo providendi Ecclesiis de Prædicatoribus talis erit; Si enim Abbas vult deputare Regulares sui Ordinis, expediet literas patentes, in quibus dicet -- Eligimus, & deputamus ad Ecclesiam Parochialem N. N. nostræ Congregationis pleno jure subjectam --; Episcopus autem sic electo, seu deputato suam benedictionem impartiri debet, & nihil aliud. Quo vero ad Prædicatores alterius Ordinis sive Seculares Abbas dabit illis Literas patentes, dicendo -- Nominamus, seu præsentamus --, quibus exhibitis Episcopo, iste eas dimittet in ejus Cancellaria, ut ibi remaneant ad publicum documentum, & dabit suas Patentes Præsentato, seu nominato per Abbatem, in quibus exprimenda erit nominatio, seu præsentatio Abbatis, & faciet deputationem, seu licentiam prædicandi in Populum, illique benedictionem impartietur, super qua necessitate dimittendi Patentes Abbatis in Cancellaria, & exprimendi in Patentibus Episcopi nominationem, seu præsentationem Abbatis extat Resolutio &c.*, præstat nonnulla hujus Sacræ Congregationis Rescripta indicare.

Scilicet in *Cremonen.* sub diem 10. Novembris 1619. prodiit hæc Resolutio -- *Sac. Congregatio, auditis Partibus, censuit, si Monachi in Parochiali Ecclesia eorum Monasterio unita per Regularem sui Ordinis prædicare voluerint, illius deputationem non ad Episcopum, sed ad Priorem pertinere; at Concionatorem sive Secularem, sive Regularem alterius Ordinis ab Episcopo tantum esse deputandum* --, ut in *lib.* 12. *Decr. pag.*27.

In *Ferrarien. Ecclesiarum Curatarum*, cum ex Constitutione fel. rec. Innoc. X. tres Parochiales Ecclesiæ in Villis nuncupatis de Lagoscello, & Cogomaro Ferrariensis Diœcesis existentes, & antea per Monachos Olivetanos possessæ ad Vicarias curatas perpetuas cum

omnimoda animarum cura, & Sacramentorum administratione redactæ fuissent, clar. mem. Cardinalis Carassa Episcopus ad evitandas controversias cum dictis Monachis, & ut animarum cura, & Sacramentorum administratio laudabiliter per idoneos Vicarios posset exerceri, supplicavit, citatis eisdem Monachis, pro resolutione horum Dubiorum -- *I. Quænam portio annua sit a Monachis assignanda hujusmodi Vicariis Curatis perpetuis supradictarum Ecclesiarum in casu, de quo agitur. II. An electio Prædicatorum in eisdem Ecclesiis Parochialibus spectat ad Eminentissimum Episcopum; an potius ad eosdem Monachos*; die vero 23. Februarii 1658. responsum fuit. *Ad I. Secundum ea, quæ proponuntur, sufficere congruam scutorum* 80. *illarum Partium liberam ab omni onere. Ad II. quatenus Vicarius per se noluerit prædicare, Prædicatoris deputationem spectare ad Monachos, dummodo Regularem ejusdem Ordinis deputent*, -- ut in *lib.* 21. *Dec. pag.*184.

In causa cui titulus *Dubium Electionis Prædicatoris*, exposita hac facti summa; Congregatio Canonicorum Regularium Lateranensium habet complures Ecclesias unitas, & præsertim Monialium, in quibus pro Adventu, & Quadragesima solet deputare Prædicatorem sub solita Episcopi benedictione; & quia sæpe accidit, ut è proprio Ordine Prædicatores proprios non habeat, proinde Procurator Generalis ad præcavendum dissensionibus cum Ordinariis supplex instat decerni -- *An eligere Prædicatorem alterius Ordinis in Ecclesiis Regularium Exemptorum spectet ad Episcopum, vel ad Superiorem Regularem dictæ Ecclesiæ* --, die 16. Decembris 1673. editum fuit Rescriptum -- *electionem pertinere ad Regulares, approbationem vero, & benedictionem ad Ordinarium*, -- ut in *lib.*28. *Decr. pag.*212.

In *Sutrina Concionatoris*, disceptatis ad instantiam Episcopi hisce Dubiis -- *I. An Communitates præfatæ teneantur in literis Patentibus uti verbis -- N N in Concionatorem nominamus, & præsentamus -- non obstantibus concordia, & respective consuetudine etiam immemorabili, juxta quas dd. Communitates prætendunt uti -- Eligimus, & deputamus --. II. An dictæ Literæ Patentes a Communitatibus Concionatori tradendæ remanere debeant in Cancellaria Episcopali ad publicum documentum nominationis per easdem factæ. III. An Concionatoribus per Communitates nominatis, & præsentatis debeat, & gratias extradere proprias literas Patentes in eisdem exprimendo, quod dicti Concionatores fuerint a Communitatibus nominati, & præsentati* -- die 8. Maii 1688. rescriptum fuit -- *An I., II., & III. affirmative*, -- ut in *lib.*37. *Decret. pag.*222., & 223.

Postremo in *Urbinaten. Concionatoris*, ad tria hæc Dubia -- *I. An pro proxima præterita Quadragesima fuerit devolutum favore Archiepiscopi jus deputandi Concionatorem in Ecclesia Cathedrali*; & quatenus negative. *II. An Concionatori deputato per Archiepiscopum adhuc debeatur eleemosyna ex solitis assignamentis destinatis pro præsenti anno. III. An Communitas in futurum teneatur præsentare in Cancellaria Archiepiscopali nominationem Concionatoris tempore præscripto a Constitutionibus Synodalibus* --, die 7. Junii 1698. responsum fuit. *Ad I., & II. eleemosynam ex assignamentis Communitatis præ-*

præsentis anni deberi Concionatori deputato a S. Congr. Ad III. affirmative --, ut in *lib.*48. *Decr. pag.*252.

Ceterum, quia nomine Abbatis in medium profertur Decisio a Rotæ Auditorio edita in *Fanen. Jurisdictionis* 21. *Januarii*, & 16. *Junii* 1704. §. *fin. cor. clar. mem. Card. Scotto* ubi sic habetur -- *censuerunt DD. ad ipsum Abbatem spectare nominationem, & deputationem Concionatorum in eisdem Ecclesiis (reservata Episcopo eorumdem benedictione) quia, cum in Ecclesiis plenarie unitis cura resideat penes ipsum Monasterium, & Abbatem, qui dicitur primus Parochus, ad eumdem quoque Abbatem pertinere debet Concionatoris electio* --, & idipsum confirmatum fuit in eadem *Causa* 5. *Junii* 1705. *cor. Caffarell.* ibi -- *Quo vero ad Concionatoris nominationem, illam ad Abbatem spectare, DD. responderunt, cum enim Abbas harum Ecclesiarum unitarum sit Parochus, utique illi onus injunctum est prædicandi Verbum Dei, & accedente legitimo impedimento, per alios præstare tenetur, ad illius nominationem Abbas inscriptis procedere debet, quam Concionator electus Episcopo præsentare debet, qui illi Episcopalem benedictionem impartiatur* --, prætermittendum non est, quod *Piton. d. discept.* 101. *num* 5. *tom.*4. post relatas Sacræ hujus Congregationis Resolutiones, & memoratam Decisionem, nititur eas conciliare hisce verbis -- *Mihi autem reflectenti ad veritatem, videtur, utramque opinionem posse de facili conciliari, quoniam Decisiones S. Rotæ in Fanen. ubi proxime, necnon resolutio S. Congregationis in dicta Ferrarien. loquuntur de simplici jure nominandi, & præsentandi, seu eligendi Concionatores; Resolutio vero Sac. Congregationis in Cremonen. loquitur de jure deputandi, & consequenter concludo, quod, ubi Abbas Conciones expleri velit per Regulares alterius Ordinis, vel Seculares, spectet ad Episcopum eos deputare, ad nominationem tamen, & præsentationem Abbatis, seu spectet ad Episcopum dare licentiam prædicandi, necnon benedictionem iisdem Concionatoribus nominatis per Abbatem, de qua nominatione, seu præsentatione Episcopus mentionem facere debet in suis literis, cum incompatibilis non sit deputatio Episcopi cum nominatione Superioris Regularis, ut in Resolutione S. Congr. Episcoporum, & Regular. in Alatrina* 3. *Jul.* 1693.

Inspectis igitur juribus nomine tam Abbatis, quam Episcopi circumferendis, onus erit EE. VV. definire.

I. An, & sub qua formula sint concipiendæ Literæ Patentes Concionatoris destinati ab Abbate S. Eutitii, & respective, an Concionator teneatur novas recipere Literas Patentes ab Episcopo Spoletano, vel potius sufficiat solummodo petere, & recipere solitam benedictionem ab eodem Episcopo in casu &c.

II. An idem Concionator possit ad sui libitum comparere coram Episcopo pro habenda, & recipienda benedictione prædicta, dummodo id faciat paulo ante Quadragesimam in casu &c.

Ad primum Litteras Abbatis concipiendas esse cum verbis *nominamus*, & *præsentamus*, Concionatorem vero teneri ultra Benedictionem recipere ab Episcopo Litteras deputationis in quibus fiat

mentio nominationis, seu præsentationis Abbatis. Ad secundum. Ad mentem.

Sess.24. c.12. de Ref.

CASTRI MARIS SERVITII CHORI. Exponente Episcopo, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ octodecim Dignitatibus, & Canonicis, novem Presbyteris, ac tribus Hebdomadariis constare, sed ejusdem Ecclesiæ servitio decem dumtaxat ex illis unaquaque hebdomada etiam Adventus, & Quadragesimæ per turnum, seu tertiariam incumbere, itaut divino cultui satis consultum non esset, & Pontificales functiones ex Ministrorum defectu quandoque rite peragi nequirent, Sacra Congregatio, ut deformitati huic aliquod pararet remedium, primum sub diem 6. Februarii 1734. decrevit, ut idem Episcopus imposterum „ servari faceret dispositionem Sacri Concilii Tridentini, non permittendo vacationes ultra tres „ menses, ita tamen etiam, ut Canonici iis frui nequeant tempore Adventus, & Quadragesimæ, aliisque excipi solitis juxta „ alia Decreta, & duæ saltem ex tribus partibus semper Choro interessent „; deinde vero cum huic Decreto memoratum Capitulum minime acquievisset, proposito ad istius petitionem Dubio -- *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*, die 30. Julii 1735. respondit -- *In Decisis, sed ex gratia indulgendum esse, ut inservire possint per mediarias ad formam Rescripti in Cathacen. Servitii Chori 5. Septembris 1699. ut nempe toto anni tempore per mediarias, idest per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis Missæ, Matutino, & omnibus Horis interesse valeant, ita tamen, ut diebus Dominicis, & festis de præcepto, tempore Adventus, & Quadragesimæ, ac Octavarum Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis D. N. Jesu Christi, ac Sanctissimi Corporis ultra medietatem Capitularium, qui non erunt de servitio Missæ, & Vesperis inservire teneantur.*

Post editam Resolutionem hanc, memoratus Episcopus deprehendens, Dignitates, Canonicos, & Hebdomadarios dictæ Cathedralis Ecclesiæ, ceterosque residentiæ onere obstrictos extra Civitatem, quin etiam extra Diœcesim spatio plurium dierum, & mensium, nulla prævia Episcopi licentia, aliquando commorari, indeque nunc magis, quam antea negligi servitium sæpedictæ Cathedralis Ecclesiæ, ut huic quoque malo opportunum remedium adhiberet, promulgari præcepit Edictum hisce verbis conceptum -- „ Volendo noi rimediare a questo male esorbitante, ordiniamo, „ comandiamo a tutti, ed ogn' uno delle Dignità, e Canonici, ed „ Ebdomadari di questa nostra Cattedrale, ed a tutti i Parochi, ed „ Economi di questa nostra Diocesi, ed ogni altro Beneficiato obbligato a residenza, che nessuno ardisca sotto qualsivoglia pretesto, e colore, e per qualsivoglia motivo partire da questa Città, „ e sua Residenza nemeno per poco tempo senza licenza nostra, o „ del nostro Vicario Generale in quelli casi, che a noi s' appartengono, o senza licenza della Sagra Congregazione in quei casi, „ ove s' estende la nostra facoltà sotto pena di sei ducati per ciascheduna volta, ed in sussidio della sospensione à Divinis --

Cum autem adversus hujusmodi Edictum præfati Canonici, & Dignitates

tates appellationem interjecerint ad Tribunal A. C., authumartes, se posse a residentia locali absque Episcopi licentia discedere iis præsertim diebus, quibus in vim præmissa Resolutionis non tenentur Choro interesse, Episcopus exoptans Cultui Divino, Ecclesiæque servitio ea meliori, qua potest, ratione consulere, obtenta ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi Causæ avocatione a dicto Tribunali A. C., ejusque remissione ad hunc Supremum Consessum, enixe postulat, ut duo Dubia inferius describenda ab EE. VV. decidantur.

Porro quod attinet ad I. Dubium, in quo disceptatur, num enunciatum Edictum, quo Canonicis, & Dignitatibus Cathedralis Ecclesiæ interdicitur, ne absque Episcopi licentia in scriptis a residentia discedant, sustineatur, duo in jure notanda occurrunt; alterum, quod tam Canonici, & Dignitates Cathedralium, seu Collegiatarum Ecclesiarum, quam ceteri omnes Beneficiati residentiæ onere obstricti nequeunt, nisi impetrata Episcopi licentia, è loco, ubi Canonicatum, Dignitatem, vel Beneficium obtinent, abesse, juxta expressos *Textus in tot. tit. de Cleric. non resid.*, & tradunt *Fagnan. in Cap. Relatum num.*10. *& seqq. eod. tit. Ventrigl. in praxi part.*1. *annot.*19. §.2. *n.*19. *Barbos. de Can. c.*24. *n.*55.; alterum vero, quod Episcopus huic juris sanctioni inhærens non solum potest statuere, ne Canonici, Dignitates, cæterique Beneficia, quibus residendi onus inhæret, obtinentes, residentiam deserant, nisi facultate in scriptis ab ipso habita juxta Resolutiones à Sacra Congregatione editas in *Terracinen.*19. *Feb.*1628. *lib.*13. *Decr. pag.*405., & aliàs relatas in *Larinen. Decretorum Synodalium* 30. *Augusti* 1732. *ad III., IV., & V. Dub. lib.*82. *Decr. pag.*414., verum etiam edicere, ne simplices Clerici Cathedralis, vel alterius Ecclesiæ servitio adscripti, eo inconsulto, extra Diœcesim vagentur, secundum ea, quæ notant communiter Authores supra allegati, & pluries rescripsit Sacra Congregatio, & signanter in *Anconitana* 14. *Febr.*1609. *lib.* 11. *Decr. pag.*43. *in Terdonen. anno* 1621. *lib.*12. *Decr. pag.*83. *in cit. Terracinen.* 19. *Feb.*1628. *in Constantinopolitana* 1. *Aprilis* 1628. *lib.*23. *Decr. pag.*424. *ad II., & in Melevitana Synodi* 14. *Junii* 1707. *lib.*57. *Decr. pag.*205.

Circa II. vero Dubium, an scilicet iidem Canonici, & Dignitates possint impune a residentia absque Episcopi licentia abesse tempore, quo vigore Indulti Sacræ Congregationis non tenentur Choro interesse, in jure præmittendum est, prudenti Episcopi arbitrio reservatum esse, decernere, quot Canonici, seu Beneficiati debeant Ecclesiæ inservire, quotve utentes vacatione sibi indulta possint a residentia discedere, eique proinde permissum esse, prohibere, ne eorum ullus tempore solemniorum festivitatum sine ejus licentia e loco residentiæ absint, quemadmodum ad rem tradunt *Barbos. de Can. cap.*20. *n.*3., *& seqq. Monacell. pa.*1. *tit.*4. *form.*7. *n.*5., *&* 6.; hinc enim communiter receptum esse videtur, Episcopum posse legem quoque indicere, ut Canonici, & Dignitates volens vacationum Indulto frui nequeant nisi de ipsius licentia residentiam relinquere, eoque minus extra Diœcesim commorari, istique legi, seu Edicto pecuniarium multam, & in subsidium spiritualem quo-

que

que suspensionis pœnam adiicere, juxta plures Resolutiones hujus Sac. Congr. relatus in *cit. Larinen. Decretorum Synodalium* 30. *Augusti* 1732.

Et quamvis necessariam haud esse Episcopi licentiam, ut Canonici, & Dignitates possint vacationis Indulto eis per Tridentinos Patres elargito frui, tueantur *Fagnan. in Cap. Relatum n.*15., *&* 16. *de Cleric. non resid.*, *Garz. de Benef. part.*2. *cap.*2. *num.*312. *Barbos.ad Concil. Sess.*24. *Cap.*12. *n.*65. *de Ref.*, & pluries resolverit Sacra Congregatio, & præsertim in *Adrien.*8. *Maii* 1649., ubi ad IV.Dubium ita conceptum -- *An idem Episcopus prohibere possit absentiam de jure permissam absque ejus licentia* -- responsum fuit -- *Non posse prohibere*; attamen hujusmodi Authoritates intelligendæ ita videntur, ut Episcopi licentia non sit necessaria ad obtinendam vacationem prædictam, non autem quod modum eadem vacatione fruendi, ut explicat *Piton. tom.*4. *discep. eccl.*115. n.16.; & juxta hunc sensum memorata Sacræ Congregationis Resolutio in *Adrien.*mox allegata una cum aliis locum sibi vindicat in casu, quo Canonici vacationis Indulto utentes se a servitio Ecclesiæ absentant, sed intra Diœcesim moram trahunt, tunc enim Episcopi licentia non indigent; secus vero, si ab ea velint abesse, uti declaravit eadem Sacra Congregatio in *Jadren.* 9. *Maii* 1626. hisce verbis -- *Sacra Congregatio, tametsi declaraverit, nullam requiri licentiam ad hoc, ut Canonici abesse possint in Mensibus ab eodem Concilio permissis, censuit tamen, hanc declarationem non vindicare sibi locum, quoties Canonici abesse volunt extra Diœcesim, ac proinde hoc casu Episcopi licentiam esse obtinendam; ceterum Episcopum non debere illam absque rationabili causa denegare* ut in *lib.* 12. *Decr. pag.*353.

Et reipsa conformiter ad hanc Resolutionem novissime *in Acerrarum* 23. *Augusti* 1727., discussis duobus hisce Dubiis -- *I. An Canonicis Ecclesiæ Cathedralis liceat ab eorum Diœcesi abesse absque licentia Episcopi*; & quatenus *negative. II. An sustineatur Edictum Reverendissimi Episcopi etiam quoad absentiam paucorum dierum, & respective trium mensium a Sacro Concilio Tridentino concessorum* -- prodiit Resolutio -- *Ad I. Negative sub pœna ducatorum quinque tantum in casu contraventionis, & in subsidium suspensionis. Ad II. Provisum*, ut in *lib.*77. *Decr.pag.*518.

His igitur ponderatis una cum juribus nomine Episcopi allatis, placeat EE. VV. rescribere.

I. *An Edictum Episcopi promulgatum die* 3. *Januarii* 1736. *prohibitivum discessus absque sua licentia inscriptis quoad Dignitates, & Canonicos sustineatur in casu &c.*

II. *An saltem Canonici gaudentes vacatione, ejus tempore durante, possint impune discedere, & abesse in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

*Sess.*25. *c.*11. *de Ref.*

PISCIEN. EMPHYTEUSIS. Ad instantiam Joannis Andreæ Pellegrini moderni Rectoris simplicis Beneficii sub invocatione S. Cataldi pridem erecti contendentis, concessionem emphyteuticam cujusdam Prædii ad dictum Beneficium spectantis factam an-

no

no 1680. Jo: Zucconi usque ad quartam generationem non posse ex multiplici capite sustineri, neque illius sanationi per Fratres de Zucconis petitæ locum esse, disceptata fuerunt duo hæc dubia -. I. *An constet de validitate contractus*; & quatenus *negative* -- II. *An sit locus sanationi in casu &c.*; die vero 7. Julii superioris anni rescriptum fuit -- *Negative ad utrumque*.

Quoniam vero adversus resolutionem hanc statim reclamarunt Fratres de Zucconis, subindeque ad novæ Audientiæ beneficium admissi, prævio Rescripto Sacræ Congregationis edito sub diem 4. Augusti ejusdem, curarunt, novas cumulare probationes, & documenta, quibus controversam concessionem emphyteuticam possint validam, & justam demonstrare; idcirco, ne definitio hujus Causæ diutius in detrimentum memorati Beneficii protrahatur, prælaudatus Joannes Andreas Pellegrini enixe postulat, deliberari.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Non proposita.

Die Sabbathi 4. Maii 1737.



Causæ mox describendæ, quarum altera ob dilationem a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Castri Maris petitam, altera vero ob temporis angustiam in superiori Congregatione habita sub diem 13. Mensis proxime præteriti decidi non potuerunt, hodie ab Eminentissimis PP. definiendæ sunt.

CASTRI MARIS SERVITII CHORI.

Sess. 24. c. 12. de ref. Matr.

I. *An Edictum Episcopi promulgatum die 3. Januarii 1736. prohibitivum discessus absque sua licentia in scriptis quoad Dignitates, & Canonicos sustineatur in casu &c.*

II. *An saltem Canonici gaudentes vacationem, ejus tempore durante, possint impune discedere, & abesse in casu &c.*

Ad primum Affirmative pro discessu pernoctandi extra Dioecesim, moderata tamen poena in Ducatis duobus. Ad secundum Affirmativè juxta Decretum in Jadren. 9. Maii 1626., & ad D. Secretarium juxta Mentem.

PISCIEN. EMPHYTEUSIS.

Sess. 25. c. 11. de ref.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

CON-

Sess.7. c.7. Sess.14. c.10. & Sess. 25. c. 11. de ref.

CONSTANTIEN. Novum hujus Causæ examen, quod in Congregatione diei 30. Martii assumi debebat, ita postulante Episcopo Constantiensi, fuit ad hodiernam protractum. Resumptis igitur Foliis dierum 20. Novembris 1734., & 30. Martii currentis anni, necnon libratis juribus, quæ utrinque proponentur, partes erunt Eminentissimorum PP. definire.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum à decisis in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess.7. can.9.

TARVISINA BAPTISMI. Consulente hanc Sacram Congregationem Laura Dolfini, in maximo, quo ipsa angitur timore, ne lustralibus Baptismi aquis fuerit unquam abluta, num sibi fas esset, Baptismum sub conditione recipere, congruum censuerunt Eminentissimi Patres sub diem 28. Aprilis superioris anni, dilata Dubii tunc propositi resolutione, jubere Archiepiscopo Corcyrensi, ut sedulo inquiretur, an Maria Francisca Uxor Petri Dolfini, & asserta prædictæ Lauræ Mater adhuc viveret, sique superstes reperiretur, eam examinari, curaret, tam super Matrimonio cum memorato Petro Dolfini contracto, quam super controverso præfatæ Lauræ Baptismo: Si vero dicta Maria Francisca jam obiisset, studeret investigare, an tempore, quo ipsa in Civitate, seu Insula Corcyrensi moram traxit, Catholicæ Religionis ritum servaret, & an in libris Parochialibus legeretur adnotata.

Cum itaque Literis juxta præscriptam methodum datis nuper Archiepiscopus responderit, quod jussibus Sacræ Congregationis obtemperans multum quidem adhibuit diligentiam, sed nullam de dicta Maria Francisca notitiam fuerit assecutus; Quin immo facta, ut ait, omni possibili perquisitione, neminem invenit, qui aut ipsam noverit, aut de ipsius statu, ritu, ac Religione deponere, vel testari potuerit. In libris vero Parochialibus suæ Archidiœceseos, & signatæ in iis retentis a Fratribus Carmelitis, penes quos erat Animarum cura in Vico Patrarum, ad Archiepiscopalem Cancellariam in finem eos diligentius perlustrandi delatis nulla inventa sit neque ipsius Mariæ Franciscæ, neque Petri Dolfini sive Baptismi, sive matrimonii occasione facta dedescriptio; addens preterea, antiquiores Curæ Animarum libros memorati Vici, ubi verisimiliter dictus Petrus Dolfinus habuit domicilium, dum militaribus Venetæ Reipublicæ copiis adscriptus erat, una cum arce Patrarum in potestatem Turcicarum Gentium cessisse; reliquum est, ut Eminentiæ VV., resumpto Folio dicta die 28. Aprilis distributo, dignentur deliberare.

An Laura Dolfini baptizari debeat sub conditione in casu &c.

Affirmative, & secreto, & sine præjudicio validitatis Matrimonii.

Sess.21. c.6. Sess.25. c.14. de Ref.

BURGI SANCTI DONNINI PAROCHIALIS. Pluribus acceptis querelis de inhonesta, & scandalosa consuetudine, quam Bartholomæus Raglio Rector Parochialis Ecclesiæ S.Petri in Loco nuncupato *Ragazzuola* erectæ cum Maria Uxore Hieronymi Garba sub me-

memorata Parœcia degente assidue habere dicebatur, Episcopus non semel eumdem Rectorem paterne monuit, ut ab ea vivendi ratione se abstineret; at, cum pastoralibus hisce monitionibus non obsecundaret, tandem in carceres conjectus est, subindeque idem Episcopus die 11. Maii 1735. hoc edidit Decretum -- „ Attentis „ narratis, solutis prius per Oratorem scutis aureis triginta, nec- „ non mercede Processus, & custodiæ, de reliquo gratiam faci- „ mus, ac ipsum è carceribus relaxari mandamus, peractis tamen, „ priusquam Orator ab hac Civitate discedat, per eumdem in Cœ- „ nobio admodum RR.PP. Cappuccinorum Civitatis prædictæ spi- „ ritualibus exercitiis per spatium dierum decem, quibus expletis, „ & exhibito penes Acta Curiæ nostræ solutionis prædictæ in ma- „ nibus Depositarii mulctarum ejusdem Curiæ, ac implementi hu- „ jusmodi testimonio, amplius dicta causa Oratorem non mole- „ stari mandamus; Volumus tamen, quod, antequam Orator idem, „ ut supra relaxetur. ipsi renovetur præceptum de non allo- „ quendo &c. dictam Mariam Garbi sub pœnis aliàs in eodem præ- „ cepto contentis.

Post Decretum hujusmodi prælaudatus Parochus Parmam, ubi d. mulier moram trahebat, se contulit, atque in domo ejusdem mulieris nocturno tempore deprælhensus Parmensis Curiæ carceribus fuit mancipatus, indeque ad illos Episcopalis Curiæ Burgi S.Donini transmissus est. Hujus itaque Civitatis Episcopus curavit primum, ut sæpedicta mulier Placentiam traduceretur, & in Monasterio Mulierū, quæ vulgo nuncupantur *le Ritirate*, collocaretur, deindeque die nempe 28. Sept. 1736. procedens contra sæpedictum Parochum ita pronunciavit: „ Nos visis &c. definitive sententiamus, d. Rectorem „ Bartholomæum Raglio perpetuo suspendendum fore, & esse, prout „ definitiva hac sententia nostra ipsum Rectorem ab administratio- „ ne Ecclesiæ Parochialis prædictæ tam in spiritualibus, quam in „ temporalibus perpetuo suspendimus, eumque suspensum declara- „ mus cum exilio ab hac nostra Diœcesi per decennium duraturo, „ reservatis Rectori eidem alimentis ad ejus vitæ sustentationem ne- „ cessariis ex Parochialis ejusdem reditibus retrahendis, quorum „ taxationem nobis, aut cui de jure reservamus, necnon deputandi „ eidem Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus unum, vel plu- „ res perpetuo, vel ad tempus œconomum, seu œconomos cum „ mercede per nos item arbitratu nostro decernenda.

Adversus sententiam hanc interjecit Parochus ad S. Sedem appellationem, quam modo prosequens coram Sacro hoc Consessu authumat, sententiam prædictam multiplici nomine irritam, injustamque esse, & præsertim veluti absque trina monitione prolatam contra formam a Sacros. Trid. Synodo *sess.25. c.14. de ref.* hisce verbis indictam: „ Quam turpe, ac Clericorum nomine, qui se divino cultui „ addixerunt, sit indignum, in impudicitiæ sordibus, immundoque „ concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium of- „ fensione, summoque clericalis militiæ dedecore testatur. Ut igi- „ tur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem Mi- „ nistri Ecclesiæ revocentur, populusque hinc eos magis discat reve- „ reri, quo illos vita honestiores cognoverit, prohibet Sancta Syno-

„ dus quibuſcumque clericis,ne concubinas, aut alias mulieres, de
„ quibus poſſit haberi ſuſpicio,in domo,vel extra detinere,aut cum
„ iis ullam conſuetudinem habere audeant;alioquin pœnis a S. Ca-
„ nonibus,vel Statutis Eccleſiarum impoſitis puniantur. Quod ,ſi a
„ Superioribus moniti ab iis ſe non abſtinuerint,tertia parte fructuũ,
„ obventionum , ac proventuum Beneficiorum ſuorum quorum-
„ cumque,& penſionum ipſo facto ſint privati, quæ Fabricæ Eccle-
„ ſiæ,aut alteri Pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur.Sin vero in de-
„ licto eodem cum eadem,vel alia fœmina perſeverantes, ſecundæ
„ monitioni adhuc non paruerint , non tantum fructus omnes , ac
„ proventus ſuorum beneficiorum , & penſiones eo ipſo amittant,
„ qui prædictis locis applicentur,ſed etiam a beneficiorum ipſorum
„ adminiſtratione,quod Ordinarius,etiam uti Sedis Ap. Delegatus
„ arbitrabitur , ſuſpendantur : & ſi ita ſuſpenſi nihilominus eas non
„ expellant,aut cum iis etiã verſentur,tunc beneficiis, portionibus,
„ ac officiis , & penſionibus quibuſcumque Eccleſiaſticis perpetuo
„ priventur, atque inhabiles, ac indigni quibuſcumque honoribus ,
„ dignitatibus, beneficiis , ac officiis imposterum reddantur, donec
„ poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorum ſuperioribus cum
„ iis ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum.Sed ſi,poſtquam eas ſemel
„ dimiſerint,intermiſſum conſortium repetere, aut alias hujuſmo-
„ di ſcandaloſas Mulieres ſibi adjungere auſi fuerint, præter prædi-
„ ctas pœnas excommunicationis gladio plectantur .

Ponderatis itaque facti circumſtantiis , juribus nomine ſæpedicti Parochi circumferendis,necnon iis, quæ tam circa præinſertam S. Conc. Trid. ſanctionem *d.c.*14.*ſeſs.*25. *de ref.* quam circa alteram contra ſimiles Parochos editam *ſeſs.*21. *c.*6. *de ref.* late tradunt *Barboſ. ad idem Conc. locis mox cit. d.c.*14.*ſeſs.*25. *de ref. n.*7. *& ſeq.*, *Garz. de Benef. part.*11. *c.*10. *n.*186. *Antonell. de regim. Eccl. lib.*6. *c.*29.*n.*3. *& ſeqq.* , & alii adducti per *Fargn. de jurep. part.*2. *can.*21. *caſ.*9., ubi refert Reſolutionem S. Congr. in *Novarien. Permutationis Parochiæ* 6.*Octobr.*1703. Dignabuntur EE.VV. pronunciare .

An , & quomodo ſuſtineatur ſententia Ordinarii in caſu &c.

Affirmative in omnibus , & amplius .

Seſs. 25. *c.* 4. *de Ref.*

FAVENTINA . Fratres Min.Obſerv. S.Mariæ Angelorum Terræ Brixichellæ mandatis ſui Superioris Generalis obſequentes , ſub annum 1725. quatuordecim capitalia cenſuum,quæ nomine Sacrarii ſub perpetuo onere celebrandi ex annuis eorum reditibus tot Miſſas in ſuffragationem Teſtatorum retinebant , in manibus clar. memor. Card. Piazza Epiſcopi Faventini dimiſerunt , eique ſupplicantes, ut dimiſſionem hanc, ſeu renunciationem acceptare , & pro eorumdem Cenſuum adminiſtratione , & reſpective fructuum exactione deputare dignaretur Ven. Soc. SSm̃i Sacramenti ejuſdem Terræ,aſſignato annuo ſalario ſc.11. ex fructibus dd. Cenſuum,necnon injuncto onere exigendi eorumdem Cenſuum fructus , eoſque poſtmodum tradendi ipſorum Sindico,qui Fratribus enunciatas Miſſas celebrantibus earum ſtipendia perſolveret, die 16. Auguſti ejuſdem anni 1725. obtinuerunt Decretum ita conceptum : „ Attentis
„ narra-

,, narratis &c.dimiſſionem,& renunciationem capitalium cenſuum,
,, de quibus in precibus,admittimus,ſi & in quantum &c. & ſucceſ-
,, ſive illorum adminiſtrationem,& fructuum exactionem commit-
,, timus d. Confr. SSmi Sacramenti Brixichellæ cum pactis, & con-
,, ditionibus contentis in Congreg. per Confratres habita ſub die
,, 14.Junii proxime præteriti per acta d. Angeli Cajetani Garavini
,, Not. publ. d. Terræ Brixichellæ,addito tamen, quod toties, quo-
,, ties evenerit caſus extinctionis eorum Cenſuum, pecunia deponi
,, debeat ſuper Sacra Æde ejuſdem Terræ ad effectum illam rein-
,, veſtiendi, nobis tamen, ſeu noſtro Vicario Generali conſultis ad
,, tenorem Synodalium Conſtitutionum ſub pœnis in eiſdem Con-
,, ſtitutionibus comminatis.

Ad normam hujus Reſcripti Apoſtolicus Sindicus dd. Fratrum dimiſ-ſionem,& renunciationem, quam iidem Fratres, ut ſupra, emiſerant in manibus Emi Epiſcopi,ratam habuit,confirmavitque;Sodales vero præfatæ Confraternitatis onus adminiſtrandi dd. Cenſuum capitalia,necnon exigendi annuos eorum fructus aſſumpſerunt, hiſce adjectis conditionibus: ,, I. Che dalla Maſſa de'frutti di dd. capitali di
,, Cenſi reſti annualmente l'emolumento di ſc. 11. a favore,e bene-
,, ficio caritativo della Compagnia a fine di uſare qualche corteſia,
,, e ricognizione al Miniſtro, ed Eſattore da deſtinarſi in queſto af-
,, fare dal corpo della Compagnia. II.Che li peſi Camerali, e publi-
,, che Collette reſtino a peſo, ed obbligo della Maſſa de' frutti ſud-
,, detti, ſiccome pure ogni altra ſpeſa occorrente in occaſione di
,, dover citare,ed agitare in Giudizio, e muover liti contra li debi-
,, tori moroſi, de provedimenti di Libri di carta bianca per l'eſa-
,, zione d'introito per il ſodisfacimento,o pagamento da farſi a pre-
,, fati Padri delle limoſine per la celebrazione de Sagrificj, e per il
,, Libro Campione de' Cenſi ogni volta ne farà di biſogno, come
,, ancora per le ſpeſe,che ſaranno neceſſarie farſi per l'eſtinzione, e
,, per li rinveſtimenti de'menzionati Cenſi,in quanto alla rata tan-
,, gente il Cenſuante,e generalmente qualunque altre ſpeſe,che poſ-
,, ſono occorrere,doverſi fare in tale amminiſtrazione III. Che in
,, caſo l'enunciati cenſi ſi rendeſſero ineſſigibili,o pure,che Dio non
,, lo permetta,periſſero in tutto, o in parte, come anche in quanto
,, alli frutti di quelli, ciò non debba ſeguire a danno,e pregiudizio
,, della Compagnia,ma bensì de'Legati,o laſcite nella maniera,che
,, ciò ſarebbe ſucceſſo in mano de' nominati Padri, ed in caſo di
,, mancamento,o diminuzione de'capitali, o de'frutti de' Cenſi ſud-
,, detti non ſi debba diminuire il prenominato emolumento alla
,, Compagnia,ma il diminuimento cada ſopra il numero delle Meſ-
,, ſe.IV.Che quando mai li denari de'Cenſi eſtinti rimaneſſero ozio-
,, ſi in queſto S. Monte per qualche tempo in mancanza di poterli
,, rinveſtire,e crear nuovo Cenſo,o Cenſi, in tal caſo non ſia tenuta
,, la Compagnia a ſoccombere del proprio per quel tempo,che re-
,, ſtaſſero così ozioſi, ma ſi debbano diminuire le Meſſe per quella
,, rata corriſpondente a frutti de'Cenſi. V. Che non ſia lecito a det-
,, ti Padri dimandare, e pretendere le limoſine delle Meſſe, e frutti
,, de'Cenſi, ſe non quando ſi ſaranno recuperati, ed eſatti da Cen-
,, ſuarj. VI. Che ottenutoſi contra li debitori moroſi il Mandato, e

„ Mandati, e questi dal Deputatō consegnati agli Essecutori per
„ averne il pagamento, e vedendosi procrastinare da dd. Essecutori
„ il dar prontamente essecuzione ad essi Mandati, o sotto pretesto di
„ aver ricognizione, o di qualunque altro dà questi mendicato, do-
„ vrà il Deputato portarsi dall' Emo Ordinario pro tempore coll'
„ implorare il di lui braccio ad oggetto, ch'esso medesimo ordini a
„ dd. Essecutori prontamente esseguirli, tanto più, che nella di lui
„ Curia sempre sono, ed è proveduto di Essecutori. VII. Finalmen-
„ te, che la Compagnia sia in libertà in qualunque caso tale ammi-
„ nistrazione, come sopra, assunta si ritrovasse per esperienza in qua-
„ lunque tempo, che risultasse in pregiudizio della medesima Com-
„ pagnia, possa questa dimettere tale amministrazione.

Cum itaque memorati fratres novissime exponentes, nonnulla dd. Censuum capitalia postmodum evasisse inexigibilia, eorumque proinde annuum reditum e sc. 70. ad 45. circiter decrevisse, contendant, stipendium Societati constitutum pro eorumdem Censuum administratione, & respective fructuum exactione ex tanta annui reditus jactura ita factum fuisse excessivum, & injustum, ut prælaudata Societas teneatur id, quod supra justum salarium hactenus exegit, restituere, idemque salarium ad minorem, & competentem summam debeat reduci, ne inde grave detrimentum irrogetur, non solum ipsis Religiosis, verum etiam Testatorum animabus, pro quibus minor Missarum numerus celebrandus erit, si d. salarium, non obstante asserta reditus diminutione, in eadem quantitate sc. 11. persolvatur; contra vero antedicti Sodales authument, se neque ex salario huc usque percepto quidquam dd. Fratribus teneri restituere, neque controversum salarium, utpote justum, & labori congruum posse ad minorem summam redigi, ponderaris idcirco juribus, quæ circumferentur una cum Episcopi relatione dd. Fratrum petitioni patrocinante, dignabuntur EE.PP. binis, quæ sequuntur, Dubiis respondere.

I. *An, & quid teneantur Confratres Soc. Sanctissimi Sacramenti Terræ Brixichellæ Fratribus Min. Observ. ejusdem Terræ restituere ex salario usque ab anno 1725. percepto in casu &c.*

II. *An, & ad quam summam d. salarium in futurum solvendum reduci debeat in casu &c.*

Dilata, & ad Mentem.

Sess. 24. c. 15. de ref.

REGIEN. UNIONIS. Sub diem 9. Junii 1655. Constantius de Teggis suum condidit testamentum, ibique inter cetera hodiernam controversiam haud concernentia ita cautum reliquit: *Item il medemo Testatore per ragione di legato, per istituzione d' opera pia, e con ogn' altro miglior modo lascia a due Mansionarj da deputarsi*, & pro tempore *da mantenersi nella Collegiata sudetta di S. Giorgio di Sassuolo di volontà degl' Eredi miei, e delli fideicommissarj infrascritti sessanta scudi da lire cinque per ciascuno ogn' anno, ed in perpetuo, come sopra, coll'obligo alli medesimi Mansionarj di assistere alla celebrazione del SS. Sagrificio della Messa, e degl' Officj Divini, che si recitano in d. Collegiata.*

Anno

Anno autem 1706. duo Canonicatus loco dd. Mansionariatuum, prævio Capituli d. Collegiatæ S.Georgii consensu, fuerunt in eadem Ecclesia sub hisce conditionibus instituti: primo, quod hujusmodi Canonicatuum erectioni accederet consensus omnium eorum, quibus fideicommissum a Testatore ordinatum deferri debebat, & jus nominandi, seu præsentandi ad enunciatos Mansionariatus fuerat reservatum; secundo, quod ex scutis 60. unicuique ex Mansionariis, ut supra, relictis, detrahi deberent sc.20., eaque in massam quotidianarum distributionum essent conferenda; tertio, quod ii, qui d. Canonicatus assequerentur, deberent pro Canonicis supranumerariis haberi, adeo ut antiquiores Canonicatus, primæ scilicet erectionis nequeant optare, neque superiores stallos unquam occupare; quarto, quod in Capitularibus Resolutionibus spiritualia concernentibus activa, & passiva voce potirentur, secus vero in iis, quæ ad œconomicam administrationem spectarent; quinto, quod nihil ex reditibus Capituli possent unquam participare; sexto, quod idem servitium, quo antiquiores Canonici gravantur, Choro, Ecclesiæque præstare tenerentur; septimo, quod in omnibus aliis actibus iisdem fruerentur honoribus, & prærogativis, quibus cæteri Canonici; & octavo demum, quod sumptus pro Chori, Altaris majoris, & sacrarii manutentione una cum aliis Canonicis ex æquo contribuere deberent, quemadmodum distinctius constat *ex Summ. Christophari, & aliorum de Teggis n.2.*

Verum quia inter veteres, & novos Canonicos in dies oriuntur contentiones, & dissidia super dd. conditionum observantia, atque modo sc.60. mon. Mutinensis ob diminutionem valoris ejusdem monetæ vix conficiunt summam sc.16. mon. Romanæ, itaut iidem novi Canonici nequeant inde gradus dignitatem decenter sustinere, minusq; præmissas pati conditiones; idcirco Christopharus, & alii de Teggis dd. Canonicatuum tenuitati ea meliori, qua possunt, ratione consulere exoptantes, recursu ad Sacrum hunc Consessum habito, petierunt ex dd. duobus Canonicatibus unum effici, itaut illum obtinens annuo utriusque reditu ad sc.32. mon. Romanæ ascendente provisus, & vitam suam congrue, & Canonici gradum honestius valeat sustentare.

At jussus Episcopus super Oratorum precibus S.Congr. instruere, duo transmisit folia, in quorum altero momenta, quæ petitioni illorum de Teggis suffragantur, in altero vero objectamenta Capituli, quod postulatæ Canonicatuum unioni se opponit, descripta sunt.

Præcipuus repugnantis Capituli scopus est, assertam redituum tenuitatem obtrudere, eosque si non oneribus, Canonicali tamen honori satis respondentes tueri, tum etiam ob oculos ponere, quod a petita alterius ex dictis duobus Canonicatibus suppressione, ut unus tantum constituatur, manifesta fiet Chori, Ecclesiæque cultus jactura, unde, & ipsi Ecclesiæ minus perniciosum, & Testatoris voluntati magis conforme foret, si deleto Canonicatuum nomine, veteres Mansionariatus juxta primævam eorum fundationem redintegrarentur.

Has autem, aliasque id generis oppositiones plurimis, quæ circumferentur, rationibus, student diluere illi de Teggis, quorum precibus nonnihil favens Episcopus relationem suam hisce verbis concludit: *Cum autem obortæ fuerint, & adhuc vigeant lites inter primos octo, & hos duos Canonicos, eo quia in exequendis conditionibus appositis*

tis supradictis duobus Canonicatibus, quibus adstricti fuerunt in erectione, & in qua constituebantur diversi ab aliis octo Canonicatibus primæ erectionis, satius ducebam unionem horum duorum in unum tantum Canonicatum, quia in executione conditionum in illorum erectione appositarum, & forsan etiam in aliquibus expensis cessaret qualibet excusatio oborta ex tenuitate redituum, & eo magis, cum præfati duo Canonici sint supranumerarii omnino distincti a mensa Capitulari, ac habeant stallos fixos, ut numquam superiores optare valeant.

Omnibus itaque ponderatis, & præsertim inspecta dispositione Sacros. Trid. Conc. *sess.* 24. *c.* 15. *de ref.*, ubi ita sancitum legitur: *In Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt prabendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquod simplicia Beneficia, non tamen Regularia, iis unire, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum Patronorum consensu, si de jurepatronatus Laicorum sint, quarum fructus, & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere; ita tamen, ut tot supersint, quæ Divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere*: una cum iis, quæ ad ornatum conciliaris hujus sanctionis tradunt *Barbos. ad idem Conc. loc. cit. n.* 9. *& seq.*, *Monet. de distrib. quotid. part.* 1. *cap.* 12. *per tot.* Dignentur EE. VV. decernere.

An sit locus unioni Canonicatuum, de quibus agitur in casu &c.

Negative.

Sess. 22. *c.* 3. *de ref.*

CONSTANTIEN. JUBILATIONIS. Franciscus Leontius Cysat Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Leodegarii Lucernæ fretus Jubilationis Indulto, quod in premium continui, & laudabilis servitii spatio quadraginta, & ultra annorum Ecclesiæ suæ, uti exposuerat, a se præstiti sub diem 23. Apr. 1735. ab hac S. Congr. impetravit consueta sub clausula, *ut, quamvis imposterum non inserviat, nihilominus omnes fructus, & distributiones sui Canonicatus percipere valeat perinde ac si Choro, & divinis officiis personaliter interesset*, non solum cæpit contendere neque per se ipsum, neque per quemdam alium Presbyterum, quem vocant *Sacellanum Honoris* amplius teneri Missas solemnes, vel privatas tam in Altari S. Crucis, quam in altero Privilegiato celebrare, multoque minus alias quascumque functiones per turnum in sua hebdomada peragere, verum etiam præter cetera emolumenta, ea quoque sibi deberi, quæ vigiliæ nuncupantur, quæque ex officio Defunctorum, quod in Choro singulis diebus ante Anniversariorum celebrationem recitatur, percipi solent. At renuens Capitulum, cujus assensus juxta conditionē in prefato Indulto appositam accedere debebat, illius votis acquiescere in consessu habito sub diem 10. Junii ejusdem anni 1735. capitularem, ut ajunt, conclusionem in hæc verba edidit: *Quatenus Canonicus Cysat suam septimanam per se, sive per alium persolvere velit, & altefato arbitramentali recessui Magistrali, & non pridem statuto Capitulari concluso, proventus vigiliarum concernenti, assentiri, & acceptare velit, tunc etiam laudabilis Collegiata suam exemptionem acceptat, & gaudeat omni-*

omnibus fructibus, & distributionibus quotidianis sui Canonicatus, sicuti alii, si vero exemptionem suam ad cætera duo puncta extendat, & tenore ejus ea prætendere intendat, tunc laudabilis Collegiata nullo modo acceptat sed suas rationes etiam tempore, & modo, loco competenti adducet, & producet.

Ab ista Capituli deliberatione reclamavit Canonicus Cysat ad supremum hunc Senatum, a quo datis officialis Constantiensis literis, ut de totius controversiæ summa EE.PP. instructos redderet, audito Capitulo, idem Officialis momenta utriusq; Partis invicem disceptantis in sua, quæ circumfertur, relatione, diligenter exposuit. Cum itaque memoratum Capitulum duo potissime propugnet, alterum, quod sæpedictum jubilationis Indultum a Canonico Cysat impetratum minime sustineatur, quin imo sit revocandum, alterum, quod, ubi etiam sustineretur, adhuc teneatur d. Canonicus controversas functiones per se ipsum, vel Sacellanum honoris explere, quodque nihil ex emolumentis, quæ sub nomine vigiliarũ distribuuntur, queat ipse percipere, bina, quæ infra describentur, dubia quanto citius decidi efflagitat.

Porro quod attinet ad I. in quo disputari contingit, num toties memoratum jubilationis indultum sustineatur, innitens Capitulum constanti S. hujus Congr. stylo, juxta quem ejusmodi Indulta iis tantum conceduntur Canonicis, qui Ecclesiæ suæ continuum, & laudabile servitium per 40. annos præstiterint, uti testatur *Monacel. form. leg. for. Eccl. par.* 1. *tit.* 2. *for.* 4. *n.* 13., *Fargn. de jurep. par.* 5. *can.* 7. *cas.* 2. *n.* 4., & constat ex Resolut. editis in *Aversana* 20. *Mart.* 1700., *in Tranen. Jubilationis* 13. *Jan.* 1703., *in Ripana Jubilationis* 29. *Nov.* 1710., & *in Romana Jubilationis* 6. *Aug.* 1712., quodque illa debeant revocari, si forte constiterit, a Canonicis, qui spatio quidem 40. annorum, sed vel non continuo, vel parum laudabiliter Ecclesiæ, & Choro inservierint, fuisse impetrata, quemadmodum rescripsit S. Congr. *in Maceraten. Jubilationis* 22. *Oct.* 1698. & 8. *Martii ejusdem anni lib.* 48. *decr. pag.* & *in Romana Jubilationis* 6. *Aug.* 1712. *lib.* 62. *decr. p.* 296., acerrime tuetur, neque spatio 40. annorum revera continuum, neque laudabile fuisse servitium a Canonico Cysat Ecclesiæ suæ præstitum, tum quia pluribus ille ab hinc annis nocturnis horis numquam, rarissime vero diurnis interfuerit, & per quatuor novissimos annos neque nocturnis, neque diurnis horis ad chorum unquam accesserit, tum quia tempore, quo Choro vacavit, præter alios excessus, Cauponas cum Populi scandalo consueverit frequentare, juxta allatam nonnullorum Testium depositionem, *Sum. ejusd. Capit. n.* 6. & 7.

Putat vero, eidem Canonico suffragari non posse allegatam infirmitatem, & linguæ impedimentum, quo ipse asserit, se jam pridem fuisse detentum, primo, quia non docet, eam toto tempore, quo a Chori, Ecclesiæque servitio abfuit, perdurasse, & tamen in praxi receptum est, ad complendum numerum 40. annorum illud dumtaxat tempus computari, quo Canonicus, durante infirmitate, nequit in Choro divinis officiis adesse, uti colligitur ex resolutione S. Congr. edita in *Bergomen. Jubilationis* 8. *Aug.* 1716.; secundo, quia asserta infirmitatis causa non fuit ab Ordinario approbata, neque ob illam constat ab hac S. Congr. obtentum fuisse consuetum Indultum itidem necessarium, ut in hunc finem ratio temporis, quo a Chori, Ecclesiæque servitio

vitio Canonicus vacat, haberi possit, juxta praxim, de qua testatur *Fargn. de jurep. part. 2. c. 27. cas. 11. n. 29. par. 5. c. 7. cas. 2. n. 5. & 6.*, & patet ex d. Resolut. edita *in Bergomen. Jubilationis* 8. *Aug.* 1716., & ex altera edita in Causa, cui titulus *Dubia Jubilationis*, ubi ad I. Dubium ita conceptum: *I. An indulgenda sit jubilatio Canonicis, & Beneficiatis, qui spatio 40. annorum Ecclesiis inservierunt, licet d. temporis spatio cum debitis licentiis, & indultis absuerint ab Ecclesiis, vel ex causa infirmitatis, vel ex causa studiorum, vel pro suæ Ecclesiæ servitio, vel ratione munerum, pro quibus obtinuerunt indulta abessendi pro diebus, & horis, vel indulta simpliciter, & absolute abessendi ab Ecclesia durante officio ipsis commisso die* 17. *Dec.* 1718. ita rescriptum fuit: *Ad I. Affirmative quoad absentes ex causa infirmitatis cum debitis licentiis, & indultis, vel pro suæ Ecclesiæ servitio, vel cum I. ultis abessendi pro diebus, & horis; negative autem quoad absentes ex causa studiorum, & quoad habentes indulta abessendi absolute, durante officio.*

Circa II. vero Dubium, in quo idem Capitulum sustinet, controversum Jubilationis indultum ad summum admitti posse sub duplici enunciata conditione, quod Canonicus Cysat teneatur per se ipsum, vel per Sacellanum honoris memoratas functiones per turnum explere, quodque ex controversis vigiliarum emolumentis quidquam non debeat participare, ponderanda potissime sunt, quæ præfatus Officialis Constantiensis ex juribus in utramque partem allatis ita collegit: *In obtentum hujusmodi Jubilationis indultum consensit quidem Capitulum, ea tamen lege, ut jubilatus Canonicus teneatur, quando ipsum ordo tangit, alium substituere hebdomadarium, de anniversariis vero, & vigiliis, ut vocant, distributiones participare non debeat ex sequentibus motivis. I. Quod duodecim dumtaxat sint Canonici residentes, & hos inter duo ætate provectiores ipso Canonico jubilato, alii vero sint senescentes, aut officiis præpediti, quominus officiis Divinis personaliter interesse possint, adeo ut incidentibus vacaturis paucissimi forent, quibus cum nimio incommodo totum onus incumberet. II. Quod adsit in Collegiata Sacellanus honoris nuncupatus, ea præcisa intentione fundatus, ut absentium Canonicorum vices circa onera hebdomadalia pro congruo stipendio suppleat. III. Quod de Anniversariis, seu Vigiliis ex Fundatorum mente soli in Choro præsentes participare debeant. IV. Quod licet juxta capitulare conclusum de anno* 1674. *ex legitima causa absentes, & infirmi de anniversariorum distributionibus participare possint, hoc tamen Statutum a Magistratu laico veluti Patrono revocatum fuerit. V. Quod nullum in Collegiata Ecclesia extet exemplum de Indulto Jubilationis olim ab ullo Canonicorum obtento. In contrarium ad sui favorem allegat Canonicus Cysat Jubilationis Indulto ab ista S. Congr. provisus. I. Quod præter assertum Indultum sibi faveat cap.* 1. *cum percussio de cleric. ægrot., vigore cujus Infirmus integre percipit fructus sui beneficii. II. Cap. consuetudinem de cleric. non resident. in* 6., *vigore cujus Infirmus etiam distributiones de Anniversariis percipit. III. Exhibet recessus, & conclusa capitularia ab ipsomet Capitulo usque ab an.* 1674., *in quorum vim ex legitima causa absentes, & Infirmi participare debeant de Anniversariis, ita tamen, ut officium Defunctorum privatim recitare teneantur. IV. Quod quatuor jam ab hinc annis a Visitatoribus Episcopalibus a Choro tamquam inhabilis propter infirmitatem, & linguæ impedimentum fuerit exemptus.*

Cate-

Cæterum his ab Ordinario Constantiensi relatis duo præstat ad absolutam hujus Dubii decisionem adiicere; Primo, quod Canonicus Jubilationis Indultum assecutus neque per seipsum, neque per alium Missam Conventualem, aut alias Functiones, ut antea, per turnum obire obstringitur, nisi res sit de Ecclesia, ubi vigeat peculiaris consuetudo, vel Statutum præscribens, Functiones quasdam debere a Canonicis jubilationis quoque Indulto munitis expleri, secundum ea, quæ ad rem notant *Panimolli tom.* 1. *dec.* 20. *adnot.* 3. *n.* 70., *Monacell. form. leg. for. Eccles. par.* 1. *tit.* 1. *n.* 12., & resolvit S. Congr. *in Aquilana servitii* 27. *Sept.* 1659. *lib.* 21. *decr. pag.* 772. *ad* 1. *Dub.*, *in causa, cui titulus Dubium Jubilationis* 7. *Julii* 1668. *lib.* 26. *Decr. pag.* 29., *in Lunen.*, *Sarzanen.* 30. *Sept.* 1684. *lib.* 34. *Decr. pag.* 346., *in Aquipendii* 27. *Mart.* 1697., *& in Prænestina* 11. *Mart.* 1662., sed eas tantum Missas, quæ Canonicali suæ Præbendæ reperiuntur adnexæ, aut eidem ex repartitione inter singulos Canonicos facta obtingunt, per seipsum, aut per alium tenetur celebrare, juxta Rescriptum editum in *d. Prænestina* 11. *Mart.* 1662.; secundo, quod jubilationis Indultum non suffragatur ad percipienda ea emolumenta, quæ ex Testatorum mente, consuetudine, aut peculiari Ecclesiæ Statuto inter Canonicos dumtaxat Choro interessentes distribuuntur, juxta resolutiones nuperrime relatas in Folio diei 16. Martii proxime præteriti in Causa *Mantuana Jubilationis*, quibus addi possunt aliæ editæ in *Aquilana servitii* 27. *Sept.* 1659. *lib.* 21. *Decr. pag.* 772. *ad* 11. *Dub.*, *in Reatina Distributionum* 19. *Apr.* 1692. *lib.* 42. *Decr. p.* 241., *&* 14. *Februar.* 1693. *lib.* 43. *Decr. p.* 42., *& in Aquipendii Indulti* 1. *Apr.* 1719. *lib.* 69. *Decr. pag.* 147.

His enim perpensis una cum juribus, quæ nomine Capituli circumferentur, grave non erit EE.PP. rescribere.

I. *An sustineatur Indultum, de quo agitur*; & quatenus affirmative.

II. *An, & quas conditiones liceat imponere in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo.

MACERATEN. CAPPELLANIÆ. Exoptante Ursula Maria Lisi Cappellaniam Laicalem ad Altare Privilegiatum S. Petri de Alcantara Collegiatæ Ecclesiæ SS. Salvatoris Maceratæ tum ex Bonis a Francisco Xaverio viro sibi relictis sub hac lege: *Che di quelli possa essa valersi, come potrei, e posso fare io medesimo, e dopo la di lei morte voglio, che d. miei Beni, che si ritroveranno, e saranno in quel tempo si debbano immediatamente vendere, e tutto il prezzo di essi erogarlo con farsi celebrare tante Messe per suffraggio dell'anima mia, di d. Orsola mia Consorte, e dell'anime di mio Padre, mia Madre, Fratelli, Sorelle, e delli miei Amici per li quali sono obligato pregare*, tum etiam ex aliis omnibus ad se quocumque jure spectantibus fundare, adjecto onere celebrandi Missas juxta reditus eorumdem bonorum ab Ordinario præfiniendas, necnon apposita conditione, ut primus Cappellanus sit Clericus Andræas de Saracenis suus Nepos, ac postmodum Patronatus in ejus Hæredes, & Successores deferatur, propositum ad illius petitionem die 4. Augusti superioris anni fuit hoc Dubium: *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro erectione Cappellaniæ, de qua* *Sess.* 22. *c.* 6. *de ref.*

agitur, in casu &c. prodiitque Rescriptum : *Dilata, & scribatur Episcopo pro meliori informatione juxta instructionem*, quæ in eo versata est, ut Episcopus S. Congreg. distincte referret, ad quam summam ascendere posset Capitale ab Oratrice relinquendum una cum distincta recensione bonorum ab hæreditate Francisci Xaverii Lisii provenientium, & illorum, quæ proprio jure ad Oratricem spectant, necnon quo Missarum numero eadem Oratrix intenderet Cappellanum gravare.

Jussibus S.Congreg. obtemperans Episcopus alteram nuperrime transmisit Relationem, in qua sic habet: ,, Itaque post multas diligentias, ,, tandem mihi assertum fuit, hæreditatem Francisci Xaverii Lisii ,, consistere in una Domo, tribusque Prædiis rusticis sitis in hoc Territorio Maceratæ, quorum valor ex judicio Peritorum ascendit ad ,, sc.790., annuus vero fructus, deductis impensis, ad scut.19.& ,, ob.72.; adsunt etiam mobilia valoris sc.100., ut in suis precibus ,, narravit Oratrix, quæ horum descriptionem, æstimationemque ,, fieri passa non est; cum & ad sui alimoniam, sustentationemque ,, reservare velit. Ex hoc autem asse detrahenda sunt sc.42. circiter ,, eroganda post obitum Oratricis in solutionem legatorum relictorum a Francisco Xaverio Lisi suis conjunctis; præter hæc legata, Oratrix ipsa est creditrix suæ dotis in summa sc.200., quod creditum adversus viri hæreditatem totum ejus constituit Patrimonium. Hujus autem crediti dotalis medietatem pleno jure, alteram vero medietatem in usufructu reliquit Oratrix in suo testamento clauso, & sigillato ejus Sorori in remunerationem diuturni servitii, quod eidem Oratrici præstitit, & adhuc præstat. Ex his omnibus facile erit arguere, quantum revera sit capitale relinquendum pro dote Cappellaniæ, quæve sint bona Francisci Xaverii Lisii, quæ uxoris. Ad sc. siquidē 890. ascendita asse hæreditarium d.Lisii, compræhensis etiam mobilibus, quæ tamen subjecta sunt deteriorationi, & distractionibus in futurum fortasse faciendis ab Oratrice. Ex his detrahenda sunt sc.42. pro satisfactione legatorum, & sc.200. pro credito Dotali ejusdem Oratricis, quibus summis detractis, hæreditas remanet in sc.648.; Oratrix vero, quæ præter dictum creditum nil aliud habet in Bonis, implicare deliberavit dimidium ejusdem crediti, hoc est sc.100., & quidem post obitum sororis in augmentum fundi Cappellaniæ. Quoad numerum vero Missarum, quibus gravandus est Cappellanus, Oratrix totum remittit arbitrio Ordinarii, & ego, quoties hoc mihi permittant EE.PP., servandam esse censerem taxam Conc.Romani. Nunc vero impossibile est fixum numerum asserere, cum hæreditas Lisii consistat etiam, ut exposui, in mobilibus infructiferis, & quorum incerti sumus, quid reliqui superesse possit tempore mortis Oratricis, additis præcipue deductionibus legatorum, & dotis eodem tempore faciendis.

His igitur in facto superadditis, resumptisq; una cum folio diei 4.Aug. proxime præteriti juribus tunc distributis, onus erit EE.VV. decidere.

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro erectione Cappellaniæ, de qua agitur in casu &c.

Affirmative citra reservationem Jurispatronatus.

Die

Die Sabbathi 18. Maii 1737.



CONSTANTIEN. Resolutio, quæ iterum in superiori Congregatione habita sub diem 4. hujus Mensis ad preces Episcopi Constantiensis dilata fuit, in hodierna ab utraque Parte efflagitatur sub eodem Dubio. Sess. 7. c. 7. & Sess. 14. c. 10. & Sess. 25. c. 11. de Ref.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Quoad primum, & secundum in decisis, & amplius. Quoad tertium dilata, & videatur particulariter.

SPOLETANA COLLEGII, ET DOTIUM. Nomine tam Collegii, quam Connubii Lucarini ita a Virgilio Lucarino utriusque pii operis institutore nuncupatorum fuit de hac Causa actum sub diem 4. Augusti superioris anni, propositoque Dubio -- *An constet de invaliditate reductionis dotium, itaut sit danda reintegratio in casu &c.*, prodiit Rescriptum -- *Dilata, & firmetur status coram Eminentissimo Gentili Protectore Collegii cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis, non retardata interim collatione Dotium promissarum, aliarumque distributione pro nunc ad formam Brevis*; Cum itaque in obsequium hujusce Rescripti nonnulla inter Partes fuerint super dicto hæreditario statu concordata, & in Folio per manus EE. VV. circumferendo distincte recensita, præmissi Dubii examen hodie repetendum erit. Sess. 25. c. 5. de Ref.

Ad hæc, quia Congregatio œconomica Monasterii vulgo Convertitarum de Urbe, cui a prædicto Virgilio Lucarino redituum suæ hæreditatis in Urbe existentium administratio commissa fuerat, eam dimisit, & pro parte Connubii petitur, eorumdem redituum administrationem, exactionemque vigili curæ alterius pii loci Rectorum tradi, assignato annuo stipendio scutorum 50., veteri propterea Dubio, novum, quod secundo loco describetur, additum est.

Utrique igitur placeat Eminentiis VV. rescribere.

I. *An constet de invaliditate reductionis Dotium, itaut sit danda reintegratio.*

II. *An, & quomodo sit providendum quoad administrationem Bonorum Urbis in casu &c.*

Reductionem non esse exequendam: Quo vero ad aperitionem Collegii, & administrationem bonorum Urbis omnia ad Eminentissimum Præfectum cum facultatibus S. Congregationis.

MACERATEN. CONFRATERNITATIS. Ad compescendas acres controversias in cætu Confratrum Societatis in Oratorio S. Se- Sess. 25. c. 9. de Ref.

S. Sepulchri erectæ, subindeque Ven. Archiconfraternitati Sacrorum Stigmatum S. Francisci de Urbe aggregatæ ob id potissimum exortas, quod eorum aliqui a præfato Oratorio recedere, & Confraternitatem alio transferre cupientes insertum Sacrorum Stigmatum stemma una cum signo S. Sepulchri gestare renuerent, alii vero propositæ Confraternitatis translationi se se opponentes enunciatum Sacrorum Stigmatum stemma retinendum esse, authumarent, Vicarius Generalis decretum edidit, quo jussit per modum provisionis Confraternitatem in duas dividi, & separari, quarum altera sub invocatione S. Sepulchri in dicto Oratorio permanens Statuta jamdudum a clar. mem. Card. Fabritio Paulutio Episcopo Maceratensi approbata servaret, altera ad Ecclesiam S. Caroli translata teneretur ibidem opera congruentia Sodalitati Sacrorum Stigmatum juxta regulas novissime sub annum 1730. constitutas explere.

Verum ab hoc Decreto provocantibus illis Confratribus, qui Societatem alio transferri ægro animo patiebantur, oportuit die 24. Martii superioris anni tria Dubia in hoc Sacro Consessu disputare -- I. *An divisio, & separatio Confratruum, de quibus agitur, sustineatur, itaut etiam imposterum sit servanda* -- II. *An Confratribus existentibus in Oratorio S. Sepulchri liceat uti nomine, signis, & Privilegiis Sacrorum Stigmatum*; & quatenus negative ad I. Dubium -- III. *An, & qui actus expleti per Confratres existentes in Ecclesia S. Caroli sint circumscribendi in casu &c.* prodiit rescriptum -- *Ad I. Affirmative -- Ad II. negative -- Ad III. provisum in primo.*

Cum autem huic resolutioni acquiescere detrectent memorati Sodales, onus erit Eminentiarum VV., resumpto Folio una cum juribus in anteacta Causæ propositione distributis, aliisque in hodierna circumferendis, edicere.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Sess.25. c.11. & Sess. 25. c.12. de ref.

PISTORIEN. INDULTI. Causam hanc, in qua ad Dubium ita conceptum -- *An sit indulgendum Josepho Mariæ Sozzifanti Canonico Regulari Lateranensi pro assecutione Canonicatus Secularis in Ecclesia Cathedrali Pistoriensi in casu &c.* -- die 16. Martii proxime præteriti prodiit Resolutio -- *Negative* --, ad novam trutinam, impetrato novæ Audientiæ beneficio, revocari postulat idem Joseph Maria iterum insistens tum super asserta capacitate Canonicorum Regularium Lateranensium obtinendi absque Apostolica dispensatione Canonicatus seculares, tum etiam in stylo, & praxi tam Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, quam hujus Sacri Consessus, juxta quam eisdem Canonicis denegatum nunquam fuisse asseritur Indultum dictos Canonicatus, aliaque secularia Beneficia assequendi, allata potissimum Resolutione edita in una *Bononien. Indulti*, ubi disceptato simili Dubio, nimirum -- *An sit indulgendum Joanni Baptistæ Zanchini Canonico Regulari Lateranensi pro consecutione Canonicatus secularis in Metropolitana Bononiensi in casu &c.*. sub diem 18. Sept. 1723. rescriptum fuit -- *Affirmative* --, ut in *lib.*73. *Decr. pag:*495.

At

At circa quæstionem, num scilicet Canonici Regulares Lateranenses ita sint capaces obtinendi Canonicatus, aliave secularia Beneficia quocumque licet Animarum curæ onere destituta, ut Apostolica ad id dispensatione non indigeant, tamensi de ea modo non sit assumendum examen, præstat tamen iis, quæ ad rem tradunt Doctores in præterito Folio allegati §. *Sane*, adiicere, quidquid super hac re præstantissime docuit *Eminentissimus Petra in suis Commentar tom.2. ad Constit.1. Anast.IV. Sect.1. n.*30. ibi -- „ Redeundo „ igitur ad Canonicos Regulares, de quibus in hac Constitutione „ major difficultas est inter Doctores, an fuerint capaces Parochia- „ lium, ceterorumque Beneficiorum secularium, & pro affirma- „ tiva adducebatur *Textus in cap. Quod Dei timorem de stat. Mo-* „ *nach.*, quem textum alii explicabant, intelligi tantum dispen- „ sative ex causa necessitatis, vel utilitatis, prout dictum fuit quo- „ ad Monachos. Nihilominus primo est statuendum, quod etiamsi „ ad fuerit hujusmodi capacitas de jure, ea tamen restringebebatur „ ad Ecclesias seculares cum cura, de quibus infra, nunquam vero „ ad cetera Beneficia non curata, quorum sunt omnino de jure in- „ capaces, tam si sint simplicia, quam cum dignitate; litera enim „ *Textus in cit. cap. Quod Dei timorem*, occasionem dans dubitan- „ di, procedit expresse quoad Parochias, & sic remanet incapacitas „ de jure generali quoad omnes Regulas, addito, quod frustrato- „ ria esset mentio, quæ fit in cit. cap. Ecclesiarum Parochialium, si „ esset idem de reliquis; ceterum in contrarium urget, quod ideo „ in citato textu fuit facta mentio de Parochiali, quia in eo dispo- „ nitur, quod Canonici Regulares comprehenduntur [*in cap. Mona-* „ *chi*, *desumpto ex Concilio Lateranensi de stat. Monach.*, ubi fue- „ rat dispositum, ut Monachi per Villas in Parochiis cum socio „ tantum ponerentur, nihil innovando quoad Beneficia simplicia. „ Verum, quod sint incapaces, est communis opinio *Abb. &c. Fa-* „ *gnan. in cit. cap. Quod Dei timorem n.*18. *&* 19., ubi refert de- „ clarationem S. Congregationis Concilii etiam quoad Dignitates, „ Garz. &c. Corrad. in prax. dispens. lib.6. cap.1. n.26., qui bene „ impugnat contrariam observantiam aliquoties fortasse cum „ dispensatione sequutam.

Hinc Apostolicam dispensationem a prælaudatis Canonicis Regularibus obtinendam prius esse, si cupiunt Canonicatus, aliaque Beneficia secularia obtinere, alias collatio, seu institutio nullius sit momenti, & Canonicatus, seu aliud seculare Beneficium possit veluti vacans ab alio impetrari, tradit cum aliis idem Eminentissimus *Petra loc. cit. num.*41. ibi -- „ Hæc autem incapacitas Canonicorum „ Regularium efficit, ut, si obtineatur aliquod Beneficium ab Epi- „ scopo, vel Summo Pontifice sine dispensatione, possit denuo uti „ vacans impetrari per alium, ut innuit *Gonzal. &c.* & est evidens, „ quia actus remanet nullus in prima provisione, ex quo Benefi- „ cium semper remanet vacans, expresseque hoc statuitur in dicto „ Decreto S. Congregationis sub Clemente X. §. *Quapropter*; ita „ ut possessor neque triennali possessione possit se tueri, & sic ne- „ cessario esset exprimenda talis qualitas --, „ & idipsum in termi- nis etiam fortioribus Beneficii curati, ac de Jurepatronatus eorum-

dem

dem Canonicorum Regularium conſtat ex Reſcripto S. Congregationis in una *Florentina*, ubi, propoſito ad inſtantiam Abbatis illorum, qui vulgo *Scopettini* nuncupantur hoc Dubio -- *An Canonicus Regularis ex eorum Congregatione poſſit abſque Indulto admitti ad Eccleſiam Parochialem de eorum jurepatronatus, & an obſtet Decretum emanatum* 18. *Martii* 1671. *S. Congregationis Epiſcoporum, quod loquitur de Canonicis Regularibus Lateranenſibus* -- Sacra Congregatio die 18. Julii 1676. reſpondit -- *Canonicos Regulares nuncupatos Scopettinos non poſſe admitti ad exercendam curam animarum in dicta Parochiali abſque diſpenſatione Apoſtolica, & quoad ipſos etiam ſervandum eſſe Decretum præfatum*, -- ut in *lib*.29. *Decr. pag.* 269.

Quod vero attinet ad praxim, juxta quam aſſeritur, conſueviſſe hujuſmodi diſpenſationes ſumma facilitate impertiri, quinimmo eas hactenus nulli ex dictis Canonicis Regularibus Lateranenſibus denegatas, itidem perpendenda ſunt, quæ poſt relata verba Textus *in cap. Quod Dei timorem* egregie ſubdit laudatus *Eminentiſſimus Petra dicta ſect*.1. *ſub num*.33. ibi -- *Porro hæc verba patefaciunt, quod vere Canonici Regulares ſint adſcribendi ad Ordinem Regularium a Clero Seculari ſeparatum, ſed mitigatioris regulæ, qua Monachi hinc arceri deaent a Beneficiis ſecularibus ſimplicibus, prout arcentur Regulares*, juxta *textum in cap. ſuper eodem de Regular.*, *ſolumque ratione dictæ Regulæ laxioris permittitur eis cura animarum ſecularium etiam ſine ſocio juxta formam cit. cap. Quod Dei timorem; Sicque Privilegium hujus textus debet reſtringi ad qualitates in ipſo enunciatas Card. de Luc. &c.*, *& prius dec*.1305. *num*.4. *cor. Seraphin.*, *ubi probatur, Clericum Secularem non eſſe capacem Beneficii concedi ſoliti Canonicis Regularibus, & hic etiam fuit ſenſus Sac. Congregationis Concilii -- Regulares ſunt incapaces Beneficii ſimplicis, etiamſi eſſent Canonici Regulares -- ut refert Garz. &c.*; *& cum anno* 1685, *Carolus Radoſnenoſchi Polonus Canonicus Regularis obtinuiſſet a Capitulo Generali facultatem conſequendi omnia Beneficia, Canonicatus, & Prælaturas in quacumque Diœceſi Regni Poloniæ, & a S. Congregatione peteret confirmationem hujuſmodi facultatis, Sacra Congregatio Epiſc. & Regular. die* 6. *Julii* 1685. *petitam confirmationem conceſſit quoad Curat tantum ad formam Sacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, eo quod rara permittatur diſpenſatio ad ſimplicia Beneficia, ut monet Card. de Luc. in adnot. ad Concil. Trid. diſc*.13. *num*.7. *& etiam dixit Sacra Congregatio Concilii in Taurinen.* 1. *Septembris* 1603., *&* 24. *Auguſti* 1628. idque confirmans in *Tom*.6. *p*.522. nimirum etiam poſt Decretum editum die 30. Apr. 1713. a ſa: me: Clemente XI. ſuper examine ſpeciali -- *An dicti Canonici ſint capaces Beneficiorum, & Canonicatuum ſecularium* -, ſcite refert, eiſdem Canonicis Regularibus recurrentibus *pro indulto obtinendi beneficia ſecularia etiam curata, conceſſum illud, aut denegatum fuiſſe juxta neceſſitatem, & facti circumſtantias*.

Poſtremo, ne lateant cauſæ, ob quas Sacra Congregatio impertita fuit diſpenſationem Canonico Regulari Joanni Baptiſtæ Zanchini, ut aſſequi poſſet Canonicatum in allegata *Bononien. Indulti*, non abs re eſt recenſere, quod idem Orator, antequam preces ſuas S. Congregationi porrigeret, fuerat a clar. mem. Cardinali Boncompagno Ar-

Archiepiſcopo Bononienſi ob penuriam aliorum Eccleſiaſticorum nobilium, atque ob ſingularem ejus doctrinam prælectus ad dictum Canonicatum ſub clauſula *dummodo ſuorum Superiorum accederet licentia, & Sedis Apoſtolicæ Indultum* quodque dictus Joannes Baptiſta, præter memoratam prælectionem a clar. me. Cardinali Boncompagno obtentam, has expoſuit in ſuo ſupplici Libello cauſas -- „ Tanto più che li di lui Parenti, eſſendo di freſco rimaſti „ privi dell'unico Figlio reſtatogli al Secolo, moſtrano quaſi neceſ- „ ſità di avere preſſo di ſe il ſudetto Oratore, acciò poſſa aſſiſtergli „ nella ſua avvanzata età „ -- quibus tandem ſuffragium preceſque „ ſuas adjecit Procurator Generalis hiſce verbis „ In voto ſum pro „ Oratore D. Joanne Baptiſta Zanchini ab Eminentiſſimo Sanctæ „ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Archiepiſcopo Boncompagno ob pe- „ nuriam Eccleſiaſticorum Nobilium prælecto ad Canonicatum „ vacante in ſuæ Cathedralis, & præcipue ob ejuſdem D. Joannis „ Baptiſtæ morum probitatem, & eruditionis ſufficientiam, ſicuti, „ & generis nobilitatem, quibus titulis apud eumdem Eminentiſ- „ ſimum Archiepiſcopum plurimum commendatur.

His igitur perpenſis una cum aliis in præterito Folio adnotatis, necnon inſpectis novis juribus, quæ nomine Oratoris circumferentur, partes erunt EE. VV. definire.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis, & amplius.

CONSTANTIEN. DISPENSATIONIS. Apoſtolicam diſpenſationem ſuper caſtitatis Voto dudum poſtulavit Subdiaconus Joannes Petrus Gueſnon eò ſub obtentu, quod Sacrum Subdiaconatus Ordinem nonniſi per vim, & metum ab Henrico Patre ſibi incuſſum recipiſſet, utque id evinceret, depoſitionem attulit quinque Teſtium, unde ſatis conſtare contendebatur Henricum prædictum ſæpius fuiſſe proteſtatum, ſe nullam penitus Joanni Petro opem ne pro neceſſaria quidem ejus ſuſtentatione præſtiturum fore, niſi Sacer Subdiaconatus Ordo ab eodem ſuſciperetur, & reipſa in finem eum adigendi ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, alimenta illi denegaſſe, poſtmodum vero ipſum Henricum non ſemel faſſum fuiſſe gravem animi ſui diſplicentiam ob vinculum Sacri Ordinis, quo filius reperiebatur obſtrictus, & viciſſim Jo: Petrum plures emiſiſſe conqueſtiones, quibus dolenter aperuit, ſe prorſus invitum, atque ob ſævitiam Patris alimenta ſibi denegantis ad Subdiaconatus Ordinem aſcendiſſe. *Seſſ. 22. c. 5. de Ref.*

Verum quia in Folio diei 22. Maii 1734. animadverſum inter cetera fuerat, non ſatis compertum eſſe, num Orator ſtatim, mortuo ipſius Patre, reclamaverit, vel ſolum poſt obitum Fratris, qui unus ex maſculis ſtirpis ſuæ ſupeſtes in Seculo manſerat, numve a quocumque ſuſcepti Ordinis miniſterio abſtinuerit, nec ullum Eccleſiaſticum Beneficium fuerit ſubinde aſſecutus Dubio tunc propoſito -- *An ſit locus Diſpenſationi ſuper voto continentiæ in caſu &c.* reſcriptum fuit *Negative*, ut in *lib.* 84. *Decret. pag.* 247.

Huic reſolutioni non acquieſcens Orator cœpit primum alias cumulare probationes, deindeque in executionem Reſcripti a Sacra Congrega-

gregatione sub diem 26. Martii 1735. impetrati, novum curavit confici Processum, in quo cum três inducti Testes rite sub juramento examinati confirment ea omnia, quæ alii quinque Testes superius enunciati circa recensitas Henrici violentias deposuere, addentes præterea, Joannem Petrum eo semper fuisse animo, ut adversus dicti Ordinis susceptionem reclamaret, proindeque nedum a quovis Subdiaconi munere penitus abstinuisse, nulloq; Ecclesiastico Beneficio fuisse provisum; quin etiam Clericali abjecta veste Laicalem continuo gestasse, & tandem paulo post obitum Patris, sex vero mensibus ante Fratris sui decessum reclamationes suas palam exposuisse, novis hisce documentis istructus enixe postulat, ut, prævio recessu a Decisis, pro gratia petitæ Dispensationis consilium SS. præbeatur.

Episcopus Constantiensis in literis ad hanc S. Congregationem datis sub diem 6. Octobris 1733. testatus est, Joannem Petrum de Guesnon Subdiaconum Diœcesanum suum, præviis Dimissoriis ab ipso concessis, Subdiaconatus ordinem suscepisse, postmodum vero ex Testibus fide dignis sibi constare, quod idem Joannes Petrus nequaquam se gessit, uti Subdiaconum decet; proindeque eumdem arbitrari ad Sacerdotii dignitatem nullatenus vocatum. In posterioribus autem literis diei 31. Januarii superioris anni hæc habet = *Rescripto Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium sub datum Romæ die 26. Maii 1735. obtemperantes testamur post multas inquisitiones diligenter factas nos virorum proborum fide dignis testimoniis comperisse, Joannem Petrum de Guesnon de Pontsanson Subdiaconum nostræ Diœcesis contra susceptionem Subdiaconatus reclamasse sex mensibus, & amplius ante mortem Fratris sui, nullo unquam sui Ordinis officio functum fuisse, nec ulla Beneficia Ecclesiastica possedisse.*

Novissime vero Vicarius Generalis Processum nuper confectum ad Sacram Congregationem transmittens testimonio sub datum 19. Januarii currentis anni in hæc verba concepto sociavit -- *Notum facimus, ac in verbo veritatis testamur Sacræ Congregationi Eminentissimorum Cardinalium, nos, servatis servandis, recepisse probationes omnium, & singulorum articulorum, qui ad causam Petri de Guesnon de Pontsanson Subdiaconi Constantiensis, supplicantis possunt conducere, dictarumque probationum copiam authenticam ad prædictam Sacram Congregationem remittere. Cui copiæ fides omnimoda est adhibenda, sicut, & ipsi originali, quod in Notariatu publicum, & Apostolico hujus Urbis positum remanet. Testamur insuper nos pro certo habere, ut constat tum ex depositionibus Testium, tum ex testimonio a Supplicante cum cum juramento, recepto, tum ex ipsius moribus ipsam summam habere repugnantiam pro statu Ecclesiastico, qui vel etiam decorandus exponitur, ac proinde non esse in Voto, ut cum dicto supplicante dispenset Sanctissimus Pontifex, si Sanctitati Suæ ita visum fuerit.*

Omnibus itaque perpensis, & præsertim, num ex enunciata alimentorum subtractione Folio longe absenti, & Parisiis studiorum causa commoranti dici possit incussus a Patre metus, qui justam præbeat causam dispensandi super Voto castitatis Ordinis Subdiaconatus adnexo secundum ea, quæ differit *Piton. tom.* 4. *discept.* 107. & *discept.* 110. *n.* 4., dignabuntur EE. VV. pronunciare.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

FAVEN-

FAVENTINA SPONSALIUM. Executioni Sponſalium, quæ ſub diem 11. Januarii proxime præteriti fuerunt inter Galeatium de Rubeis, & Mariam Antoniam Carroli inita, obicem præſtitit Maria Genoveſa Sandri, utque idem Galeatius compellatur ſecum nuptias inire, in Epiſcopali Curia binas protulit Sponſaliorum ſyngraphas, alteram nempe vernacula lingua a dicto Galeatio coram Petro Burgheſio, & Franciſco Renzi Sacerdotibus exaratam, & ſubſcriptam hiſce verbis „ Con la preſente Scrittura da valere, come publico, e „ giurato Inſtromento confeſſo io Galeazzo Roſſi d' eſſer obligato „ in marito alla Signora Maria Genoveſa Sandri, ed eſſa a me moglie, e ciò dall' una, e dalla altra parte ſenza veruna eccezione, „ talmente che nè l'uno, nè l' altro poſſa ſotto qualſiſia preteſto, o „ colore mutar ſentimento, e queſto conſenſo è ſtato alla preſenza „ de' ſottoſcritti teſtimonj: *alteram vero latino idiomate ita conce*-„ *ptam*: In Teſtium infraſcriptorum præſentia confiteor ego infra-„ ſcriptus Galeatius filius quondam Joannis Baptiſtæ &c. ſponte pro-„ miſiſſe, & actualiter promittere, & me obligare nullam aliam du-„ cere in uxorem præter D. Mariam Genoveſam de Sandris præ-„ ſentem, in quantum præſentes Teſtes affirmare poſſunt acceptan-„ tem, & ſucceſſive eadem D. Genoveſa filia D. Sebaſtiani de San-„ dris Imolenſis &c. non ſolum promiſſionem acceptat, verum etiam „ mihi ſe repromittit, ſe obligando coram Teſtibus ſubſcriptis, nul-„ lum alium virum ducere præter me, & hunc contractum de com-„ muni conſenſu, ſponte, & libere abſque nec vi, nec metu habere „ pro rato, valido, indiſſolubili voluntate. *Seſſ. 24. cap. 1 de Ref.*

At vero memorato Galeatius exoptans fidem de Matrimonio cum prælaudata Maria Antonia Carroli ineundo datam præſtare, ſtatim obtinere curavit a Sanctiſſimo Domino Noſtro, ut cognitio controverſiæ inde exortæ ad Sacrum hoc Tribunal remitteretur, cumque voti compos effectus fuerit, habita jam de more Epiſcopi relatione, Cauſam in hodierno Conſeſſu ſub binis infraſcriptis Dubiis decidi poſtulat.

Triplici nomine contendit ipſe aſſertum Sponſalium impedimentum per mariam Genoveſam oppoſitum removere, primo ſcilicet, quod in præinſertis ſyngraphis a ſe dumtaxat ſubſcriptis nulla legatur facta poſitiva, & actualis promiſſio, ſed oſtenſum ſolummodo appareat ſimplex deſiderium, merumque propoſitum Matrimonium cum dicta Genoveſa contrahendi, juxta verba illa; *Confiteor &c. promiſſe, & actualiter promittere, & me obligare, nullam aliam ducere in uxorem præter Mariam Genoveſam*; ex his enim aliiſque ſimilibus verbis non poſſe verum promanare Sponſalium contractum, qui ſit impedimento, ne Matrimonium cum alia perſona valide celebretur, tueri præter alios videtur *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *diſputation.* 18. *num.* 25., & 26. *Piton. diſcept. eccleſiaſt.* 52. *ſub num.* 74.; ſecundo, quod ante dicta Maria Genoveſa apud ſe retinuit enunciatas binas ſyngraphas, quin eas unquam ſubſcripſerit, aut ullo pacto fidem quoque ſuam idem Galeatio obligarit, uti neceſſarium fuiſſe ad Sponſalium validitatem, authumat ex iis, quæ communiter docent Scribentes *in Cap. Ex parte il primo de Sponſal. & Matrim.*, & *aliis adductis Sanchez de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 5. *num.* 1., & *ſeq. Card. de Luc. eod. tit.*

*eod.tit. disc.*8. *num.*4.; & tertio innixus vulgatæ juris regulæ, quod Sponsalia inita censeantur sub tacita conditione congruæ dotis pro sustinendis Matrimonii oneribus, itaut ea veluti revocata haberi debeant, si postmodum Partes de congrua dote non conveniant, quemadmodum per *Text.in cap. De illis* 3.*de condit.apposit.* tradunt adducti per *Sanch. lib.*1. *disp.*59. *Rein. fensluel in jus can. libr.*4. *tit.*1. §.8. *num.*261. *in fin.*, in facto exponit, a Consanguineis sæpedictæ Puellæ incongruam adeo dotem fuisse sibi exhibitam in sola summa scutorum 500., & quidem sub eo gravi onere eam retrahendi ex annuo, tenuique redditu cujusdam parvi latifundi, ut ere sua putaverit, a quovis Matrimonii tractatu, prævio etiam consensu Propinquorum ejusdem Mariæ Genovefæ, resilire, juxta testimonium, quod Joannes Maria Giuliani Matrimonii mediator perhibit.

Deinde vero idem Galeatius, præmisso vulgato juris principio, quod unus ex Sponsis possit ex justa, & rationabili causa, altero reluctante, recedere a Sponsalibus, præsertim si Jurisjurandi religione ea firmata non fuerint, ad Textus expressos in *cap. Quemadmodum de jurejur. & in cap. Requisivit. de Sponsal.*, & constat ex Resolutionibus S. Congregationis *in Neapolitana Sponsalium* 17.*Aprilis* 1728.*lib.*78.*Decret.pag.*275. *in Gallipolitana Sponsalium* 28. *Febr.*1733.*lib.*83.*Decret.pag.*40., *& in Fulginaten. Sponsalium* 2.*Maii ejusdem anni dicto lib.*83.*pag.*193., plures proponit causas, ob quas concludit, se non posse ad Nuptias cum sæpedicta Maria Genovefa ineundas obstringi, sibique licere ab assertis Sponsalibus resilire; eam vero præcipuam, quod cum agatur, uti præmissum est, de Sponsalibus absque congruæ dotis conventione, & Consanguineorum consensu inconsulto celebratis, quorum executio tam a Puella, quam ab istius Consanguineis per triennium fuit neglecta, si hodie illa perficerentur, plura inde dissidia inter ipsum, & Fratrem suum essent oritura, uti testatur Episcopus, qui, licet putet, *de primorum Sponsalium validitate nullo pacto dubitari posse*; attamen Relationem suam hisce verbis absolvit - *Ceterum non incongruum putavi sapientissimo EE. VV. judicio subjicere, quæ hisce auribus a germano Fratre Oratoris frequenter audivi, quod scilicet si primum Matrimonium sequatur, dissensiones, & controversiæ maximo Familiæ suæ detrimento procul dubio oborientur, & ad Bonorum communium, ac animorum, quod absit, divisionem Parentes ejus usque adeo in pacifica communione manentes procul dubio devenient.*

His rationum momentis addi possunt binæ Resolutiones Sacræ Congregationis, quarum altera edita fuit in *Vintimilien. Sponsalium*, in qua, cum disceptaretur de Sponsalibus, quæ contracta asserebantur sub hisce verbis: *Io infrascritto, dico, e prometto di non Sposare altra figlia, che la Signora Benedetta Gena, come anche promette Lei di non sposare altro Giovane, che me* - discussis Dubiis - *I. An constet de validitate Sponsalium inter Antonium Levame, & Benedictam Genam; & quatenus affirmative. II. An d. Antonius Levame sit cogendus, vel potius possit ab eis recedere contrahendo cum altera in casu &c.* die 1. Junii 1709. rescriptum fuit - *Ad I. ex hactenus deductis non constare de Sponsalibus absolutis. Ad II. negative quoad primam partem, & quoad secundam dilata* -, & reproposita Causa sub consueto Dubio

An sit

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c., die 28. Septembris ejusdem anni 1709. dictum Rescriptum meruit confirmari, fuitque additum - *Antonium posse cum alia Muliere Matrimonium contrahere* - altera autem nuperrime prodiit *in Senogallien. Sponsalium* die 30. Martii proxime præteriti, ubi, summatim expositis facti circumstantiis, cum quibus affinitatem aliquam habere videntur illæ mox expositæ, ad Dubium - *An, & de quibus Sponsalibus constet, & quæ sint exequenda in casu &c.* responsum fuit - *Constare de Sponsalibus cum Leonori, eaque esse exequenda in casu &c.*

Omnibus itaque perpensis una cum juribus, si quæ nomine Mariæ Genovefæ circumferentur, onus erit EE. VV. decernere.

I. *An constet de asserto impedimento Sponsalium Galeatii de Rubeis cum Maria Genovefa Sandri*; & quatenus affirmative.

II. *An, & quomodo dictus Galeatius cogendus in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

NARNIEN. Sub annum 1629. Petrus Rapaciolus exoptans, sibi, natuque Majori ex suis Hæredibus, & Successoribus honorificum patronatum super Ecclesia B. M. V. Terræ Colli Scipionis ferme e fundamentis ære proprio extructa reservari, supplicem s.m. Urbano VIII. porrexit libellum, quo se paratum exhibuit, eamdem Ecclesiam exornare, Sacra Supellectili instruere, ibique binas erigere Cappellanias adjecto plurium Missarum onere, & constituta dote *in annuo reditu scutorum* 75., si modo exoptata Patronatus prærogativa sibi tribueretur; Summus vero Pontifex Oratoris petitioni in hæc verba annuit „ Nos igitur &c. hujusmodi supplicationibus inclinati „ eidem Petro, & ei, qui pro tempore erit major natu ex ejus Hæredibus, & Successoribus quibuscumque, seu alteri personæ, ut præmittitur, nominandæ &c. Ecclesiæ sic noviter constructæ juspatronatus honorificum, ita quod ipse, & ejus natu Major prædictus pro tempore existens, seu altera persona, ut præmittitur nominanda omnibus, & singulis honoribus, prærogativis &c., quibus Ecclesiarum hujusmodi veri, & primævi Fundatores de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent &c., ac nunc pro tunc, postquam ipse Petrus dictam Ecclesiam ipsam noviter constructam ornando, ac paramentis, & ornamentis Ecclesiasticis ad sufficientiam muniendo, ac illam sartam, tectamque, & in paramentis, ornamentis hujusmodi, aliisque ad Missarum celebrationem necessariis manutendo sese, & ejus natu majorem, seu personam nominandam hujusmodi, illorumque res, & Bona quæcumque perpetuo valide, & efficaciter obligaverit, dictæque Ecclesiæ noviter constructæ pro illius dote, & infrascriptorum duorum Presbyterorum manutentione tot Loca Montiũ Cameralium non vacabilium de Urbe ab omni, & quocumque onere &c. prorsus libera, ex quibus annuus reditus septuaginta quinque scutorum monetæ prædictæ percipiantur &c., etiam valide, efficaciter, perpetuo donaverit, & assignaverit, nec alias Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus.

Sess. 22. Decr. de observat. & evit. in celebr. Miss.

In executionem Apoſtolicarum literarum,quæ deſuper fuerunt in forma Brevis expeditæ, ſub diem 22. Maii 1630. exaratum fuit publicum,& ſolemne Inſtrumentum,quo memoratus Petrus „ promiſit, „ ac ſeſe, & alios ad hujuſmodi Juriſpatronatus vocatos,ac ejus, & „ illorum res, & Bona quæcumque perpetuo valide, & efficaciter „ etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ obligavit &c. di- „ ctam Eccleſiam S.Mariæ de Colle ſic a ſe noviter conſtructam or- „ nare, ac paramentis, & ornamentis Eccleſiaſticis ad ſufficientiam „ munire,illamque ſarctam,tectamque manutenere,ea que in dd.pa- „ ramentis,ornamentis, aliiſque ad Miſſarum celebrationem neceſ- „ ſariis ſuis loco, & tempore,ſi eleemoſinæ faciendæ, & introitus il- „ lius pro tempore non ſufficient,de ſuo,& aliorum vocatorum præ- „ dictorum pariter manutenere, itaut hujuſmodi obligatio manu- „ tentionis prædictæ ſit,& eſſe debeat ſubſidiaria in eventu,in quem „ hujuſmodi eleemoſynæ, & introitus pro tempore ad hæc non ſuf- „ ficerent,& ad hujuſmodi obligationis executionem, effectuatio- „ nem,& implementum voluit ab omnibus,ad quos ſpectat, & ſpe- „ ctabit pro tempore, ſe, & alios prædictos ad executionem pro- „ cedendo cogi, & compelli poſſe, & debere.Et ulterius pro dote „ Eccleſiæ prædictæ,ad duorum Cappellanorum dictæ Eccleſiæ in- „ ſervientium pro tempore manutentione juxta formam,& tenorem „ dictarum Literarum Apoſtolicarum Loca ſua quindecim ex Locis „ ſuis Montis fidei non vocabilium R.C.A. ad ipſum D.Petrum le- „ gitime ſpectantia,& pertinentia, nullo unquam tempore alienabi- „ lia,ac ab omni, & quocumque onere, devolutione, caducitate, & „ hypotheca prorſus libera,&excepta,ex quibus annuus redituus ſcu- „ torum 75. monetæ juliorum decem pro ſcuto percipitur una cum „ illorum fructibus decurrendis a die prima Julii proxime futuri in „ poſterum ſive a die habitæ pacificæ,& quietæ dictæ Eccleſiæ,& ju- „ riſpatronatus poſſeſſionis, & a Cappellanis prædictis pro tempore „ percipiendis cum ordine inſcriptis ipſius D.Petri, & vocatorum „ prædictorum,& modo & forma ab eodem D.Petro, & ſuis prædi- „ ctis quandocumque præſcribendis donavit, dedit, ceſſit, & aſſi- „ gnavit.

Poſt hæc conſentanee ad legem in mox enunciato Inſtrumento adjectam deputati fuere in binos Cappellanos Proſper Capponi, & Dominicus Scipii,qui licet, uti præfertur, uſque ab initio agnoviſſent, nonnulla ex enunciatis quindecim Locis Montium extracta fuiſſe, eorumque fructum ita imminutum,ut nonniſi annua ſcuta 40. perciperetur, attamen confidentes, ſe poſſe reperire alia hæreditaria Bona præfati Petri Fundatoris, quibus tum annuus reditus ſc.75. redintegrari,tum ſibi de præteritis annuis præſtationibus in integra ſumma ſcutorum 75. non habitis,poſſet deinceps ſatisfieri dictarum Miſſarum celebrationem ad normam enunciati Inſtrumenti uſque ad annum 1720. proſequuti ſunt.

Verum quia, petente poſtmodum Miſſarum reductionem Dominico Scipii altero ex prælaudatis Cappellanis,S.Congr., ejus precibus inter ſupplices libellos relatis, die 15.Januarii 1721. reſcripſit: *lectum, & hæredes teneri ad ſupplementum*: tametſi Epiſcopus ſuper iiſdem precibus requiſitus retuliſſet, b.m.R.P.D.Gomez in ſubſellis

A.C.

A.C. jus dicentem definitiva ſententia pronunciaſſe, Hæredes memorati Petri Rapacioli haud teneri pro ſupplemento Dotis dictarum Cappellaniarum in memorata ſumma ſc.75., noviſſime præfatus Dominicus Scipii, necnon alter ejuſdem Eccleſiæ Cappellanus Proſper Capponi, qui compertum interea habuerunt, nonnulla Bona hæreditaria ſæpedicti Petri Fundatoris penes Jacobum Manſuetum jure venditionis ſibi a Bartholomæo Chriſtino pretio ſcut.400. factæ exiſtere judicium immiſſionis in vim Salviani Interdicti adverſus enunciata Bona inſtruxere coram A. C. Guglielmo, nedum pro aſſequendo complemento annuarum reſponſionum, quas in minori ſumma ſc.75. hactenus perceperunt, verum etiam pro reportando augmento Capitalis, ex quo fructus annuus dictorum ſc.75. impoſterum retrahi poſſit; At ad inſtantiam præfati Chriſtini jura ſua adverſus Reſolutionem d. die 15. Januarii 1721. editam proponere contendentis, remiſſa ex Decreto Eminentiſſimi Pro-Auditoris Sanctiſſimi ad hunc Sacrum Conſeſſum redintegratæ hujus controverſiæ cognitione, veſtrum modo erit, EE. PP. bina Dubia, quæ inferius deſcribentur, decidere.

Momentum Cauſæ in ea verſatur inſpectione, num ex toto tam Apoſtolicarum Literarum, quam d. Inſtrumenti tenore, & ſignanter ex promiſſione per d. Petrum Fundatorem ſimpliciter facta dotandi memoratam Eccleſiam in *annuo reditu ſcutorum* 75. ſatis conjiciatur, eumdem Petrum reſpexiſſe potiſſimum ad certam illam ſummam annui fructus ſcutorum 75., juxta regulas, quas ad rem ponderant *Anſald. de commerc.*, *& mercat.diſc.*71.*num.*30.*& ſeqq.*, *Rot.Florent. apud de Comitib. dec.*46. *num.*13.*& ſeqq.*, *Rota dec.* 16. *n.*18.*part.*16.*rec.*, *& dec.*352.*cor. Molines*: hoc enim poſito certum eſſe videtur, quindecim Loca Montium nonniſi demonſtrative, ut ajunt, dicenda fore pro annuo fructu ſcut.75. aſſignata, reditum vero in præfata ſumma ſcutorum 75. taxative relictum cenſeri, adeo ut, ſtatim ac iſte ob ſubſecutam eorumdem Locorum Montium extractionem decrevit, ex aliis ejuſdem pii Benefactoris ſuperextantibus Bonis ſuppleri debeat, ſecundum ea, quæ fuſius adnotata fuerunt in Foliis diſtributis in *Romana Subſidiorum Dotalium* 28.*Febr.*, *&* 16. *Maii* 1733. *in alia Romana Cappellaniæ* 22.*Maii* 1734.

Inſpectis igitur verbis tam Literarum Apoſtolicarum, quam Inſtrumenti ſupra relatis una cum juribus Collitigantium nomine afferendis, reſpondere oportet.

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis*; & quatenus affirmative.

II. *An competat actio adverſus Bona hæreditaria qu. Petri ſen. de Rapaciolis retentis a tertiis Poſſeſſoribus in caſu &c.*

Non propoſita cum ſequentibus,

POLICASTREN. PROCURATIONIS. Contendente Archipreſbytero Parochialis, & receptitiæ Eccleſiæ S. Nicolai Oppidi Laureæ una cum paucis aliis Presbyteris ejuſdem Loci, Epiſcopum occaſione Paſtoralis Viſitationis nihil procurationis nomine, vel ad ſummum ducatos quindecim dumtaxat, non autem præter hanc pecuniarum ſummam victualia, & vecturas equorum ab ipſo, & Clericis *Seſs.*21.*cap.*1 *&* *Seſs.* 24. *c.*3. *&* 4.

Par-

Participantibus præfatæ Ecclesiæ exigere posse, minusque ei licitum esse, nondum ab ultima visitatione completo anno, dictam Ecclesiam iterum visitare, novamque procurationem percipere, adeout quidquid ipse hactenus plus debito exegit, restituere teneatur, prætereaque authumante, Sacerdotes Participantes obstrictos esse in cathechismi explicatione, in assistentia Moribundis præstanda, in administratione Sanctissimi Viatici, & Extremæ Unctionis, ac demum in ceteris omnibus Parochialibus functionibus sibi opem ferre, ideoque novem ex eis ab Episcopo seligendos esse, qui Sacramentales fidelium confessiones excipiant, alias fructus, decimæ, oblationes, ac funerum emolumenta ad ipsum integre spectent, & tandem subjungente, Sacerdotem Joannem Andream Secreti unum ex dictis Presbyteris Participantibus, suumque germanum fratrem absque novo examine redintegrandum esse ad munus sui Coadjutoris in exercitio curæ animarum, Promotor Fiscalis, ut Mensæ Episcopalis jura, nec non Decretum, quo Episcopus in sacra Pastorali visitatione novissime peracta indixit Archipresbytero onus explendi per se ipsum Parochi munus absque petito dictorum Sacerdotum auxilio, tueatur, octo infrascripta Dubia, quæ controversias omnes ex enunciatis Archipresbyteri postulationibus exortas complectuntur sapientissimo Eminentissimorum PP. oraculo decidi peroptat.

Inspectis igitur iis, quæ alias circa similes quæstiones in jure adnotata fuerunt in *S. Marci Visitationis* 8. *Aug.* 1733. *in Ferentina* 26. *Martii* 1735. *in Tudertina Procurationis* 30. *Jul. ejusdem anni in Nullius Orbetelli* 28. *Aprilis, in Satrianen Jurium Parochialium* 17. *Novembris & in Sypontina* 1. *Decembris superioris anni*, itidemque ponderatis facti circumstantiis, quæ super singulis infrascriptis Dubiis a Collitigantibus expendentur, deliberandum erit.

I. *An Episcopus in actu visitationis possit exigere ab Archipresbytero, & Clericis Participantibus Ecclesiæ S. Nicolai Terræ Laureæ Procurationem in casu &c.* & quatenus affirmative.

II. *An dictus Episcopus possit exigere ab eodem Archipresbytero, & Clericis ultra procurationem ducatorum* 15. *in pecuniaria, victualia, & vecturas equorum pro se, & familia in casu &c.*

III. *An idem Episcopus, non completo anno ab ultima visitatione, possit iterum eamdem Ecclesiam visitare, & aliam procurationem a Visitandis exigere*, & quatenus in omnibus negative.

IV. *An præfatus Episcopus teneatur restituere hucusque exactum.*

V. *An Presbyteri Participantes d. Ecclesiæ S. Nicolai teneantur coadjuvare enunciatum Archipresbyterum tum in explicatione Cathechismi, tum in assistentia Moribundis, tum in administratione Viatici, & Extremæ Unctionis, tumque in cæteris functionibus Parochialibus in casu &c.* & quatenus affirmative.

VI. *An prædictus Episcopus ex dd. Sacerdotibus Participantibus teneatur novem seligere pro audiendis Confessionibus Sacramentalibus in casu &c.*, & quatenus negative ad V.

VII. *An fructus, reditus, decimæ, oblationes, ac jura, & emolumenta funeralia spectent integre, & privative ad enunciatum Archipresbyterum in casu &c.*

VIII. *An Joannes Andreas Segreti unus ex enunciatis Sacerdotibus Parti-*

Participantibus sit redintegrandus ad officium coadjuvandi dictum Archipresbyterum in cura Animarum etiam sine novo examine in casu &c.

LUNEN. SARZANEN. QUARTÆ FUNERALIS. Detrectantibus Fratribus Cappuccinis Civitatis Sarzanæ præstare Capitulo Ecclesiæ Cathedralis quartam partem Ceræ, quam occasione Funeris Catharinæ Bernucci Parochiali jure d. Ecclesiæ Cathedrali subjectæ, & in eorumdem Fratrum Ecclesia tumulatæ debitam sibi asserit præfatum Capitulum, proponitur infrascriptum Dubium, quo nedum præsens, sed & aliæ id generis controversiæ, quæ deinceps exoriri possent, sapientissimo Eminentiarum VV. judicio dirimendæ subjiciuntur. *Sess. 25. c. 13. de Ref.*

Notissima est Constitutio incipiens *Romanus Pontifex*, qua s.m. Benedictus XIII., sublatis quibuscumque Regularium privilegiis, ac exemptionibus, veterem Sacrorum Canonum sanctionem circa Quartæ funerariæ solutionem redintegravit in hæc verba -- *Parochis Defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcumque Regularium prædictorum tumulabuntur, persolvatur & cum effectu tradatur quarta pars omnium intorticiorum, & candelarum, quibus Defuncti cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur, necnon omnium intorticiorum & candelarum, quæ in eadem Ecclesia circa cadaver, vel etiam in Altaribus in die funeris accendentur* --; quemadmodum æque compertum est, sub generali hujus Pontificiæ Constitutionis lege comprehendi quoque Fratres Cappuccinos, uti declaravit Supremum hoc Tribunal in *Pisauren.* 15. *Maii* 1728., & *in Oritana Funerum* 12. *Februarii* 1729.

At binæ a Fratribus Cappuccinis Conventus Sarzanensis coram Episcopo adductæ sunt exceptiones; altera nempe, quod ipsi ex funere prælaudatæ Catharinæ nihil perceperint, sed omnia intorticia, completo funere, ad Hæredis domum fuerint delata, ac penes ipsum adhuc remaneant, quodque proinde memoratum Capitulum pro assequenda afferta Quarta funerali actionem suam debeat contra d. Hæredem instituere: altera vero, quod enunciata Constitutio Benedictina non fuerit Genuæ, & in ejus Ditione promulgata, neque ibidem sit recepta.

Contra vero Capitulum primam ex relatis exceptionibus satis confutari putat ex facto per Episcopum in sua relatione exposito, juxta quod habetur, memoratos Fratres Cappuccinos re ipsa recepisse controversa intorticia, sed postmodum omnia restituisse Hæredi, ut ea juxta mandatum Episcopi, donec lis inde exorta absolveretur, depositi loco retineret; Ad reiiciendam vero secundam, allegat resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ in una *Aquen.* 19. *Septembris* 1732., ubi ad VI. Dubium rescriptum fuit *Fratres Cappuccinos teneri Quartam funeralem persolvere Parocho Oppidi Ovadæ*, quod intra Januensis Ditionis limites repetitur, ac præterea magnopere innititur testimonio Episcopi, qui post reiectam primam exceptionem, quoad alteram sic habet;
,, Secunda pariter exceptio nec in facto, nec in jure subsistit. Non
,, in facto, nam Constitutionem san. mem. Benedicti XIII. venalem

publi-

,, publice expositam, ibique impressam egomet post ejus editionem
,, Genuæ emi, quod, sicuti sufficientem ejus publicationem etiam in
,, Genuensi Dominio demonstrat, ita non leve præstat argumen-
,, tum, quod nihil in contrarium occurrat Reipublicæ Administra-
,, toribus pro observantia dictæ Constitutionis, quæ punctum meræ
,, disciplinæ ab Ecclesiasticis servandæ respicit. Ulterius quidquid in
,, Civitate Genuæ servetur etiam post dictam Constitutionem ob
,, peculiarem consuetudinem ab immemorabili ibi vigentem con-
,, tribuendi Parocho proprio Defuncti idem funus, quod in Ecclesia
,, tumulante peragitur, ipsimet PP. Cappuccini in d. Aquen. superius
,, enunciata ad VI. Dub. condemnati fuerunt ad solutionem Quartę
,, Parocho Ovadæ, quæ est Oppidum Genuensis Ditionis. Insuper
,, PP. Minimi Loci Spediæ Genuensis Dominii, & hujusmet Dioece-
,, sis cum privilegiorũ prætextu recusarent quartam fuenerum im-
,, mediate emolumentorum funeralium juxta consuetudinem quoad
,, alios Regulares ibi vigentem Parocho d. Loci persolvere, ad eam
,, persolvendam in hac mea Curia condemnati fuere per senten-
,, tiam, quæ in gradu appellationis confirmata fuit ab A.C. Mesmer
,, die 12. Maii anni 1731., in cujus Judicati executionem mox sub
,, die 7. Junii ejusdem anni dd. PP. Minimi ad traditionem medie-
,, tatis dd. funeralium emolumentorum devenerunt, ut ex Instru-
,, mento publico mihi exhibito. Tandem (PP. Cappuccinis excep-
,, tis) cæteri Regulares omnes hujus meæ Dioecesis etiam in Ge-
,, nuensi ditione antea a Quartæ solutione exempti, eam post Consti-
,, tutionem jam dictam absque controversia Parochis contribuunt.
,, Minus subsistit in Jure, cum Pontificiæ Leges ab acceptatione Sub-
,, ditorum non pendeant, & licet per contrariam consuetudinem,
,, immo forte per solam desuetudinem aliquando vim obligandi
,, omittant, tamen ultra tempus annorum 40. requiritur scientia, &
,, patientia Legislatoris.

Decidendum igitur erit.

An Fratres Cappuccini teneantur tradere Parochis quartam ceræ accensæ in associatione Cadaverum, quæ ad eorum Ecclesiam tumulanda deferuntur, & intorticiorum, quæ accenduntur circa Cadaver in eorum Ecclesia expositum in casu &c.

Die Sabbati 1. Junii 1737.


SApientissimum Eminentiarum VV. judicium super quatuor Causis mox subjiciendis, quarum prima ad præces Mariæ Genovefæ Sandri, reliquæ ob molem aliorum negociorum in superiori Congregatione habita die 18. Mensis nuper elapsi discussæ non fuerunt, in hodierna postulatur.

Sess. 24. c. 3. de Ref.

FAVENTINA SPONSALIUM.

I. *An constet de asserto impedimento Sponsalium Galeatii de Rubeis cum Maria Genovefa Sandri*: & quatenus affirmative.

II. *An*

II. *An, & quomodo dictus Galeatius sit cogendus in casu &c.*

Ad primum Affirmative. Ad secuudum cogendum esse Juris remediis, & amplius.

NARNIEN.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis*; & quatenus affirmative ad primam partem. *Sess. 22. Dec. de obs. ro. & evit. in celebr. Miss.*
II. *An competat actio adversus Bona hæreditaria qu. Petri sen. de Rapaciolis retentis a tertiis Possessoribus in casu &c.*

Ad primum in decisis, & amplius. Ad secundum ad Judices suos.

POLICASTREN. PROCURATIONIS.

I. *An Episcopus in actu visitationis possit exigere ab Archipresbytero, & Clericis Participantibus Ecclesiæ S. Nicolai Terræ Laureæ Procurationem in casu &c.* & quatenus affirmative. *Sess. 23. cap. 1 & Sess. 24. c. & 4. de Ref.*
II. *An dictus Episcopus possit exigere ab eodem Archipresbytero, & Clericis ultra procurationem ducatorum 15. in pecunia, victualia, & vecturas equorum pro se, & familia in casu &c.*
III. *An idem Episcopus, non completo anno ab ultima visitatione, possit iterum eamdem Ecclesiam visitare, & aliam procurationem a Visitandis exigere*, & quatenus in omnibus negative.
IV. *An præfatus Episcopus teneatur restituere hucusque exactum.*
V. *An Presbyteri Participantes d. Ecclesiæ S. Nicolai teneantur coadjuvare enunciatum Archipresbyterum tum in explicatione Cathechismi, tum in assistentia Moribundis, tum in administratione Viatici, & Extremæ Unctionis, tumque in ceteris functionibus Parochialibus in casu &c.* & quatenus affirmative.
VI. *An prædictus Episcopus ex dd. Sacerdotibus Participantibus teneatur novem seligere pro audiendis Confessionibus Sacramentalibus in casu &c.*, & quatenus negative ad V.
VII. *An fructus, reditus, decimæ, oblationes, ac jura, & emolumenta funeralia spectent integre, & privative ad enunciatum Archipresbyterum in casu &c.*
VIII. *An Joannes Andreas Segreti unus ex enunciatis Sacerdotibus Participantibus sit redintegrandus ad officium coadjuvandi dictum Archipresbyterum in cura Animarum etiam sine novo examine in casu &c.*

Ad primum Negative quatenus Episcopus resideat aliqua parte Anni in Terra Laureæ. Ad secundum Negative. Ad tertium Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam. Ad quartum ad Mentem. Ad quintum hortandos esse, sed non cogendos nisi in casu necessitatis. Ad sextum eligendos esse in numero Episcopo beneviso. Ad septimum Negative, & servetur solitum. Ad Octavum Negative.

Sess. 25. c. 13. de Reform.

LUNEN. SARZANEN. QUARTÆ FUNERALIS.

An Fratres Cappuccini teneantur tradere Parochis quartum ceræ accensæ in associatione Cadaverum, quæ ad eorum Ecclesiam tumulanda deferuntur, & intorticiorum, quæ accenduntur circa Cadaver in eorum Ecclesia expositum in casu &c.

Affirmative.

Sess. 24. c. 14. & Sess. 25. c. 9. de Re.

MONTIS REGALIS CAPPELLANIÆ. In Folio diei 15. Decembris superioris anni descripta fuit hæc Causa. Cum autem ejus discussio tunc ob aliorum negotiorum molem assumi nequiverit, eamdem propositam sub diem 19. Januarii proxime præteriti, EE. VV. censuerunt maturiori examini reservandam. Nunc vero Andreas Stralla, qui ob suam inopiam nil aliud præter supplicem libellum, & Episcopi relationem, quorum tenor in memorato Folio fuit exscriptus, proferre valuit, enixe rogat Eminentissimos Patres; ut illo resumpto, perpensisque tum facti circumstantiis, tum quibusdam momentis in jure ibidem expositis, sapientissime de more pronunciare dignentur.

An nominatio ad Beneficium, de quo agitur, sustineatur, itaut Clericus Andreas Stralla institui debeat in dicto Beneficio, & consequi suum creditum in casu &c.

Ordinario pro meliori Informatione, auditis interesse habentibus

Sess. 25. c. 19. de Regul. & Monial.

FERETRANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Alba Victoria Marcosanti in seculo Anna Francisca exoptans, nullitatem solemnis Professionis, quam anno 1706. sub instituto S. Dominici in Monasterio S. Antonii de Padua ob violentias sibi a Patre illatas emisisse, affirmat, judiciario ordine proponere, supplex postulavit a Sancta Sede, ut sibi adversus eam, elapso jam dudum quinquennio a Sacro Concilio Tridentino præscripto, necessarium beneficium restitutionis in integrum concederetur; At, remissis Oratricis precibus ad Sacrum hoc Tribunal, fuit juxta morem Episcopo demandatum, ut, audita dicti Monasterii Antistite, super assertis violentiis, conficeret Processum, qui cum ad Urbem nuperrime fuerit transmissus, Oratrix in hodierno Consessu suas instaurat preces sub consueto Dubio, quod inferius describetur.

Plura sunt, quæ Oratricis petitioni faventia in memorato Processu continentur, sed hæc facile præcipua, nimirum, quod prælaudata Alba Victoria nullam vocationem ad Monasticam Vitam, sed pertinacem repugnantiam semper ostenderit, ita quidem, ut e supradicto Monasterio primum dimisse, deinde illuc iterum traducta minis, acribusque verberibus a Patre illatis fuerit impetita, ut Religiosam Vitam amplecteretur, quemadmodum concors cum aliis Monialibus desposuit in suo formali examine Soror Maria Fachinetti hisce verbis „ Io conoscevo, che non aveva vocazione di monacarsi, per- „ ciò fu levata dal Monastero d' ordine di suo Padre da Gio; Batti- „ sta Fachinetti mio Fratello, e ricondotta alla Casa paterna, e doppo alcuni

,, alcuni mesi la medesima mia Nepote fu ricondotta in questo Mo-
,, nastero a forza dal d: Giuliano suo Padre con animo risoluto di
,, monacarla, e ciò lo sò per averlo inteso dire dalla Lucrezia mia
,, Sorella maritata in occasione venne qui al Monastero ad accom-
,, pagnare la detta mia Nipote, quale anche mi aggiunse, Anna Fran-
,, cesca non si vuol far Monacha &c. Che detto suo Padre era di na-
,, tura rigida, e fiera, e quando piangeva, e diceva di non volersi fa-
,, re Monaca, la percoteva.

Secundo, quod memoratus Julianus, antequam Filia sua è Domo discederet ad Monasterium reversura, ei proposuerit, -- *Che scegließe, ò lo stato di monacarsi, ò di maritarsi* --; sed cum ipsa respondisset, conjugalem statum sibi eligi, eamdem acriter percusserit subjungens -- *se dirai più così ti voglio ammazzare* --, juxta testimonium, quod in hæc verba perhibuit Joanna Ranieri una ex præfatis Monialibus --,, E però dopo fù condotta detta Suor Alba, mi fù
,, raccontato da detta Cattarina mia Madre, che morì due anni so-
,, no, che si era trovata presente, quando il detto Signor Giuliano
,, disse alla medesima Suor Alba, prima si partisse da Casa, che
,, sciegliesse, ò lo stato di monacarsi, o di maritarsi, e Suor Alba
,, essendosi eletto il Partito di maritarsi, d. mia Madre si trovò
,, presente, che d. Sig. Giuliano diede di mano ad un nerbo, e per-
,, cosse la medema Suor Alba, perchè gl' avea risposto di volersi
,, maritare, e gli aggiunse, se dirai più così, ti voglio ammazzare.

Tertio, quod Oratrix, accepto nuncio, se ad Monasterium jussu Patris reverti debere, ut Religioni sese dicaret, deliquium passa fuerit, puresque in itinere effuderit lacrymas, quemadmodum Joseph Tani, qui una cum Juliano Patre eam ad dictum Monasterium associavit, hisce verbis testatus est --,, Dopo essersi la detta Suor Alba
,, trattenuta a Casa sua a Sogliano alcuni mesi, la Madre Felice Cu-
,, pers Abbadessa in quel tempo del Monastero ordinò, che andassi
,, a prendere in Sogliano la detta Suor Alba, che allora, come ho
,, detto, si chiamava Anna Francesca, ricevuto il sudetto com-
,, mando, mi partii un Sabbato mattina a buon' ora con le Mule
,, del Monastero, e giunto in Sogliano alla Casa del Sig. Giuliano
,, Marcosanti Padre di d. Suor Alba alla medesima li fu portata la
,, nuova, che io ero giunto à prenderla, e immediatamente intesi
,, dire da tutti quelli della Casa dell' istesso Signor Giuliano, che
,, alla detta Suor Alba era venuto un accidente, ma io però non la
,, viddi allora, ma la viddi bensì riavuta, e quando vidde mé in
,, cambio di salutarmi si mise a piangere, e la stessa sera il detto
,, Signor Giuliano di lei Padre disse più volte con cera brusca, che
,, voleva si partisse di buon ora, e detta Suor Alba seguitava a
,, piangere, e non rispondeva mai; in somma io conobbi, che det-
,, ta Suor Alba veniva per forza al Monastero &c., e per il viaggio
,, non parlò mai, e sempre seguitava a piangere.

Quarto, quod sæpedicta Alba Victoria, postquam ad Monasterium pervenerat, detrectaverit, licet pluries a Monialibus requisita, illud ingredi; sed tandem ingressa in continuis fuerit lacrymis, ac ferme semper Novitiatus tempore doluerit, se paternis violentiis fuisse ad Religionis ingressum compulsam, secundum ea, quæ deponuntur a prælaudata Maria Fachinetti Abbatissa ibi --,, Più vol-
,, te nel tempo del Noviziato l' ho veduta piangere, e dare in

 strava-

,, ſtravaganze, con tutto che io cercaſſi di ſecondarla, e qualche
,, volta con dette ſtravaganze diſturbava, non dico tutte le Monache, ma alcune, ed in ſpecie la Maeſtra, perchè non voleva andare in Coro, e fare altre coſe; e la verità, che la medeſima non volle laſciarſi tagliare li Capelli, ſe non ſei meſi doppo in circa, queſto lo fece, per quanto mi diſſe la medeſima Articolante, per liberarſi da un continuo dolore di teſta, che lo tormentava, e non con animo di reſtare Monaca; Che la medeſima Suor Alba ſtrapaſſe continuamente li veli, non poſſo dire per averlo veduto, ma bensì l'ho inteſo dalla medeſima articolante, ho bensì veduto che la medeſima una volta ſtrappò in più pezzi lo ſcapolare, e più volte l'ho udita maledire, chi l'aveva eſortata a far Monaca, e ſpecialmente me, con dire, ſii maledetto, chi ne ha avuta la cauſa, e più volte anche eſſa mi ha detto di aver chiamato il Demonio --,, & conſonat aliarum Monialium teſtimonium.

Quinto, quod, nulla præmiſſa ſuæ voluntatis exploratione contra expreſſam Sacri Concilii Tridentini ſanctionem *Seſſ.25.cap.17. de Regular.*, Religioſum habitum induerit, itaut non ſolum Julianus Pater in ultimo Vitæ periculo conſtitutus, verum etiam Vicarius Generalis, qui dictam voluntatis explorationem neglexit, aut alio pacto Oratricem ad profitendum induxerat, faſſi fuerint, ſe conſcientiæ ſtimulos pati, quod ſæpedicta Alba Victoria, licet reluctans, Profeſſionem emiſerit, uti colligitur tum ex formali examine Vincentii Pucci Notarii ita concepto --,, Ho preciſa memoria, che il ,, Sig. Arciprete Bernachi nella ſudetta Fede da me rogata deponeva avere egli avuto diſcorſo col fù Monſig. Vicario Giulio Ceſare Vermiglio da Rimini Vic.Gener. di Monſig. Martorelli Veſcovo di queſta Dioceſi ſopra la Perſona di Suor Alba, e che il detto M. Vicario Vermiglio in occaſione di d. diſcorſo gli aveva detto, che d. Suor Alba Vittoria nel veſtirſi l'abito Monacale non aveva moſtrato niſſun ſegno di vocazione, e che mal volentieri, e per forza entrò in d. Monaſtero dicendoli di più, che per farla entrare gli era convenuto dargli una ſpinta, *tum ex altero Monialis Diomiræ* ,, *Cionini ſic edito* -- Per quanto ho ſentito dire dalla Madre Maria Maddalena Fachinetti, Madre Girolama Cattarina Valentini, e da Suor Alba Vittoria Marconi, e dalla medema Suor Alba, e da altre Monache, che non ſia ſtata eſplorata la volontà di d. Suor Alba da Superiori prima della veſtizione, ed in occaſione, che Monſignor Veſcovo preſente, quattr'anni ſono, fece la Viſita &c. gli diſſe tra molte coſe, che la medema non ſtava volentieri in Monaſtero, e che non era ſtata eſplorata la di lei volontà, e Monſignor Vermiglio ne aveva avuto dello ſcrupolo di non aver fatta la detta eſplorazione, e che il Sig. Giuliano Padre della d. Suor Alba prima di ſpirare aveva avuto un gran ſcrupolo di aver fatta veſtir Monaca la d. Suor Alba --, *idque confirmatur a prælaudata Maria Fachinetti ſub hiſce verbis* -- E vero, che la Signora Cattarina mia Sorella Madre dell'Articolante mi diſſe alla Porta di queſto Parlatorio da 16. in 17. anni ſono non ricordandomi preciſamente del tempo, che il Sig. Giuliano Marito della medema Cattarina, e Madre dell'Articolante diſſe negl' ultimi periodi di ſua vita -- A me non da altra inquietitudine il morire, ſe non l'aver fatta far Monaca Anna Franceſca.

De-

Demum ad excludendam Professionis ratificationem, præter dd. Monialium depositionem, qua constat, Oratricem tantam habuisse aversionem a Monastico habitu, ut sæpius declaraverit, se nullum emisisse votum, nec illud unquam esse emissuram, aut renovaturam, pluriesque è Monasterio fugere attentaverit, ac Religiosa munia obire, aliaque ad Religiosum Institutum pertinentia detrectaverit peragere, vel si qua suscepit invita, non nisi summe negligenter, ne aliis Monialibus scandalum præberet, expleverit, ac tandem post quatuor annos à die emissæ Professionis per quamdam Epistolam adversus controversam Professionem reclamaverit ad Episcopum, proferuntur aliorum trium Testium depositiones, in quarum prima per Bernardinum Bernacchi exarata sic habetur -- „ Sopra quel tanto, che vengo dà V. S. interrogato ad Instanza „ della R. Madre Suor Alba Vittoria Marcosanti posso per verità „ dire, come sono molto bene informato, come d. Madre Suor „ Alba Vittoria pregò, anzi impegnò la bona memoria del Arci- „ prete Bernardino Bernacchi mio Zio di mandare à Roma a piedi „ di Nostro Signore più ricorsi concernenti la nullità della sua „ Professione, che essa R. Madre pretende aver fatta per forza, li „ ricorsi d. Arciprete Bernacchi diceva sempre volerli mandare ad „ un suo amico in Roma, ed in specie ad un tal Sig. Stefano Ugolini, „ da Macerata in quel tempo abitante in Roma, mà in verità esso la „ manteneva con speranza sopra questo, mà mai esso li mandò, ne al „ d. Sig. Ugolini, ne che Io sappia, ad altri per fargli giungere a piedi „ Santissimi, e questo lo sò, perchè me lo disse lo stesso mio Zio, che „ aveva questa commissione, ma che la voleva nutrire di speranza „ senza mandare a Roma tal cosa, e frà le altre volte mi ricordo es- „ sere ciò seguito in tempo del Pontificato di Benedetto XIII. di „ san. mem.; -- in secunda vero per Julium Marcosanti Oratricis „ Fratrem emissa, cui in omnibus consonat depositio Joannis Tho- „ mæ Martelli, ita legitur -- „ E di più sò di certa scienza, che „ da tempo in quà, ed assai prima avrebbe la medema Suor Alba „ procurata la sopradetta nullità, se non fosse stata divertita, e „ disuasa dalla bo. me. della Signora Cattarina nostra comune Ma- „ dre, che anche oltre ciò sospettai, e congetturai, che l' impe- „ disse in tale emergenza li ricorsi dovuti Signori Superiori, da „ più motivi, che ebbi, ma quasi passata a meglior Vita la d. no- „ stra Signora Madre riprese la d. Suor Alba i suoi giusti risenti- „ menti, e ricorsi per la sua Causa, che ora verte in Roma; Atte- „ sto anche, come D. Antonio Sacerdote, e tre altri miei Fratel- „ li, perchè conoscevano le giuste ragioni di Suor Alba, erano „ tutti questi a favore di Suor Alba, e sentivano volentieri le di lei „ risoluzioni al raggionevole fondate, che poi hanno ricusato di as- „ sisterla, ed oltre ciò gl'hanno piutosto fatte Parti contrarie, che „ favorevoli, e tutto ciò a persuasione, e prieghi di un altro Fra- „ tello di nome Domenico Uomo di pieno interesse sul timore, „ che annullando la Professione, e ritornando alla Casa Paterna la „ d. Suor Alba pensasse a dividere, e pretendere la Porzione a lei „ spettante de Beni Paterni, e Materni, e sò anche, che li dd. Fra- „ telli hanno precluse le strade, ed impedito, che alcuni Testimonj „ si soggettino all' esame di d. Curia di Monte Feltro, mentre que-

„ sti parlavano a di lei favore, deponendo la verità per far compa
„ rire le di lei risoluzioni, e quanto depongo sò di certa scienza, nè
„ posso ingannarmi.

Abbatissa una cum Monialibus præfati Monasterii de more excitata ad deducendum Jura sua in Sacra Congregatione super petita restitutione in integrum, non solum protestata est, se nolle Oratricis petitioni contradicere, verum etiam curavit supplicem Libellum tam proprio, quam aliarum Monialium nomine SS. D.N. porrigi, quo postulat, ut Alba Victoria è sæpedicto Monasterio independenter ab Episcopo ob causas sibi notas dimittatur, ex allata in enunciato Supplici Libello hac ratione -- „ Mentre che fu indotta la
„ mentovata Suor Alba con sevizie dal Padre defonto à monacar-
„ si, ne dà niuno de Superiori esplorato il di lei animo prima, ne
„ dopo aver preso l' abito, e sempre intesosi dalla medema nullo
„ l' atto della di lei Professione, ne ever in alcun tempo fatti li
„ Voti.

His itaque ob oculos habitis una cum Episcopi relatione, in qua primum sic habetur -- „ De veritate causarum, quas in suis precibus
„ Beatissimo Patri exposuit, parum, vel nihil præter in Processu
„ contenta, possum referre; Nam Pater ejusdem jam mortuus est,
„ & etiam obierunt Moniales, quæ tempore probationis, & pro-
„ fessionis ipsius Priorissæ fuerunt. Eamdem extrinsece modo quie-
„ tam, & contentam, modo inquietam, & incontentam verum
„ est; at falsum omnino videtur, ipsam modo esse in libertate con-
„ stitutam a minis, & sævitiis Patris, cum hic triginta quinque ab
„ hinc circiter annis obierit, & sex mensibus circiter post illius
„ professionem; *deindeque in hac verba concluditur* -- De hac causa
„ Sententiam meam tacere peropto; sane aperte dicam, me sum-
„ mopere optare hoc Monasterium, meque simul a præfatæ Mo-
„ nialis molestia, inquietudine, & calumniis liberum videre --,
onus erit EE. VV. rescribere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

Seff.22.c.8. de ref.

JANUEN. COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. In Testamentariis Tabulis sub annum 1680. conditis, itidemque in Codicillis, quos anno 1682., & 1684. conscripsit Presbyter Joannes Lucas Fabianus, hæc præsertim disposuit; primo, quod annui reditus suæ hæreditatis in Locis Montium Cameralium Urbis Romæ, quousque hæc in annuo fructu redderent summam scutorum quatuor millium monetæ Ianuensis, collocarentur; secundo, quod, absoluto d. pecuniarum cumulo, Collegiata Ecclesia in Oppido S. Romuli, ubi ortum habuerat, ex fructibus per quatuor annos percipiendis tam ex dd. Locis Montium, quam ex aliis hæreditariis bonis erigi deberet; tertio, quod, postquam d. Ecclesia fuisset ædificata, statim super bonis stabilibus in eodem Oppido existentibus instituta censeretur perpetua Primogenitura, quæ primo loco deferenda esset masculis descendentibus à Blanca Francisca ejus Fratris Filia Marchioni Aloysio Arconato Mediolanensi in Matrimonium collocata; quarto, quod in dotem memoratæ Ecclesiæ, quam hæredem

ex aſſe ſcripſerat, quamve ex una Dignitate ſub nomine Prioratus, ſeptem Canonicatibus, & ſex Cappellaniis conſtare ſtatuerat, aſſignari deberent annua ſcuta bis mille ex illis ſcutis quatuor mille, quæ ex Locis Montium Romæ emendis, ut dictum eſt, fuiſſent percipienda, reliqua vero annua ſcuta bis mille erogarentur partim in conſtitutione dotis Puellarum deſcendentium à memorata Blanca Franciſca, & partim in ſubminiſtrationem alimentorum faciendam Adoleſcentibus ex certis Familiis, qui ad optimarum artium ſtudia animum appellerent; quinto, quod nihil adverſus ea, quæ ab ipſo fuerant præſcripta, tentaretur, ullam eorum derogationem impetrando, aliàs quiſquis huic ejus mandato non obtemperaret, ademptione cujuſcumque commodi ex Teſtamento quæſiti, vel quærendi multaretur; & demum, commiſſa præmiſſæ diſpoſitionis executione tribus Perſonis ſpeciatim nominatis cum quacumque facultate ad id neceſſaria, enixe rogavit Senatum Januenſis Reipublicæ, ut optatam fundationem Collegiatæ Eccleſiæ in honorem, & cultum Beatæ Virginis ad tam pii operis effectum felicius aſſequendum ſuo dignaretur patrocinio fovere.

Teſtatore ſub annum 1684. defuncto, neglectum fuit multiplicum ab ipſo demandatum, quin, & plura ejus bona hæreditaria fuere, ut aſſeritur, dilapidata, quocirca Senatus Januenſis, cui id innotuit circa annum 1700. facultatem primum fuit impertitus, ut bona ſtabilia venderentur, pretiumque collocaretur in Locis Montium Januæ, deindeque ſub annum 1711., inſtante Marchione Joſepho Antonio Arconato, prævia expreſſa Teſtamenti derogatione, decrevit, Loca Montium Januenſium pro fundatione Collegiatæ Eccleſiæ comparata ſummam ſcutorum 13526. monetæ Januenſis æquantia pro rata ſcutorum octo millium, adjudicarentur Primogenituræ, reliqua vero ſcuta 5526. piis operibus a Teſtatore præſtitutis aſſignarentur, utque ex iſtorum fructibus conficeretur multiplicum, donec capitale redditurum eſſet annua ſcuta quatuor mille.

At Miniſtri Fabricæ S. Petri piarum diſpoſitionum exequutioni incumbentes anno 1725. in jus vocarunt Marchionem Arconatum, contendenteſque, Senatum nec potuiſſe, nec debuiſſe mutare voluntatem Joannis Lucæ Fabiani tanto cum detrimento pii operis, quod magnam ſubiiſſe jacturam videbatur, non ſolum quia pecunia congeſta ex Bonis hæreditariis non fuerit collocata in Locis Montium Romæ, verum, & præſertim, quia major pars capitalis, & fructuum ab anno 1711. adjudicata ſit Marchioni Arconato, tamquam invitato ad Primogenituram, quum juxta legem Teſtamenti ex univerſis proventibus prius conficiendum eſſet multiplicum, quod, huſque dum ad ſcuta quatuor millia in annuo fructu non perveniſſet, nulla in parte ad Familiam Arconatam erat deferendum, ſubſcribi obtinuere Dubia hæc -- *I. An ſuſtineatur proviſio, de qua agitur, tam quoad multiplicum in Civitate Januæ, quam quoad repartimentum, & quatenus negative. II. An ſit locus ſanationi, & quatenus negative. III. An, a quibus, & ſuper quibus Bonis debeantur fructus fructuum multiplici neglecti ad favorem Collegiatæ erigendæ in caſu &c.* quibus ſub diem 23. Januarii 1734. propoſitis, reſcriptum fuit *ad I., & II. negative. Ad III. Dilata, & ſcribatur Archiepiſco-*

po

po juxta instructionem, quæ fuit, ut idem Archiepiscopus, auditis etiam Exequutoribus, & eorum hæredibus, aliisque interesse habentibus, Sacram Congregationem distincte redderet instructam circa quantitatem Patrimonii relicti, & circa alienationes, quando, & a quibus factæ fuerint.

Delata postmodum ad Urbem petita Archiepiscopi relatione ad novam trutinam revocatum fuit præmissum III. Dubium sub eisdem verbis conceptum -- *An, a quibus, & super quibus Bonis debeantur fructus & fructus fructuum multiplici neglecti in casu &c.*, eiq; die 18. Dec. ejusdem anni 1734. datum fuit responsum -- „ Marchionem „ Arconatum teneri ad restitutionem fructuum perceptorum ad „ effectum investiendi in tot Locis Montium in Urbe ad formam „ Testamenti, necnon Capitale transferendum esse in creditum „ Legatorum Piorum ad formam ejusdem Testamenti, reservato „ jure Rev. Fabricæ agendi contra Executores Testamentarios, aut „ eorum hæredes, quatenus de Jure, & prout de Jure -- *ut in lib.* 84. *Decr. pag.* 222., cui resolutioni non acquiescente præfato Marchione Arconato, cum oportuerit disceptare consuetum Dubium -- *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.* die 21. Maii 1735. prodiit rescriptum -- *Dilata, & exquiratur votum Rotæ.*

In obsequium hujus responsi concordatum subinde fuit in Rotæ Auditorio Dubium -- *An, & a quo tempore sint restituendi fructus per Marchionem Josephum Arconatum percepti ad effectum illos investiendi in tot Locis Montium in Urbe favore Collegiatæ erigendæ in casu &c.*, sed recogitans deinde præfatus Marchio Arconatus, hæreditaria Bona Joannis Lucæ Fabiani ex incuria, & dilapidatione Executorum adeo imminuta esse, ut impossibile sit toties memoratam Collegiatam erigere, consonum vero authumans tum Decretis Sacræ Congregationis Rev. Fabricæ S. Petri, tum aliis Canonici juris sanctionibus, ut piæ Testatorum Dispositiones, dum nequeunt exequutioni mandari modo per illos præscripto, in aliud pium opus Apostolica auctoritate commutentur, supplicem Sanctissimo D. N. porrexit Libellum, quo, exposita facti serie superius descripta, retentoque in facto, quod juxta præsentes rerum circumstantias impossibilis reddatur executio operis pii a Testatore demandati, humillime postulat, ut Sanctitas Sua Capitalia una cum fructibus, quæ adhuc existunt, in alium pium usum sibi benevisum, & respective in commodum Primogenituræ a Testatore prædilectæ pro ratis, quas ipsa congruas, & unicuique assignandas censuerit, jubeat erogari.

Hisce precibus ad hanc Sacram Congregationem pro voto remissis, cum denuo excitatus fuerit Archiepiscopus Januensis, ut, auditis interesse habentibus, præfixoque iisdem termino ad deducenda jura sua in Sac. Congregatione, si qui forte petitioni Oratoris obsisterent, Sacrum istum Consessum de omnibus certiorem faceret, suamque sententiam aperiret, novissime rescripsit, neminem ex iis, qui juxta præscriptam methodum a se fuerunt auditi, propositam commutationem impugnare, sed omnes illam petere, discordes tamen circa opus, in quod eamdē fieri præstet; *Alii enim,*) sunt Archiepiscopi verba („ suggerunt unum opus, & alii aliud, singuli juxta placitum

suum

„ suum, parum reflectentes ad id, quod sit conformius menti, & in-
„ tentioni Testatoris, solum in hoc unanimes, ut non prajudicen-
„ tur in eorum respectivis vacationibus activis, & passivis, & quod opus pium commutandum fiat in loco S. Romuli „. Ipse vero, totius rei serie ab ejus exordio repetita, favens imprimis Marchioni Arconato pro reintegratione Capitalis Primogenito assignandi in scutis 10500. quoad reliquum Capitale, ratamque fructuum, ac eorum multiplicum jampridem destinata in Collegiatæ erectionem censet in aliud pium opus fore eroganda, plures in diffusa sua relatione proponens piorum operum species ab explicita Testatoris mente, ut arbitratur, minus alienas.

Jam verò præmissa Archiepiscopi sententia suffultus Marchio Arconatus duo, quæ mox describentur dubia, decidi postulat, confidens, EE. VV. prævio suffragiorum consensu in absolutam commutationem voluntatis Canonici Joannis Lucæ Fabiani circa sæpedictam Collegiatæ erectionem responsuros esse, quod, reservatis favore fideicommissi, sive Primogenituræ Capitali, jampridem ad ipsius creditum descripto in summa scutor. 8000., necnon multiplico subinde peracto una cum fructibus usque ad annum 1732. a se perceptis, aliisque in hanc diem decursis, & adhuc inexactis, reliqua summa erigendæ Collegiatæ prius addicta alteri pio operi, quod posthac Ordinarius Januensis, denuo auditis omnibus interesse habentibus, & ipso quoque Marchione Arconato magis congruum judicabit, suprema Sanctitatis suæ authoritate destinetur.

Ejusmodi petitioni juxta dudum exposita in precibus Sanctissimo porrectis, Ministri R. Fabricæ S. Petri saltem in ea parte, quæ respicit alterius pii operis designationem loco Collegiatæ à Testatore præscriptæ haud contradicunt; Num vero eidem tum circa præmissam commutationem, ejusque exequendæ propositam methodum, tum etiam circa præservationem indicati Capitalis, & multiplici una cum fructibus favore Primogeniti postulatam sit annuendum, pertinet ad Eminentias VV, , pensatis juribus, quæ nomine dicti Marchionis Arconati, aliorumque interesse habentium fortasse afferentur, necnon inspectis resolutionibus aliàs in causa editis sapienter de more statuere.

I. *An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Canonici Jo. Lucæ Fabiani*; & quatenus affirmative.

II. *Quomodo, & ad quorum favorem in casu &c.*

Omnia ad Emum Præfectum juxta mentem.

ANGLONEN. CONCURSUS. Sequuta sub diem 3. Julii superioris anni vacatione Archipresbyteralis, & Parochialis Ecclesiæ in honorem SS. Apostolorum Petri, & Pauli in Oppido S. Quirici pridem erectæ, Episcopus Anglonensis, ne æstivus calor, aerisque intemperies Presbyteros Diœcesanos Neapoli studiorum causa degentes a præfatæ Ecclesiæ concursu, & examine, cui exoptabant subiici, deterreret, illum indicere distulit usque ad diem 14. Octobris proxime præteriti, quo prævia consueti Edicti affixione, omnes ad curam ejusdem Ecclesiæ concurrere cupientes excitavit, mo- *Sess. 24. c. 18. de ref.*

nuitque, ut intra terminum in memorato Edicto præfinitum comparerent, seque concursui post elapsum dictum terminum die 30. dicti Mensis Octobris habendo describi curarent; postea vero, cum duo tantum Presbyteri, nempe Gherardus Durante, & Joannes Manzone in dicta die 30. comparuissent, iique ad concursum, & respective ad examen admissi haud idonei ad Animarum Curam fuerint reperti, ideoque plenis Examinatorum suffragiis reprobati, propositum inierat idem Episcopus, novum indicere concursum, ut tandem ex pluribus seligi posset, cui Animarum Cura aptius committeretur.

Verum quia prælaudatus Gherardus Durantes insequenti die 31. dicti Mensis Octobris appellationem ab afferta irrationabili Examinatorum relatione interjecit, subindeque binos porrexit Libellos, alterum in Apostolica Dataria, quo exponens, Parochialem Ecclesiam controversam ad S. Sedem devolutam esse propter concursum, & respective examen intra terminum quatuor Mensium in vulgata Constitutione 33. S. Pii V. incipien. *In conferendis* præfinitum non habita, supplicationem à SS. D. N. signari obtinuit, alterum vero, quo efflagitat, ut ab afferto gravamine sibi per memoratos Examinatores illato vindicetur; Episcopus, qui authumat, tum enunciatum Concursum, tum examen præfatum legitime indictum, habitumque fuisse intra debitum quatuor Mensium terminum, utrosque vero dictos Presbyteros juste adeo ab Examinatoribus fuisse reprobatos, ut collatio Ecclesiæ non fuerit ad S. Sedem devoluta, sed novo concursu, & examine opus sit, prætereaque contendit, non solum Joannem Manzone, sed, & præsertim Gherardum Durantes ab assecutione toties memoratæ Parochiæ arcendos esse, sive novus habeatur concursus, sive collatio dictæ Ecclesiæ ad S. Sedem devoluta judicetur, ad consulendum spirituali Animarum detrimento facile ex diuturna d. Ecclesiæ vacatione obventuro, enixe postulat, ut controversiæ inde exortæ sub infrascriptis Dubiis sapientissimo Eminentissimorum Patrum oraculo dirimantur.

Perpensis igitur iis, quæ ad ornatum sæpe citatæ Constitutionis S. Pii. V. la 33. tradunt *Garz. de Benef. quæst.*9. *cap.*2. *Barbos. de Paroch. ca.*2. *Pax Jordan. elucubr. can. lib.*10. *cap.*8. *num.*121., *& Corrad. in prax. Benef. lib.*3. *cap.*4.; & signanter *n.*24. una cum aliis adnotatis *in Portugallen. Parochialis* 30. *Martii proxime præteriti*, necnon inspectis, tam Episcopi relatione, quam nonnullorum Testium depositionibus, quibus constare prætenditur, quatuor Fratres præfati Gherardi gravibus minis ab indicto concursu alios Presbyteros in eum finem deterruisse, ut Frater posset vacantem Parochialem Ecclesiam facilius obtinere, eumdemque Gherardum fuisse insuper ob pravam consuetudinem cum quadam muliere, & ob homicidium ipsius mandato patratum pluries inquisitum, atque etiam in carceres conjectum, partes erunt EE. VV. respondere.

I. *An constet de legitima convocatione Concursus tempore habili, & respective de legitima reprobatione utriusque Concurrentis*, & quatenus affirmative.

II. *An sit indicendus novus Concursus coram Ordinario, seu potius provisio sit facienda per S. Sedem juxta Constitutionem S. Pii V.*

III. *An*

III. *An in utroque casu sint repellendi ab assecutione Parochialis vacantis S. Quirici, tam Sacerdos Durante, tam Manzene, seu potius favore Durantis sit relaxanda, & exequenda supplicatio jam ejus favore a Sanctissimo signata in casu &c.*

Ad primum Affirmativè. Ad II. arbitrio Eminentissimi Prodatarii. Ad III. non esse repellendos à novo concursu quatenus habeatur salvis exceptionibus &c. & supplicationem non esse relaxandam.

LUNEN. SARZANEN. Erecta in Collegiatam Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis de Populo in Oppido Pontremoli Diœcesis Lunen. Sarzanen. existente, præviis iteratis relationibus clar. me. Cardinalis Tanara, & Sacræ hujus Congr. suffragio, Archipresbyter Sancti Hippolyti, & Cassiani de Saliceto contendens non obstante memorata erectione dictæ Ecclesiæ in Collegiatam, sibi jus esse solemniter in ea canendi Missam die festo SS. Corporis Christi, sibique privative quoad Præpositum dictæ Collegiatæ, & alios Parochos in Processione ab Ecclesia ejusdem Collegiatæ inchoanda Venerabilis gestationem competere, dictum vero Præpositum obstringi ab ipso Archipresbytero sacra olea recipere, necnon a Capitulo associatum quotannis dictam Ecclesiam SS. Hippolyti, & Cassiani in privilegio Sanctissimæ Ascensionis adire, obtinuit proponi hæc quatuor dubia – *I. An post erectam Ecclesiam S. Mariæ de Populo in Collegiatam competat Archipresbytero SS. Hippolyti, & Cassiani de Saliceto jus canendi Missam in dicta Ecclesia Collegiata die festo SS. Corporis Christi. II. An Processio dicta die facienda cum Venerabili competat dicto Archipresbytero, illam inchoando à dicta Ecclesia Collegiata, vel ab alia Ecclesia intus Oppidum Pontremoli privative ad dictum Præpositum, & Capitulum dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, sive potius jus faciendi dictam Processionem prælative pertineat ad eumdem Præpositum, & Capitulum respectu dicti Archipresbyteri, & aliorum Parochorum dicti Oppidi. III. An idem Præpositus Collegiatæ teneatur recipere olea sancta e manibus dicti Archipresbyteri SS. Hippolyti, & Cassiani, seu potius iste teneatur illa recipere per manus dicti Præpositi -- IV. An Præpositus, & Capitulum teneantur processionaliter quotannis in vigilia Ascensionis Domini Nostri adire, & visitare dictam Ecclesiam SS. Hippoliti, & Cassiani in casu &c.*, quibus die 9. Junii 1725. rescriptum fuit -- *Ad I. negative. Ad II. negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad III. negative quoad utramque partem. Ad IV. affirmative ratione piæ consuetudinis tantum*, ut in *lib.* 75. *Decr. pag.* 249. Sess. 24. c. 12. de Ref.

Resolutioni quoad I., II., & III. Dubium statim acquieverunt Collitigantes, eam vero quoad IV. impugnavit memoratus Præpositus sub consueto Dubio -- *An sit standum, vel recedendum a decisis die 9. Junii 1725. quoad IV. Dubium in casu &c.* cumque die 18. Maii 1726. responsum fuerit -- *In decisis quoad Præpositum tantum tanquam Parochum*, -- ut in *lib.* 76. *Decr. pag.* 255. adversus eam impetrato novæ Audientiæ beneficio, modo iterum insurgit idem Præpositus, contenditque, se non posse compelli ad onus dictam Ecclesiam SS. Hippolyti, & Cassiani adeundi, eamque visitandi, tum quia Parochialis Ecclesia S. Geminiani, quam suæ Præpositu-

ræ unitam retinet, non sit filialis, neque dictæ Ecclesiæ SS. Hippolyti, & Cassiani subjecta, tum etiam quia consuetudo, juxta quam ceteri Parochi ad dictam Ecclesiam accedunt, eamque visitant, nequeant sibi, uti Præposito dictæ Collegiatæ, & non simplici Parocho aptari, secundum jura ipsius nomine allata, quibus ponderatis, dignabuntur EE. VV. deliberare.

An sit standum, vel recedendum à decisis sub diem 18. *Maii* 1726. *in casu &c.*

In decisis, & amplius.

Die Sabbathi 6. Julii 1737.

Sess. 22. c. 6. de ref.



ROMANA, SEU PRÆNESTINA LEGATI. Jo: Baptista Cassetta ex Olibani Oppido Prænestinæ Dioecesis oriundus, & Basilicæ SS. Laurentii, & Damasi Beneficiatus in Testamentariis Tabulis, quas sub annum 1671. condidit, Sacrario ejusdem Ecclesiæ quindecim loca Montium reliquit, onere injuncto „ che delli frutti di d. Monti se ne debbano pagare in „ perpetuo di salario per ciaschedun mese d'un Giovinetto idoneo, „ che dovrà studiare in Roma, e rispettivamente servire alla detta „ Chiesa, come a basso si accenna, da nominarsi, ed eleggersi dalla „ Casata sua, cioè di casa Cassetta d'Olevano in perpetuo, il più prossimo al Fondatore, costituendo il juspatronato della Casa sua in d. „ Chiesa; e non essendovi alcun Chierico di Casa Cassatta, sia eletto, „ e nominato uno della Terra di Olevano a beneplacito, e nominazione di Cassa Cassetta, con ritenere l'Eletto il Cognome Cassetta; „ *deficiente autem linea illorum de Cassetta Terræ Olibani statuit*, „ *quod*, li Sig. Canonici abbino essi potestà di eleggere un' altro a „ beneplacito della Terra d'Olevano Prænestinæ Diœcesis, caso che „ d'Olevano nessuno vi concorresse, allora (avendo però la Sagristia „ fatto sapere prima alla Communità, cioè alli Sigg. Contestabili „ pro tempore con concederli un mese di tempo) possa il Rmo Capitolo eleggere un Romano nativo il più degno a sua disposizione; *additoque subinde alio legato in hæc verba*: Item il sudetto lascia un Luogo di Monte di S. Bonaventura alla Compagnia delle „ Gioje con peso di somministrare a ciaschedun Chierico delle Gioje, che pro tempore servirà, sive sacrificio Missæ, sive Choro in divinis, carta da scrivere, e libri Grammaticali solamente, quali libri il Chierico, partendosi, ovvero licenziandosi, ovvero pervenuto all'età d'anni 24. exclusive li debba rassegnare alla Compagnia „ delle Gioje, il che s'intenda di ciascuno, che servirà per non moltiplicare spese, *plures demum adjecit conditiones a Clerico ita nominato servandas, eamque præcipuam, ut*: pervenuto all'età d'anni „ 25. sia tenuto cedere, e dar luogo ad un'altro da nominarsi, come „ sopra, & sic successive &c. Puole partirsi, e licenziarsi, se vuole „ nell' età minore, ma non possa continuare nell'età maggiore.

Inter ceteros, qui, defuncto pio Testatore, ad normam præmissæ testamen

mentariæ dispositionis d. legatum vulgo nuncupatum Clericatum, seu Cappellaniam *delle Gioje* fuerunt assequuti, alter fuit Laurentius Anelli originem a Testatore trahens per lineam fœmininam. Hic enim, prævia nominatione Liberati Cassetta illius possessionem obtinuit sub annum 1734. Nonnullis autem ab hinc mensibus considerans, appropinquare diem 12. Martii, qua ætatem 24. annorum fuisset expleturus, legemque in enunciato Testamento indictam, ea completa, ad dimissionem prædicti Clericatus ipsum obstringere, sequutus exemplum Francisci Cassetta sui Antecessoris, supplex adiit Sacram Congr. postulans, sibi facultatem fieri controversum legatum ad aliud triennium retinendi; Sac. itaque Congreg. rogavit Emum D. Card. Vice-Canc., ut eam super Oratoris precibus instructam reddere, suique animi sententiam aperire dignaretur; Cum autem Eminentia Sua, totius rei serie una cum Oratoris petitione luculenter exposita, proprium suffragium hisce verbis pandiderit: „ Cujus „ optatis mihi pro informatione, & Voto per EE. VV. benigne re- „ missis obsecundari posse, censerem, ut literarum studia angusto „ biennii, & mensium circiter trium decursu in Collegio PP. Soc. Je- „ su non absoluta diutius exercere, & perficere valeat, nec omnino „ dimittere teneatur, præsertim quia præfatus Orator laudabiliter, „ & assidue juxta onus impositum Ecclesiæ, & Divinis Officiis inser- „ vit, & interest, ac ad suscipiendos Sacros Ordines maxime disposi- „ tus est, nullusque ex gente Cassetta, sive per masculinum, sive per „ fœmininum genus originem trahens, vel sanguinis propinquitate „ conjunctus ad sæpedictum Clericatum idoneus reperitur, imo nec „ spes affulget, itaut Successores saltem per plures annos ex Oppida- „ nis sint assumendi. *sub diem* 22. *Sept. superioris anni prodiit Rescri-* „ *ptum*: Pro gratiæ arbitrio Emi Vice-Cancellarii.

At post hæc prædictus Liberatus Cassetta inscius Gratiæ a Laurentio Anelli impetratæ ad enunciatum Clericatum, seu Cappellaniam *delle Gioje* nominavit Blasium Andream Carletti e d. Terra Olibani cumque modo idem Liberatus exoptet, nominationem a se factam effectu suo non fraudari, memoratam Gratiam impugnat, præmittensque, istam absque ejus consensu, quinimo, ipso inaudito, & contra Testatoris mentem fuisse obtentam, nullamque asserens concurrere causam, ob quam illius concessio expediret, mordicus contendit, neque gratiam impetratam sustineri posse, neque jus pati, ut nova ex integro concedatur, sed controversæ Cappellaniæ possessionem præfato Blasio Andreæ Carletti a se nominato deberi, juxta duo vulgata juris principia; alterum, quod nulla gratia, nullave ordinatio, quæ super Cappellania, Beneficio, vel Legato Pio fieri contingat sine consensu, & approbatione Patroni, alicujus momenti sit, ad *Text. expressos in cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *de Const. & in cap. Inter quatuor de major. & obed.*, & tradunt adducti per *Garz. de Benef. par.* 11. *c.* 13. *n.* 35. *Piton. tom.* 3. *discept. Eccl.* 7. *n.* 6.; alterum vero, quod ultimæ Testatorum dispositiones debeant religiose custodiri, nec nisi justa, legitimaque suffragante causa, commutari, seu abrogari possint, juxta rescriptum Innoc. III. *in cap. Magnæ de vot.*: ibi: *Tria præcipue duximus in hoc negotio attendenda, quod liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum utilitatem*, &

expli-

explicitam Sacrosſ. Trid. Synodi ſanctionem *ſeſſ.22. cap.6. de Ref.*

Momenta,quibus e converſo Laurentius Anelli gratiam a ſe obtentam tueri meditetur,nondum deducta ſunt; iis autem, ſi afferentur,cum præmiſſis Liberati juribus appoſite collatis,partes erunt EE.VV.decernere.

I. *An prorogatio obtenta a Laurentio Anelli ſuſtineatur in caſu &c.*; & quatenus negative.

II. *An ea ſit denuo concedenda, ſeu potius ſit immittendus Blaſius Andreas Carletti in caſu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Concedendam eſſe ad Annum a die expletæ ætatis facto verbo cum Sanctiſſimo.

Seſſ.25.c.19. de Reg.

CAPRITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Inter cetera,quæ Conſtitutiones Carthuſiani Ordinis ſervari præſcribunt in admiſſione eorum, qui Religioſo illi Inſtituto nomen dare cupiunt, hæc habentur *cap.17. n.11. par.2.* : „ Propterea,poſtquam ſufficienter fuerit probata converſatio Poſtulantis, certo die coram toto „ Conventu interrogabitur, ſi in alio Ordine Profeſſionem fecerit, „ ſi liber,& non ſervilis conditionis;Si Matrimonii vinculo ſolutus; „ ſi abſque incurabili morbo ; ſciturus , quod, ſi ſuper his veraciter „ non reſponderit,ſi aliquid celaverit, poterit etiam poſt profeſſio- „ nem expelli.

Ejuſmodi fretus lege Pater Angelus de Dominicis , qui pridem Carolus in ſeculo nuncupabatur,ſolemnem Profeſſionem anno 1729.a ſe emiſſam in Carthuſienſi Monaſterio S.Jacobi Civitatis Capritanæ irritam eſſe contendens,eo quia tempore ſuæ receptionis in Novitium interrogatus, num morbo aliquo laboraret, veneream luem, quam prius contraxerat,ex verecundia ſubticuerit, ſupplicem SS. D. N. ad impetrandam adverſus lapſum quinquenii reſtitutionem in integrum porrexit libellum,in quo expoſuit,ſe a d.morbo non ſolum ſalubrioris aeris beneficio , aliiſque medicaminibus convaleſcere nequiviſſe , ſed eo adhuc ita afflictari , ut in manifeſto vitæ diſcrimine verſetur,ſi diutius intra clauſtra degere coactus ſit.

Super hiſce precibus ad S.hunc Conſeſſum remiſſis juſſus de more fuit Epiſcopus,ut,Superiore Regulari præfati Monaſterii audito, conficeret Proceſſum,ex quo cum præter ea,quæ in libello fuerunt expoſita,habeatur,conceſſum pridem fuiſſe Oratori tranſitum ad Ordinem Fratrum Excalceatorum S.Auguſtini, hodie ſub Dubio, quod infra deſcribetur,ſuas ille pro d.reſtitutione in integrum inſtaurat preces, duplici potiſſimum ratione ſuffultus;altera nempe,quod, ſicuti Religioſa Profeſſio involvit contractum correſpectivum,ac ultro,citroque obligatorium,ita,deficiente conſenſu ex parte Religionis, ne ipſa,ut ajunt,claudicare videatur, etiam reſpectu Religioſi Profeſſi irrita cenſenda ſit, quemadmodum in terminis ſimilium Conſtitutionum Ordinis Cappuccinorum docent cum aliis *Capon.diſcpt.53.n.33. & ſeqq. P. Bartholomæus de Vecchiis Capuccinus in libr. cui titulus Praxis obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novitiis diſp.3. dub.15.n.4. & n.8.*, *& Pater Theſaur. itidem Cappuccinus in libro Romæ impreſſo cui titulus: Eſpoſizione ſopra la Regola del Serafico P.S.Fran-*

P.S.Francesco cap.2.; altera autem, quod Professio eorum, qui morbo aliquo suæ receptionis tempore laborabant, vel alio pacto erant ad profitendum inhabiles, numquam ratificata censeatur, ita quidem ut taliter Professos neque restitutione in integrum adversus lapsum quinquennii indigere, arbitrentur *Navarr.conf.26.n.12.& ult. lib.3. de Regul.*, & alii adducti per *Barbos. ad Conc.Trid. cap.19.sess.25.de Reg. n.6. & 19. Ursaya discept. Eccl.25. n.29. & seq. tom.2. part.1.*

Veruntamen ad absolutam hujus controversiæ definitionem ob oculos habendum est vulgatum juris principium, quod scilicet Professio contra legem in peculiaribus Constitutionibus alicujus Ordinis præscriptam non soleat irrita declarari, nisi hæc ipsa nullitatis pœna fuerit in eisdem Constitutionibus a Sede Apostolica specifice approbatis adjecta, uti tradit *Fagnan. in cap. Qui Presbyterum n.8. & seqq. de pœnit. & remiss. Portell. in dubiis Regular. in verbo Professio nulla ex defectu ætatis n.14.*, *Bordon. in contr. moral. 21. de ætat. Profess. quæst.9.* egregie *Eminentissimus Petra ad Constit.2. Anastas.II. nu.9. & seq. ad Const.5. Gregor.IX. num.22. & seq. tom.2.*, *& ad Const.3. Calisti III. num.17. tom.5.*, & colligitur ex Decretis hujus Sacræ Congregationis *in Neapolitana* 14. *Junii* 1681. *lib.31. Decret.pag.* 415. *in Grossetana* 5. *Aprilis* 1710. *lib.63. decr.pag.*122. *in Neritonen. Restitutionis in integrum* 23. *Februarii* 1715. *lib.65. Decret. pag.*83., *& in Calaritana Nullitatis Professionis* 15. *Martii* 1727. *lib.77. Decr. pag.*149., adeo ut, si Constitutiones istæ non reperiantur a Sancta Sede specifice confirmatæ, atque Decreto Professionem explicite irritante communitæ, id solum operari dicantur, ut liberum sit Superiori Regulari ad avertendum ipsius Religionis incommodum contra Professum, qui morbum reticuit, procedere, eumque in pænam commissi delicti a Religione expellere, quemadmodum firmant DD. supra relati, & in simili ratiocinatur *Navar.conf.48.n.3. lib.3. de Regular. Marant. respon.106.n.13.& seqq.*

Ad rem quoque pertinent Rescriptum Sacræ hujus Congregationis *in Causa Provinciæ Romanæ Capuccinorum Nullitatis Professionis*, ubi, contendente Fratre Josepho Maria de Palliano Professionem a se emissam in Ordine Capuccinorum irritam esse sub obtentu, quod tempore suæ admissionis ad Religionem affectus esset morbo epileptico, de quo in Constitutionibus præfati Ordinis a Sancta Sede in forma specifica confirmatis sub *cap.2.* ita cautum habetur -- „ Qui „ elephantia, morbo caduco, aut alia infirmitate contagiosa afficitur, non recipiatur; Et si quis talis receptus fuerit, & quod „ interrogatus talem infirmitatem manifestare noluerit, declaratur, Religionem ad eum retinendum minime velle esse obligatam „ discusso sub diem 8. Julii 1724. Dubio -- *An constet de causis Restitutionis in integrum in causa &c.* responsum fuit -- *Ad Eminentissimum Protectorem juxta mentem*, quæ fuit, ut Religio consensum præstaret pro discessu præfati Fratris Josephi Mariæ; necnon Decretum ab altera Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium negotiis præposita die 20. Decembris 1637. editum in quadam *Senen.* hisce verbis -- „ Sacra Congregatio &c., audito super præmissis Procuratore Generali Carthusianæ Religionis, & „ præcipue super Professione ab Oratore nulliter emissa ob occultatio-

„ tationem morbi incurabilis, quo de tempore suæ ad habitum „ præfati Ordinis receptionis afficiebatur, & ob non redditam ad „ interrogata super hujusmodi morbo responsionem contra for- „ mam a Statutis d. Religionis præscriptam, visoque Processu à „ Visitatoribus Provinciæ Tusciæ desuper fabricato, sententiaque „ inde sequuta, ipsius Oratoris postulato benigne annuit, eumque „ a Religione prædicta non solum posse, sed omnino abire debere, „ decrevit, atque præsentium tenore decernit -- „ & per extensum refertur in *Summ. n.*8.

Procurator Generalis memorati Ordinis Carthusiensis opportune excitatus in literis, quas ad Sacram Congregationem dedit, sic habet -- „ E re mea putavi, EE. VV. reverenter certiorare, quod, quemad- „ modum hujusce Causæ Decisio totaliter pendet ab inspectione „ judicialis Processus de ordine Sac. Congregationis, servatis ser- „ vandis, compilati per Episcopum Capritanum, necnon a lege „ Statutaria d. Ordinis in 2. part. cap. 17. a S. Sede Apostolica con- „ firmata, ubi cavetur, quod profiteri volens in dicta Religione „ coram toto Conventu interrogari debeat, an aliquo incurabili „ morbo laboret, & quamvis illum reticuerit, possit etiam post Pro- „ fessionem expelli, & ejici a dicta Religione, ita, & si pro parte „ Religionis rite potuisset antedictus P. Angelus expelli, quemad- „ modum Sac. Congregatio Episcoporum aliàs censuit, nihilo- „ minus pro parte ejusdem Religionis præfatæ Causæ Decisio tota- „ liter remittitur summæ integritati, prudentiæ, ac justitiæ EE. VV., „ cum ipsi Religioni nil subjungendum supersit.

Omnibus igitur perpensis, ac præsertim inspectis iis, quæ ad rem expenduntur in Folio diei 1. Decembris 1731. in Causa *Neapolitana Restitutionis in integrum*, ubi, cum Superiores Ordinis Carmelitarum Excalceatorum arbitrati fuissent, sibi in vim suarum Constitutionum licere Fratrem Hilarium a Præsentatione, qui morbum Gonorrhœæ in sui admissione ad Religiosum habitum contra earumdem Constitutionum præscriptum celaverat, e Religione dimittere, visum prius fuit suggerere eisdem Superioribus, necessariam esse impetrationem restitutionis in integrum, qua postmodum ab ipsis petita sub Dubio -- *An sit locus Restitutioni in integrum* --, dicta die 1. Decembris prodiit Rescriptum -- *Affirmative* --, placeat EE. VV. rescribere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem.

Cap. 9. Sess. 25 de ref.

THEATINA ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Contendentibus Presbyteris Parochialis Ecclesiæ Sancti Petri Civitatis Vasti, erectionem alterius Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris in Collegiatam insignem minime sustineri, neque eam esse, prævio sanationis beneficio, firmandam, unaque simul postulantibus, ut norma aliqua super præeminentiis, quas Clerus utriusque Ecclesiæ sibi privative asserebat, statueretur, Sacra hæc Congregatio primum censuit, exquirendum esse Votum clar. mem. Card. Orighi tunc ejusdem Sac. Congregationis Præfecti, deinde vero, discussis binis hisce Dubiis -

I. An

I. An erectio in Collegiatam insignem Sanctæ Mariæ Majoris Vasti facta ab Ordinario Theatino, uti Delegato Apostolico virtute Literarum Apostolicarum San. mem. Innocentii XIII. substineatur, seu potius sit confirmanda, & approbanda, vel ad minus sit locus ejus sanationi. II. Quænam providentia sumenda sit circa præeminentias hinc inde prætensas in casu &c., die 15. Martii 1725. in hæc verba rescripsit -- *Ad I. consulendum esse Sanctissimo pro sanatione juxta Votum Eminentissimi Præfecti -- Ad II. Sumendam esse juxta Votum ejusdem Eminentissimi Præfecti* --, cujus summa exposita fuit in Folio diei 1. Decembris 1731., deinde vero cum Resolutiones istæ fuissent eodem anno per Literas Apostolicas a san. me. Benedicto XIII. approbatæ, quin etiam de illarum exequutione constare, easque imposterum quoque servandas esse, pronunciatum successive fuerit per Sententiam Tribunalis A. C., iidem Presbyteri Sancti Petri supplices implorarunt a SS. D. N., ut sibi de jure suo iterum experiri liceret, sed petitione ad eamdem Sac. Congreg. remissa, propositoque Dubio -- *An, prævia oris apertione, sit standum, vel recedendum a decisis &c.*, die prima Decembris 1731. prodiit Rescriptum -- *In Decisis, & ad Mentem* --, quæ in eo versata est, ut Secretarius Eminentissimum Pro-Datarium alloqueretur, eique exponeret causas, ob quas tunc videbatur, non expedire, memoratam Ecclesiam S. Petri in Collegiatam erigi.

At, cum ejusdem Ecclesiæ Presbyteri supplicem denuo porrexerint Sanctitati Suæ libellum, in quo post relatam dissensionum seriem, quæ pridem inter ipsos, & Clerum præfatæ novæ Collegiatæ in pluribus Almæ Urbis Tribunalibus exarserunt, quæque nunc magis occasione recentis Erectionis dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris in Collegiatam insignem in dies oriuntur, humillime postularunt, ut ad avertendas graves, assiduasque molestias, & amaritudines, quibus ipsi continuo anguntur, Apostolica sua providentia decernere dignaretur -- ,, Per qualche onesto temperamento, quale sarebbe, ,, siccome la supplicano, di eriggere la loro Chiesa in Collegiata ,, insigne, avendo soprabondanti Requisiti per meritare tal Grazia; ,, e di piu pro bono pacis ordinare, che in futurum ciascheduno ,, delli sudd. due Cleri utatur jure suo nelle proprie loro rispettive ,, Parocchie con loro rispettivi Parocchiani in tutte le Funzioni ,, Ecclesiastiche, Processioni si publiche, come private, di modo ,, che l' uno non abbia da dipendere, ed unirsi con l' altro in veruna ecclesiastica Funzione, acciò per l' avvenire non vi possa essere più occasione di lite, ed emulazione tra di loro ,, -- & ejusmodi precibus ad Eminentissimum Pro-Datarium, subindeque ab Eminentia Sua ad hanc Sac. Congregationem remissis, denuo sese opposuit Capitulum S. Mariæ Majoris, ideoque bina, quæ mox subjicientur Dubia, oportet ex Rescripto ejusdem Sacræ Congregationis ad trutinam hodie revocare.

Ad deliberandum super controversa erectione Ven. Ecclesiæ Sancti Petri in Collegiatam conducunt ea, quæ sub annum 1731. occasione similis petitionis retulit Datariæ Apostolicæ Archiepiscopus Theatinus: Scilicet exposuit, Civitatem Vasti tum Ppouli numero tum Virorum Nobilitate præclaram, atque illustrem, pluribus Re-

ligiosorum, & Sanctimonialium Monasteriis esse ditatam, prætererea Ecclesiam S. Petri materiali sua amplitudine, atque magnificentia, necnon Parochianorum numero duplo majori superare dictam alteram Parochialem Ecclesiam Sanctæ Mariæ, Cætum sexdecim Presbyterorum ejusdem Ecclesiæ Choro quotidie inservientium proprio uti sigillo, & arca communi, atque ad Campanæ sonitum pro rebus Ecclesiæ suæ regimen concernentibus congregari, ipsorum Presbyterorum caput esse Præpositum Parochi Vicesgerentem; quibus præmissis, sententiam suam in hæc verba aperuit --

„ Quando dunque piaccia alla Santità di Nostro Signore, merita
„ la sudetta Chiesa a maggior Gloria di Dio, e maggior decoro
„ della Città di essere eretta in Collegiata insigne con tutte quelle
„ prerogative, ed Indulti, che si espongono nel Memoriale, solamente
„ supplicando V. S. Illustrissima, che resti salvo il jus dell'
„ Ordinario nelle Vacanze dei Canonicati ne' mesi non riservati
„ alla S. Sede, che li nominati debbano spedire le Bolle nella Curia
„ Arcivescovile, e per la quiete di ambidue li Capitoli ciascuna
„ Collegiata in ogni futuro tempo utatur jure suo nelle proprie
„ Parocchie, in tutte le Funzioni, prerogative, e Processioni.

Quod vero attinet ad subalternam instantiam pro separatione Ecclesiæ S. Petri ab Ecclesia Collegiata S. Mariæ Majoris circa Processiones, aliasque Functiones Ecclesiasticas expendenda sunt ea, quæ idem Archiepiscopus retulit Sac. Congregationi Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ anno 1734. super expositis in libello Cleri præfatæ Ecclesiæ Sancti Petri valde conquerentis de dissensionibus cum gravi Populi scandalo inter ipsum, & Capitulum Collegiatæ Sanctæ Mariæ passim occurrentibus, ita concludens --

„ Per la Pace, e quiete a tutti gl' Ecclesiastici, e Popoli di queste
„ due Parocchie, l' unico rimedio sarebbe, se si ordinasse, che
„ ciascuna delle due Chiese Parocchiali con l' accompagnamento
„ degl' Ecclesiastici Secolari, e Regolari della propria Parocchia
„ facci le dd. publiche Processioni dentro li limiti rispettivamente
„ della sua Parocchia, ad effetto di escludere il detto simultaneo
„ intervento, che è l' origine della Discordia, e per reprimere li
„ Capitoli di Santa Maria, che vogliono andar a far da Padroni nel-
„ le altrui Chiese, con prossimo pericolo di qualche sanguinoso ci-
„ mento. In quanto a me non vedo esservi altro rimedio, che non
„ porta alcun inconveniente in quella Città, che fin al giorno d'
„ oggi si vede materialmente distinta in due Parti, come se fossero
„ due luoghi separati, e distinti; una delle quali, che è la superio-
„ re, ovvero più alta di sito è la Parocchia di Santa Maria, dove è
„ il Castello, e Palazzo de Signori Marchesi, e l' altra che è inferio-
„ re di sito, ovvero più bassa è la Parocchia di San Pietro dove è
„ maggior numero d' Abitatori, e quantità di famiglie Nobili, e
„ Civili, di maniera tale, che essendo queste due Parocchie total-
„ mente separate, e distinte potrà ciascuna delle due Chiese Paroc-
„ chiali fare dentro li suoi confini le dd. pubbliche Processioni, sen-
„ za dare alcun disturbo, ed impiccio all' altra, ed ambedue li Po-
„ poli potranno a loro piacere sodisfare alla propria divozione nel-
„ le Processioni della loro Chiesa, senza che c' insorga alcun di-

sturbo

,, sturbo, e dissordine frà medesimi;anzi che ne potrà risultare vir-
,, tuosa, e divota gara frà medesimi Popoli, mentre ciascuno pro-
,, curerà siano fatte le Processioni della loro Chiesa con maggior
,, decoro, e splendore, che ridonderà in augumento del Culto Di-
,, vino.

Hisce potissimum relationibus fulcitur petitio a sæpedicto Clero Sancti Petri modo instaurata, cumque adversus illam nihil hactenus a Capitulo Sanctæ Mariæ Majoris allatum sit, onus erit EE. VV. statuere.

I. *An sit locus erectioni in Collegiatam Ven. Ecclesiæ Parochialis S.Petri Civitatis Vasti*; & quatenus affirmative.

II. *An sit locus separationi dictæ Ecclesiæ Sancti Petri ab Ecclesia Parochiali,& Collegiata Sanctæ Mariæ Majoris dictæ Civitatis quoad Processiones, omnesque alias Functiones Ecclesiasticas, itaut quælibet Ecclesia illas exercere debeat in suo proprio Territorio in casu &c.*

Dilata, & scribatur Reverendissimo Archiepiscopo juxta Instructionem.

GNESNEN. MATRIMONII. Authumante Anna Zidovuski,Matrimonii inter se, & Joannem Zagoborski initum ex duplici capite invalidum esse, nimirum ob impedimentum publicæ honestatis ortum ex assertis Sponsalibus a Joanne antea celebratis cum Marianna ipsius Annæ Matre, necnon ob violentias, quibus ad controversum Matrimonium se ab eodem Joanne compulsam fuisse, affirmat, proindeque renuente Matrimonialia obsequia dicto Joanni præstare, proposita fuerunt sub die 14. Januarii 1736. duo hæc Dubia -- I. *An constet de nullitate Matrimonii*; & quatenus negative. II. *An cogenda sit Anna præstare obsequia Matrimonialia Joanni Zagoborski in casu &c.* -- sed orta controversia circa facti seriem nomine præfatæ Annæ expositam, ad præcidenda æquivoca prodiit Rescriptum -- *Dilata*, *& ad mentem*,quæ fuit, ut facti species inter Partes coram Secretario concordaretur, cumque id tandem fuerit executioni demandatum, juxta Folium a Defensoribus utriusque Partis subscriptum, & Eminentiis VV. exhibendum,reliquum modo est, ut resumptis juribus pridem distributis necnon ponderatis iis, quæ in Restrictu diei 17. Decembris 1735. tam in facto, quam in jure adnotata fuerunt, definiatur. *Sess.24.c.1. & 3. de Ref. Matrim.*

I. *An constet de nullitate Matrimonii*;& quatenus negative.

II. *An cogenda sit Anna præstare obsequia Matrimonialia Joanni Zagoborski in casu &c.*

Dilata. & scribatur Episcopo Cracovien. pro Informatione, & Voto, & Confectione alterius Processus Serv.Serv. sumptibus tamen Joannis etiam quoad Testes inducendos per Annum.

COMEN. ADMINISTRATIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM. Multiplex contentio inter Capitulum Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Fidelis, & Sodales Confraternitatis jam pridem *Sess.22.c.9. de Reform.& Sess.24.c.4. de Ref.*

 dem

dem in Ecclesia Sancti Joannis in Atrio erectæ super bonorum ad eamdem Societatem spectantium administratione, necnon circa quarumdam Ecclesiasticarum Functionum exercitium suscitata discussioni duodecim Dubiorum, quæ mox describentur, occasionem præbet; Quo circa, ob oculos habitis veluti ad materiam I. & II. spectantibus aliàs adnotatis in Foliis dierum 2. Junii, & 17. Novembris superioris anni in Causa *Juvenacen. Administrationis*, necnon expensis juribus nomine præfati Sodalitii hactenus tantum allatis, dignabuntur Eminentissimi Patres respondere.

I. *An Confratribus Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Atrio liceat administrare Bona, & reditus eorum Confraternitatis, & Ecclesiæ cum sola dependentia ab Episcopo.*

II. *An, & cui de Bonis, ac reditibus administratis, necnon de oblationibus dictæ Ecclesiæ Confratres teneantur reddere rationem.*

III. *An Præpositus, & Canonici Ecclesiæ Collegiatæ S. Fidelis teneantur intervenire in solemnizandis Festivitatibus Nativitatis S. Joannis Baptistæ, ejus Decollationis, ac Sancti Joannis Evangelistæ.*

IV. *An liceat* Confratribus *celebrari facere in dicta Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ ab eorum Cappellano, aliisque Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus eisdem bene visis Missas, Anniversaria, Funeralia, administrare Sacramenta Pœnitentiæ, & Sanctissimæ Eucharistiæ, benedicere facere Palmas, Candelas, & facere Stationem, & alias quascumque Functiones Ecclesiasticas independenter ab Episcopo.*

V. *An liceat dd. Confratribus independenter a Præposito, &* Canonicis *dictæ Ecclesiæ Collegiatæ exponere facere ab eorum Cappellano, seu aliis Sacerdotibus Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum.*

VI. *An, & quæ emolumenta debeantur Confratribus pro sepeliendis in eorum Ecclesia Cadaveribus illorum, qui eligunt ibidem Sepulturam.*

VII. *An* Confratres *teneantur restituere Ceras, quatenus receperint occasione Funeris Caroli Ambrosii Radaelis.*

VIII. *An liceat dd. Præposito, &* Canonicis *intervenire Funeribus eorum, qui elegerunt Sepulturam in Ecclesia Confraternitatis.*

IX. *An liceat dd. Confratribus privative retinere Clavem Fontis Baptismalis S. Joannis Baptistæ in Atrio.*

X. *An Concordia inita de anno* 1708. *sit valida;* & quatenus affirmative.

XI. *An d. Concordia ligaverit Confraternitatem, & Confratres ad celebrandum Anniversaria, & Missas antea non adimpletas, sed etiam in futurum.*

XII. *An liceat Præposito assistere celebrationi Matrimoniorrm, seu Benedictionem facere in dicta Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ absque licentia, vel Ordinarii, vel Confratrum in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. c. 6. de ref.

LUCANA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. In Testamento sub annum 1711. condito Franciscus Samminiati Patritius Lucensis, scripto hærede Francisco Maria Annæ Mariæ Fiorentini Uxo-

Uxoris suæ Fratris filio, Legati jure reliquit præfatæ Annæ Mariæ --
,, il libero, pieno, amplo, generale, e generaalissimo usofrutto sopra
,, tutti li suoi beni, ed effetti di qualsisia sorte siano in qualsivoglia
,, luogo posti ed esistenti, præsenti, e futuri, ed all' istesso Signor Te-
,, statore spettanti, ed appartenenti &c., la proprietà di tutti li Mobi-
,, li, Argenti, e Supellettili di qualsisia sorta spettanti a detto Signor
,, Testatore, e che al tempo della morte del medesimo si ritrove-
,, ranno, tanto nella sua Casa di Lucca, che in quella della sua Villa
,, posta nel Comune di Moriano &c. Item la proprietà di tutte le
,, Grascie, che al tempo della morte, come sopra, di detto Signor
,, Testatore saranno tanto nella Casa di Lucca, che in quello di Mo-
,, riano &c. --, duplici adjecta conditione hisce verbis concepta --
,, con dichiarazione, che in conseguimento di tutti li sopradetti
,, usofrutti, e de' sopranominati Legati detta Signora Anna Maria
,, sia tenuta, ed obligata porre nel cumulo dell'Eredità di detto Si-
,, Testatore le sue Doti ascendenti a scudi quatromila, qual som-
,, ma debba restare a benefizio dell' infrascritto particolare Fede-
,, commisso, del quale più a basso si farà speciale menzione &c. Item
,, con obligo a detta Sig. Anna Maria di far calebrare per il corso di
,, anni sei da principiare subito seguita la morte di detto Sig. Te-
,, statore una Messa quotidiana piana per l'anima di d. Sig. Testa-
,, tore in quella Chiesa, che essa vorrà.

In Codicillis vero, quos condidit die 1. Januarii 1713,, ita cautum reliquit; ,, Item avendo detto Sig. Codicillatore dichiarato, che la
,, Sig. Anna Maria sua Sig. Consorte deva avere mesi tre di tempo
,, dopoi la morte di detto Sig. Codicillatore per deliberare sopra
,, l' accettazione della sua disposizione, con aggiungere essa Sig. An-
,, na Maria al Fedecommisso da esso Signor Codicillatore ordinato
,, nel suo Testamento le di lei Doti nella somma contenuta in detto
,, Testamento, in caso, che accetti la medesima disposizione, ordina,
,, vuole, che, quando la medesima Sig. Anna Maria risolvesse (il che
,, non crede) ò non accettasse la detta disposizione, ma volesse le
,, sue Doti, in tal caso solamente sia obbligata a rendere conto di
,, tutto ciò, che per ragione dell'usufrutto de' sudetti tre mesi avesse
,, la medesima imborsato: Dichiarando in oltre, che nel caso, che la
,, medesima Sig. Anna Maria deva godere del generale, e genera-
,, lissimo usofrutto alla medesima lasciato, non possa in tempo alcu-
,, no la medesima ricevere molestia per il consumo, e deteriora-
,, mento da essa fatto delli Mobili, e Suppellettili ad essa rimasti
,, nella detta Eredità per usofruttuarsi, ma l'Erede Fedecommissa-
,, rio deva riceverli tali, quali saranno,

Ad normam hujus dispositionis præfata Anna Maria, sequuto Testatoris obitu, legatum sibi, ut supra, relictum, publico desuper exarato Instrumento, acceptavit unà cùm oneribus adnexis, suumque Dotale Creditum in summa scut. 4000. favore hæreditatis Mariti dimisit, deindeque post plures, quos vixit annos, ipsa quoque suas exaravit testamentarias Tabulas, in quibus universalem hæredem nominans Animam suam Petro Francisco Bernassi, & Carolo Dominico Tucci in Executores suæ voluntatis electis hanc legem adjecit ,, Al qual
,, effetto ordina, commanda, e vuole, che dagl' infrascritti suoi Sig.

Esecu-

,, Esecutori, seguita la sua morte naturale,più presto sarà possibile,si
,, facciano vendere , ed esitare con quel maggior vantaggio, che si
,, potrà tutti i Mobili, Argenti,e Suppellettili, ed ogni altro effetto
,, della sua Eredità, e ridurre ogni cosa in denaro contante coll' as-
,, sistenza,e mediante l'opera del detto Signor Giovanni Stagi, caso
,, che in tal tempo sia vivo, altrimenti detti Sig.Esecutori si preva-
,, gliano di altra Persona capace,e fedele; E del detto ritratto, sod-
,, disfatti prima tutti li sudetti legati, ed i debiti di essa Sig.Testa-
,, strice,caso che ve ne fossero,siano tenuti,e debbano impiegarlo in
,, fare celebrare una Messa quotidiana per l'Anima di detta Sig.Te-
,, statrice,e del Sig.Francesco suo Marito,e secondo la sua intenzio-
,, ne, e detta celebrazione di Messa quotidiana debba continuarsi,
,, sino à che arriverà il ritratto di tutti gli effetti di detta Sig. Testa-
,, trice, di modo che restino tutti consunti,e finiti calcolando l'Ele-
,, mosina di detta Messa quotidiana a ragione di bolognini sette per
,, ciascuna Messa, e detta Messa possino farla celebrare in quella
,, Chiesa, come loro parrà, desiderando però detta Sig.Testatrice,
,, che detta Messa quotidiana si faccia celebrare da detto Sig.Gio-
,, vanni Stagi,fino che il medesimo potrà,o vorrà celebrarla in quel-
,, la Chiesa,che al medesimo Signor Giovanni parrà.

Post Testatricis obitum memorati Petrus Franciscus Bernassi, & Carolus Dominicus Tucci statim executioni Pii operis à Testatrice relicti cœperunt incumbere, pretiumque ex hæreditariorum bonorum distractione perceptum in Eleemosinam Missæ quotidianæ per Sacerdotem Joannem Stagi, ut supra, à Testatrice destinatum celebratæ erogare non omiserunt;cumque nomine Francisci Mariæ Fiorentini,cui per obitum Philippi Mariæ delata fuerat successio in hæreditaria, & fideicommissaria bona prælaudati Francisci Saminiati, contenderetur, legatum Mobilium quoad proprietatem quoque dictæ Annæ Mariæ Uxori in Testamento relictum subinde fuisse in Codicillis ademptum, curarunt iniri transactionem, in qua concordatum est ,, Che detti Sig.Procuratori di detto Sig. Francesco Maria
,, Fiorentini cedono,e rinunziano in piena forma, e di ragione vali-
,, da a tutte le ragioni, e pretensioni di detta rivocazione di legato a
,, favore di detti Sig.Esecutori,& ad ogn' altra pretesa ragione, che
,, per occasione di Testamento, e Codicillo potesse loro compete-
,, re &c. Ed i Sig.Esecutori in compenso di detta pretenzione si ob-
,, bligorno, e promettono in detto nome di pagare a detti Sig.Pro-
,, curatori la porzione legittima, che in vigore delli Statuti compe-
,, te al Sig.Francesco Maria sopra l'Eredità della già Sig,Anna Ma-
,, ria Samminiati.Item tutti i Tini, e Botti appartenenti alla Villa di
,, Moriano, e che erano di detto Sig.Francesco; Item le Vetriere
,, fatte modernamente alla Villa della Sig.Anna Maria.Item tutti i
,, miglioramenti de Luoghi,e Case di essi fatti dalla Sig. Anna Ma-
,, ria, e lasciati per legato al Sig.Francesco Maria, come appare dal
,, Testamento della detta Sig.Anna Maria; Item le ragioni tali quali
,, di un Parato di Seta,del quale se n' ordinava nel Testamento della
,, Sig.Maria la riscossione,e la vendita; Item tutti i vasi da Franto-
,, ro; Item tutti i Crediti de' Salani appartenenti alla Sig.Anna Ma-
,, ria tali quali si siano, e senza verun' obbligo di mantenimento
cedeu-

„ cedendone il bene, & il male, & in quella somma, che rispettiva-
„ mente saranno con obbligo a detti Sig. Cessionarii di buonificare
„ a ciascheduno di detti Salani il legato di condonazione di debito
„ fattoli la Sig. Anna Maria a tenore del di lei Testamento; Item ri-
„ lassarano la quarta parte de' vasi d'Agrumi, che sono nel Giardino
„ della Villa di Moriano tutti in compenso del soprascritto aggiu-
„ stamento.

Verumtamen sub annum 1727. præfatus Franciscus Maria Fiorentini transactionem hanc veluti absque legitimo Procuræ suæ mandato initam cœpit impugnare, cumque veterem controversiam super ennunciata dicti legati revocatione, seu ademptione exortam instauraverit primum coram Vicario Generali Lucano, eam postmodum est prosequutus in Urbe tam coram A.C., quam in Rotæ Auditorio, a quo demum proposito Dubio -- *An, & ad cujus favorem constet de pertinentia proprietatis, & ad cujus favorem sit relaxandum mandatum de consignando pecunias depositatas* --, responsum fuit --*Affirmativè in omnibus favore Operis Pii* --, juxta Decisionem, quæ per manus EE. VV. circumferetur.

Novissime idem Franciscus Maria supplicem exhibuit libellum SSmo D. Nostro, cui exponens, dudum se præbuisse paratum, jus omne sibi competens super dictis Mobilibus, seu eorum pretio dimittere, necnon Missæ quotidianæ celebrationem, juxta præfatum Annæ Mariæ Testamentum curare, dummodo sibi tradantur pecuniæ depositi loco penes Sacram Ædem extantes, huic autem pecuniarum traditioni assensum suum præstare noluisse memoratos Executores Testamentarios sub obtentu, quod locus depositi a Testatrice designatus variari nequeat, demisse exorat, ut præmissæ Testatricis voluntati circa depositi locum derogetur.

Cum autem ejusmodi preces fuerint ad hunc Sacrum Consessum remissæ, illisque firmiter contradicant sæpedicti Executores; ad finem liti imponendum oportet hodie disceptare Dubium, quod inferius describetur.

Præcipua rationum momenta ab utraque Parte deducta distincte recenset Archiepiscopus a Sac.Congr. de more excitatus, qui relationem suam post expositam facti seriem ita prosequens: „ Qua in re
„ cum juxta EE.VV. præceptum audiverim tum Executores, tum
„ Sacerdotem Joannem Stagi, ipsi porro petitionem Oratoris acri-
„ ter impugnant, præsertim, quod Testatricis voluntati adversetur,
„ quod ipse Orator sibi nihil indulgeri meritus sit, cum, ut asse-
„ runt, injustis litibus suffragia defunctis debita impediverit, quod
„ æquum non sit, effectus sub lite cadentes fidei collitigantis com-
„ mitti; quod Orator plurium Fideicommissorum onere prema-
„ tur, nec constet, utrum investimenta a Fideicommittentibus in-
„ juncta adimpleverit; quod cautiones, si quæ ab eo dentur, ne-
„ queant præbere securitatem, & firmitatem ei æquipollentem,
„ quam præstat publica Mensa numularia, quod demum, nullo re-
„ manente pecuniæ vi apud Executores, si futuris temporibus
„ promissa non impleantur, Executoris ipsi via juris non poterunt
„ compellere contumaces ad implendum. Contra Fraciscus Maria
„ Orator respondet commutationem a se petitam non respicere
sub-

„ ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed modum illam implendi, ideoque „ facilius concedi poſſe, cum offerat eam implere per æquipollens, „ ut vero modo æquipollenti Teſtatricis voluntati ſatisfaciat, ultra „ propriam obligationem, utique non ſpernendam, cum, ut aſſerit, „ ultra bona Fideicommiſſaria plura etiam libera poſſideat, exhi- „ bet, ſe daturum etiam tutiſſimas cautiones ab eo, cui gratiæ exe- „ cutio committetur, examinandas, & approbandas, quibus non „ ſolum tuta, ſed prompta, & facilis Eleemoſynarum ſolutio red- „ datur, proinde Exequutores indebite ſuæ petitioni adverſari ſub- „ jungit, & ſicut de præterito, ita & modo in Cauſa eſſe, quod Sa- „ crificia differantur, & litibus finis non imponatur, litem vero a ſe „ promotam injuſtam non eſſe, cum diſpoſitioni Codicillari con- „ ſentiat, in qua Teſtator ſe non proprietatem, ſed uſumfructum „ mobilium Uxori reliquiſſe dicit „ : in hæc verba tandem con- „ cludit: Quæ cum ita ſint, EE.PP. pro ſumma eorũ benignitate, & ſa- „ pientia erit decernere, num petitis ab Oratore annuendum ſit: „ Mihi enim aliud aperiendum non ſupereſt, niſi quod expediret, „ litem dirimi, & extingui, ne diutius ſuffragia protrahantur, ne- „ ceſſarium tamen omnino eſſe, quod Eleemoſynarum certa ſit, „ & prompta, ac facilis exactio. Præterea, ſi EE.PP. pro gratia re- „ ſcribendum cenſeant, declarare potius, & liquidare oportet pre- „ tium Mobilium, quæ Orator retinet, itemque decernere, an ex- „ penſas in litibus hucuſque factas debeat Orator Executoribus re- „ fundere, an potius ex pecunia in Menſa depoſita deducendæ ſint.
Definiendum itaque erit.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro commutatione voluntatis in caſu &c.

Negative, & amplius.

Seſs. 22. Dec. de o[illegible]ervat. & evict. in celebr. Miſs.

PISANA APPLICATIONIS MISSÆ CONVENTUALIS. In Capitularibus Conſtitutionibus Eccleſiæ Piſanæ jampridem editis, inter cætera Divinum Cultum, rectumque ejuſdem Eccleſiæ ſervitium concernentia ſub titulo: *Ordine delle Meſſe maggiori da cantarſi per i Cappellani*: cautum habetur: „ Che nel cantarſi le „ Meſſe maggiori ogni mattina da'Cappellani s'oſſervi l'infraſcrit- „ to modo, cioè che ſecondo l'antica, e laudevole conſuetudine „ della d. Chieſa ogni Cappellano, ed Altariſta ſia obbligato can- „ tare, o far cantare una Settimana intera la Meſſa maggiore, „ procedendo ordinatamente a vicenda, talche a ciaſcheduno toc- „ chi la ſua volta, comiciandoſi dal primo Cappellanò, e ſi ſeguiti „ ſino all'ultimo, e finito, ſi ricominci da capo, e così ſi vada ſempre „ continuando, ed oſſervando, e ciaſcuno, che mancherà, reſti con- „ dannato della medema pena, che di ſotto ſarà dichiarato, & a „ quello, che ſupplirà a tal diffetto, ſiano pagati ſoldi dieci di detta „ pena, quando ſarà riſcoſſa dalla Sagreſtia.

Ad normam hujuſce legis prælaudati Cappellani Miſſam Conventualem per turnum, ut ajunt, celebrare conſueverunt, illius tamen Sacrificio in Benefactorum ſuffragationem haud oblato, quemadmodum ex nonnullorum Teſtium depoſitione, & ex parvis Codicibus, in quibus Miſſarum celebratio adnotatur, ſatis apparere contenditur;

tur;Id autem cum deprehenderit Prædecessor moderni Archiepiscopi, prævio oraculo Sacræ hujus Congregationis, eosdem Cappellanos oretenus monuit, ad controversam Missæ Conventualis applicationem obstringi, subindeque ne præmissa applicatio, uti posthac denuò contigisse acceperat, imposterum quoque negligeretur, Edictum hisce verbis promulgari præcepit „ Monsignore Arcivescovo
„ di Pisa in esecuzione degl' ordini della Sagra Congregazione del
„ Concilio avendo fatto intendere alli Sig.Rappresentanti la Ven.
„ Università de Molti Reverendi Sig.Cappellani della Primaziale
„ di questa Città, che faccino applicare la Messa Conventuale soli-
„ ta da loro celebrarsi per l'Anima de'Benefattori, ed essendo li per-
„ venuto a notizia, che il predetto ordine non resti molte volte
„ adempito per non ritrovarsi Cappellano, che voglia cantar Messa
„ per supplimento, ed applicar per i Benefattori senza la solita ele-
„ mosina; perciò volendo oviare a detto sconcerto, premendoli, che
„ restino adempiti gl' ordini di detta Sagra Congregazione, ordinò,
„ ed ordina, ed espressamente commanda, che dalla Massa di detta
„ Università, e suo Camerlingo si paghi la solita elemosina manua-
„ le al Celebrante, ed avendo che dire in contrario, ricorrino in
„ detta Sagra Congregazione, ma intanto si soddisfaccia a quanto
„ li viene prescritto sotto le pene comminate da'Sagri Canoni, Bol-
„ le Pontificie, ed Ordinazioni Apostoliche, ed il presente comman-
„ da da notificarsi in forma &c.

Verùm quia Cappellani prædicti contendunt, se nequaquam hoc onere applicandi Missam Conventualem pro Benefactoribus gravari posse, vel saltem ex Massa Capitulari pro præterita, & futura illius applicatione eleemosynam sibi solvendam esse, utpote quia onus controversum nonnisi Capitulo, & Canonicis Manso, seu Dote Ecclesiæ à Fundatoribus relicta fruentibus possit incumbere, non autem ipsis, qui propriam, & sejunctam Massam aliis Missarum oneribus obnoxiam habentes, neque Capitulum cum Canonicis constituunt, nec quidquam ex dicta Ecclesiæ Dote percipiunr; contrà verò Canonici propugnant onus istud Missæ Conventualis veluti Divinorum Officiorum partem componentis à memoratis Cappellanis, qui Chori, Ecclesiæque servitio obstricti sunt, propriamque Massam ex piis Fidelium largitionibus, atque legatis conflatam obtinent, respui non posse, nec quidquam ex Massa Capitulari iisdem tribuendum esse, sed Missæ prædictæ eleemosynam ab ipsorum peculiari massa fore detrahendam, quemadmodum in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris, & in Collegiata Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via lata ab illarum Mansionariis servari præfertur, idcirco, delata controversiæ definitione ad hunc Sacrum Consessum, subscripta fuerunt duo Dubia, quorum Decisio ex theoricis mox adnotandis potissimùm pendere videtur.

Primò, quod Missa Conventualis sit præcipua Divinorum Officiorum pàrs, ità quidem ut eam celebrare teneantur non Canonici tantùm, sed Beneficiati quoque, Mansionarii, cæterique Chori, & Ecclesię servitio addicti, uti per Textum expressum *in Can. de iis dist.* 12., tradunt *Glos.in Clement.* 1. *de celebr. Miss.Fagnan. in cap.Ut Abbates. num.*82. *& seqq.de ætat.& qualit. Pasqualig.de Sacrif.nov.leg.quæst.* 899. *num.*3., & constat ex Resolutionibus Sacræ Congregationis *in*

Reatina,ubi ad Dubium -- *An Beneficiati Cathedralis Reatinæ teneantur celebrare Missas Conventuales diebus ferialibus, & canere Evangelia in omnibus Missis solemnibus tam diebus ferialibus, quam festis* -- die 1. Septembris 1731. rescriptum fuit -- *Affirmative* -- *& in Cassanen.*, in qua, proposito inter cetera hoc Dubio -- *An teneantur dicti Sacerdotes Participantes recitare quotidie officium in Choro, & canere Missam Conventualem* --, sub diem 15. Dec. 1736. prodiit itidem Rescriptum -- *Affirmative*.

Secundò, quod tam Canonici, quam memorati Beneficiati, Cappellani, seu Mansionarii obstricti onere Missam Conventualem celebrandi, nequeant eam, nisi in Benefactorum suffragium applicare, tametsi in eorum erectione nullum de Sacrificii applicatione pro Benefactoribus habitum fuerit verbum, & iidem Canonici, seu Beneficiati ab immemorabili tempore consueverint eam simpliciter celebrare, facta applicatione pro iis, qui sibi Elemosynam obtulerant, secundùm ea, quæ notant adducti per *Pignatell. consult.* 321. *num.* 1. *tom.* 1. *& Ursayam discept.* 32. *num.* 7. *tom.* 2. *part* 1., & perspicua sunt Sac. Congregationis Rescripta, quæ prodierunt *in Elven.* 4. *Maii* 1646. *ad quartum lib.* 18. *decr. fol.* 97. *in una Alexandrina* 26. *Aprilis* 1653. *lib.* 19. *decr. fol.* 409. *in Burgen. S. Donini Missæ Conventualis* 16. *Maii* 1716. *lib.* 6. *decr. fol.* 223.; & nuperrime *in Asculana Diminutionis Oneris*, in qua, contendentibus Mansionariis, se non teneri ad applicationem Missæ Conventualis, vel saltem sibi uberius aliquod emolumentum ex reditibus Fabricæ assignari debere, discussum fuit hoc Dubium -- *An sit delendum onus applicationis, vel potiùs an, & in qua summa augendum sit assignamentum in casu* --: die verò 29. Jan. 1735. responsum fuit -- *Negativè ad primam partem, & affirmativè ad secundam in annuis scutis* 20., *& ampliùs*.

Tertiò demùm, quod Canonicis, aut Beneficiatis Missam Conventualem celebrantibus, illiusque Sacrificium pro Benefactoribus offerentibus debeat à Capitulo ex Massa quotidianarum distributionum stipendium, seu Eleemosyna persolvi, uti satìs colligi videtur ex binis Resolutionibus, quarum altera edita fuit in una *Burgi S. Dounini Missæ Conventualis*, ubi, discussis hisce Dubiis -- *I. An sit onus Capituli Ecclesiæ Cathedralis quotidiana applicatio Missæ Conventualis. II. An Dignitates in solemnioribus festivitatibus, Canonici in diebus festis, & Vicarius perpetuus in feriis teneantur applicare Missam Conventualem pro Benefactoribus ad formam Decreti Reverendissimi Episcopi. III. An Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo debita sit eleemosyna unius julii pro qualibet Missa Conventuali, ultrà emolumenta Præbendarum, & Vicariæ respective, & quatenùs affirmativè. IV. An dicta eleemosina pro Missa Conventuali Dignitatibus, Canonicis, & Vicario perpetuo solvenda sit ex reditibus Capituli ad formam Decreti Reverendissimi Episcopi in casu &c.*, die 16. Maii 1716. prodiit Resolutio -- *Ad I. affirmativè. Ad II. affirmativè. Ad III. affirmativè per modum distributionis. Ad IV. affirmativè*, ut in *lib.* 66. *Decret. pag.* 223.; altera verò *in Ferrarien.*, ubi, cum ad instantiam Mansionariorum Cathedralis Ecclesiæ disceptatum fuerit -- *I. An Celebrantibus, & applicantibus Missas Conventuales solvenda sit Eleemosyna à Capitulo, & quatenus affirmativè. II. An pro Eleemosyna dd. Missa-*

Missarum Conventualium teneantur contribuere omnes constituentes Corpus Capituli sive sint Sacerdotes sive Diaconi sive Subdiaconi , & sivè participent, sive non participent de Massa distributionum , die 18. Martii 1719. rescriptum fuit -- *Ad I.affirmativè; Ad II.affirmativè, sed ex Massa distributionum* .

Num autem id locum sibi vindicet in præsenti casu, ubi Universitas dd.Cappellanorum habet propriam,distinctamque Massam,sed aliis oneribus affectam,Judices erunt EE.VV., quibus incumbit ex Juribus in utramque partem unà cum moderni Archiepiscopi Relatione circumferendis pronunciare .

I. *An Beneficiati teneantur celebrare , & respectivè applicare Missam Conventualem in Primatiali Ecclesia Pisana*;& quatenus negativè.

II. *An Elemosyna pro d. applicatione sit persolvenda ex Massa Capitulari etiam pro tempore decurso in casu &c.*

Dilata , & scribatur Archiepiscopo pro meliori Informatione super redditibus utriusque Massæ , eorumque provenientia , necnon super numero Canonicorum , & Beneficiatorum .

PENNEN. SEPULTURÆ . Secuto sub diem 26. Julii 1735. obitu Puellæ Mariæ Nolli,que in Monasterio Sanctæ Claræ educationis causa degebat,Præpositus,& Canonici Collegiatæ,& Parochialis Ecclesiæ S. Joannis Evangelistæ, intrà cujus limites præfatum Monasterium erectum reperitur,supplicem Vicario Generali porrexerunt Libellum, quo exponentes , Moniales dicti Monasterii contendere, cadaver ejusdem Puellæ in ipsarum Ecclesia sepeliendum esse , ibique funus à Fratribus Dominicanis expleri debere, postularunt præcipi,ne ab alio sive Seculari,sive Regulari,quàm à suo Capitulo exequiæ super dicto Cadavere peragerentur , memoratus autem Vicarius Generalis eorum precibus annuens ita rescripsit ,, Attentis expositis, tenore præsentium præcipimus, & mandamus Rev. Matri ,, Abbatissæ,& Monialibus Ven. Monasterii S.Claræ hujus Civitatis, ,, quatenus sub pœna Ecclesiastici Interdicti non audeant publicas ,, exequias persolvi facere super Cadavere Educandæ mortuæ,prout ,, in precibus,nisi ab Oratoribus . *Sess.25. c.13. de Ref.*

At verò,cum idem Vicarius,reclamantibus adversùs enunciatum Rescriptum præfatis Monialibus, postmodum commisserit Religioso Ordinis Prædicatorum , qui vices Confessarii Ordinarii earumdem Monialium gerebat, ut controversam functionem super dicto cadavere absolveret , atque in executionem hujus commissionis memorata Puella in Ecclesia dictarum Monialium , præviis controversis exequiis per dictum Religiosum expletis,fuerit tumulata, memoratus Præpositus unacum præfatis Canonicis modò authumans,dictum cadaver nequivisse in præfata Ecclesia sepeliri,ideoque,prævia illius exhumatione , Collegiatæ suæ Ecclesiæ, in qua tumuletur , unacum omnibus funerariis emolumentis, restituendum esse, duo infrascripta Dubia decidi postulat .

Episcopus de more jussus Sacram Congregationem hac de re instructam reddere, præmittens, Præpositum , & Canonicos pro tempore dictæ Parochialis , & Collegiatæ Ecclesiæ S.Joannis nunquam con-

fuevisse in Ecclesia præfati Monasterii aliquod Sacramentum administrare Monialibus, & Educandis, aliisque mulieribus in ejus clausura degentibus, imo antiquitus Moniales ad persolvendas exequias super demortuarum Monialium cadavera semper advocasse Capitulum, & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ, necnon Canonicos antedictæ Collegiatæ, omnesq; Religiosos Seculares, & Regulares Civitatis, ita tamen ut functiones Ecclesiasticæ á Capitulo Cathedralis explerentur, paucis verò ab hinc annis easdem Moniales ab hoc usu recessisse, & exequias à proprio tantùm Confessario persolvi curare, facti seriem mox descriptam in hæc verba confirmat „ Rebus sic „ stantibus de mense Julii præteriti anni decessit ex hac vita in dicto „ Monasterio quædam Puella nomine Maria Nolli Civitatis Theatinæ, electa prius sepultura Monialium, & Ordinarius Confessa„ rius reperiebatur corpore indispositus, & impotens ad peragen„ das solitas exequias, quapropter meus Vicarius Generalis illas „ commisit dd. RR. Præposito, & Canonicis dictæ Collegiatæ Eccle„ siæ, sed Moniales timentes aliquod sibi præjudicium inferri, ha„ buerunt recursum ad eumdem Generalem Vicarium, qui, re me„ lius perpensa, elegit ad tale munus peragendum quemdam Reli„ giosum Ordinis Prædicatorum, qui gerebat vicem Confessarii „ Ordinarii, unde præfati Canonici insisterunt in hac Episcopali Cu„ ria pro jure sepeliendi, ad ipsos spectare prætendentes, eo magis „ quia prohibita est electio Sepulturæ Monialium ex pluribus De„ cretis Sacræ Congregationis, sed allegata Decreta fuerunt autho„ ritate Doctorum, prout apud Antonium Flaminium Marchetti in „ tract. de Sepultur. tit. 28. §. 2. num. 23. interpretata pro Seculari„ bus Personis, & aliis extra Clausuram degentibus, non autem pro „ Educandis, ut supra, intra Clausuram Monasterii degentibus, qua„ propter, ne retardaretur cadaveri Sepultura, fuit per hanc Curiam „ interpositum Decretum, habere locum electionem Sepulturæ „ antedictæ Puellæ, & magis, quia sepeliri voluit cum habitu Mo„ nialium ejusdem Monasterii --, *deindeque suam aperiens Senten„ tiam ita concludit* -- unde, ut meam pro exequendis EE. VV. man„ datis aperiam Sententiam, existimo, per sepulturam prædictam „ nullum fuisse allatum præjudicium dd. Canonicis prædictæ Col„ legiatæ, nec aliquod jus quæsitum ablatum.

His itaque in facto summatim expositis, necnon perpensis iis, quæ circa quæstionem, num scilicet Puellæ in Monasteriis educationis causa degentes, ibique defunctæ possint in Monialium Ecclesiis sepeliri, vel potiùs earum cadavera debeant ad Parochiales Ecclesias, intra quarum limites consistunt Monasteria, deferri, latè expendunt *Pellizar. de Monial. cap.* 10. *sect.* 3. *subsect.* 1. *num.* 233. *vers. immo puto. Marchett. de Sepult. tit.* 28. §. 2. *num.* 23. & præsertim *Pignatell. tom.* 7. *consult.* 63. *per tot.*, qui tuetur, Puellas educationis causa in Monasterio commorantes debere in Parochiali, non autem in Ecclesia Monasterii sepeliri, cui tamen adversantur *Passerin. de stat. homin. tom.* 2. *qu.* 187. *art.* 1. *n.* 896. *& Capon. discept.* 130. *n.* 70. *& seqq.*, necnon ponderatis iis, quæ aliàs adnotata fuerunt in Folio diei 19. Novembris 1735. in Causa *Nuscana Sepulturæ*, quævè ad Decisionem II. Dubii conferre possunt, onus erit EE. VV. respondere.

I. *An*

I. *An licuerit tumulari Cadaver Mariæ Nolli in Ecclesia Monialium S.Claræ Civitatis Pinnæ* ; & quatenus negativè .

II. *An sit locus exhumationi , & respectivè restitutioni dicti Cadaveris unà cum funeris emolumentis favore Ecclesiæ Collegiatæ , & Parochialis S.Joannis Evangelistæ ejusdem Civitatis in casu &c.*

Ad primum Affirmativè . Ad secundum provisum in primo , & amplius .

MURANA MANSIONARIÆ . Cum in Statuto Cathedralis Ecclesiæ sub *cap*:7. præscribatur , eum dumtaxat ad Mansionarias ibi erectas esse eligendum, qui, ceteris paribus , *sia Prete Seniore del Clero , ben versato nel canto Gregoriano , sopra del quale dovrà essere strettamente esaminato sia per riuscire utile ,e fruttuoso alla Chiesa* --, cumque Sacerdos Joseph lo Pilato veluti solus , qui Gregorianum Cantum calleret, prævio examine super scientia dicti cantus, fuerit in aliorum Præsbyterorum exclusionem definitiva Vicarii Generalis Sententia admissus ad Mansionariam,quam Fundator Joannes Innocentius Carusius Præsbytero antiquiori conferri præcepit juxta legem hisce verbis conceptam -- *Secondo in accrescimento ancora dello stesso Culto Divino assegnamo altri scudi* 400. *da formarsene,ed erigersene una Mansionaria,cioè che quotidie,ed ogni giorno debba intervenire un Sacerdote in Coro alla recitazione de' Divini Officii coll' altri del R.Capitolo coll' obligo di celebrare una Messa il mese per l'anima nostra,e de nostri Padre,e Madre,e mancando dalla recitazione, vogliamo,che l' emolumento di quel giorno debba convertirsi similmente in celebrazione di Messe,e la deputazione del detto Mansionario Sacerdote debba farsi dal medesimo Capitolo di quello,che sarà più vicino, e prossimo ad entrare nel numero de' Participanti Capitolari* -- ; idcircò , prosequentibus præfatis Presbyteris appellationem adversùs enunciatum Vicarii Generalis judicatum interjectam , & respectivè admissionem memorati Josephi lo Pilato ad dictam Mansionariam Carusianam acriter impugnantibus,disceptata fuerunt tria hæc Dubia: Sess.24.c.12. de ref.

I. *An electio Josephi lo Pilato sustineatur* ; & quatenus negativè . II. *An admissio Presbyterorum ad Mansionariam Carusianam sit facienda juxta fundationem , vel potiùs juxta cap.22. Appendicis Synodi* . III. *An Admissus ad Mansionariam Carusianam juxta fundationem,& sinè peritia Cantus Gregoriani , deinde admitti debeat ad Mansionariam Capitularem absque concursu, & examine super eodem Cantu in casu &c.* -- , quibus die 19. Novembris 1735. responsum fuit -- *Ad I. affirmativè. Ad II. & III. provisum in primo* -- sed, reproposita ad instantiam eorumdem Presbyterorum Causa sub Dubio -- *An sit standum,vel recedendum à decisis in casu &c.* -- , die 3. Martii superioris anni prodiit Resolutio -- *Prævio recessu a decisis,Cappellaniam spectare ad seniorem in ordine, qui in examine faciendo coram Episcopo reperiatur sufficienter versatus in Cantu Gregoriano* .

Post editam resolutionem hanc, Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis supplicem Sacræ Congregationi porrexit libellum , quo exponens , binas ex Capitularibus præter Carusianam vacasse Mansionarias , Episcopum verò dubitare , num præmissa resolutio ad Carusianam dumta-

dumtaxat Mansionariam restringatur, vel potiùs Capitulares quoque Mansionarias ita comprehendat, ut ad eas nequeat indici concursus, neque super Cantus Gregoriani peritia rigorosum debeat haberi examen, postulat, idipsum ab hac Sacra Congregatione declarari, itidemque decerni, num Presbyter, qui, prævia Capituli electione, & confirmatione Curiæ Episcopalis, repertus fuerit in Gregoriano cantu sufficienter versatus, novo sit examini subjiciendus, ubi ad unam ex Capitularibus Mansionariis admitti flagitet.

Ad ineundam deliberationem super eo, quod Oratoris petitioni sit rescribendum, sapientissimo EE.VV. judicio tria subjiciuntur Dubia, quorum Decisio pendere videtur tàm ex iis, quæ aliàs susius in jure adnotata fuerunt in Folio diei 19. Novembris 1735. in hac eadem Causa, & in altero distributo sub diem 15. Decembris proximè præteriti in una *Cassanen. ad I.Dub.*, quàm ex recenti Episcopi Relatione, in qua post resumptam totam facti seriem ita concluditur -- *Se dunque piace all' EE.VV., che vogliono entrare nelle Mansionarie Capitolari hanno da esaminarsi avanti del Vescovo secondo si fatto legitimo Statuto con esame più rigido, e più stretto sopra del Canto, di quello che fu prescritto nella Cappellania Carusiana; tanto più, che pensano i Pretensori, che quel* sufficienter versatus *s'intenda, che debba sol sapere le note, ò cantare, fuggendo un Prefazio, o risponder Amen, da me pero è inteso, che debba essere instrutto nel Canto in grado positivo, e non superlativo. Per quanto riguarda il concorso dimandato dal Promotor Fiscale dipende totalmente dalla risolutione dell' EE. VV., non avendo per verità qui legge statutaria, o consuetudine. Mi estendo però in supplicarle di riflettere, che per togliere ogni scaturigine di liti, e contese, e per vedere veramente ornato il Coro di questa vostra Cattedrale di Ministri versatissimi nel Canto, e per non guardare in ogni provista fazzioni, e partiti mi contentarei in pregiudizio del mio jusso della conferma di darsi sempre le Mansionarie sudette per concursum, e così cesserebbono le raccomandazioni, e le inclinazioni, che molte volte sono causa di posporsi l' ottimo al pessimo, ed ogn'uno pensarebbe di ben instruirsi nel Canto per ottener la vittoria, e superare il compagno. Così il Capitolo viverebbe in perpetua pace col suo Prelato, nè vi sarebbero più occasioni di controversie come di presente si osservano.*

Omnibus itaque inspectis unà cum juribus, quæ nomine Promotoris Fiscalis circumferentur, decidendum erit.

I. *An Resolutio diei 3. Martii 1736. intelligatur tantummodo pro Mansionaria Carusiana, vel etiam comprehendat Mansionarias Capitulares in casu &c.*; & quatenus affirmativè quoad primam partem, & negativè quoad secundam.

II. *An electio Mansionariorum Capitularium facienda per Capitulum Cathedralis, & confirmanda per Curiam Episcopalem explenda sit, prævio examine super Cantu Gregoriano, juxta cap.22. Appendicis Synodi in casu &c.*

III. *An Admissus ad Mansionariam Carusianam cum electione Capituli juxtà fundationem, & confirmationem Curiæ Episcopalis juxtà dictum cap.22. Appendicis Synodi, prævio examine faciendo coram Episcopo pro sufficienter versato in Cantu Gregoriano, deinde admitti de-*

debeat ad Mansionariam Capitularem, prævio novo examine juxtà d. cap. 22. in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Die Sabbathi 27. Julii 1737.



On graventur EE.PP. resumere Folium Congregationis habitæ die 6. labentis mensis, & duarum causarum Dubia, quorum discussio fuit ad hodiernum dilata Consessum, Sapientissimo, quo solent, oraculo definire.

COMEN. ADMINISTRATIONIS, ET JURIUM PAROCHIALIUM.

Sess. 22. c. 9. de reform. & Sess. 24. c. 4. de Ref.

I. *An Confratribus Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Atrio liceat administrare Bona, & reditus eorum Confraternitatis, & Ecclesiæ cum sola dependentia ab Episcopo.*

II. *An, & cui de Bonis, ac reditibus administratis, necnon de oblationibus dictæ Ecclesiæ Confratres teneantur reddere rationem.*

III. *An Præpositus, & Canonici Ecclesiæ Collegiatæ S. Fidelis teneantur intervenire in solemnizandis Festivitatibus Nativitatis S. Joannis Baptistæ, ejus Decollationis, ac Sancti Joannis Evangelistæ.*

IV. *An liceat Confratribus celebrari facere in dicta Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ ab eorum Cappellano, aliisque Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus eisdem bene visis Missas, Anniversaria, Funeralia, administrare Sacramenta Pœnitentiæ, & Sanctissimæ Eucharistiæ, benedicere facere Palmas, Candelas, & facere Stationem, & alias quascumque Functiones Ecclesiasticas independenter ab Episcopo.*

V. *An liceat dd. Confratribus independenter a Præposito, & Canonicis dictæ Ecclesiæ Collegiatæ exponere facere ab eorum Cappellano, seu aliis Sacerdotibus Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum.*

VI. *An, & quæ emolumenta debeantur Confratribus pro sepeliendis in eorum Ecclesia Cadaveribus illorum, qui eligunt ibidem Sepulturam.*

VII. *An Confratres teneantur restituere Ceras, quatenus receperint occasione Funeris Caroli Ambrosii Radaelis.*

VIII. *An liceat dd. Præposito, & Canonicis intervenire Funeribus eorum, qui elegerunt Sepulturam in Ecclesia Confraternitatis.*

IX. *An liceat dd. Confratribus privative retinere Clavem Fontis Baptismalis S. Joannis Baptistæ in Atrio.*

X. *An Concordia inita de anno* 1708. *sit valida*; & quatenus affirmative.

XI. *An d. Concordia ligaverit Confraternitatem, & Confratres ad celebrandum Anniversaria, & Missas antea non adimpletas, sed etiam in futurum.*

XII. *An*

XII. *An liceat Præposito assistere celebrationi Matrimoniorrm, seu Benedictionem facere in dicta Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ absque licentia, vel Ordinarii, vel Confratrum in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Solum teneri reddere rationem soli Episcopo. Ad III. Teneri etiam invitis Confratribus. Ad IV. V. VI. VII. & VIII. Dilata, & proponatur dubium super Matricitate. Ad IX. Negative. Ad X. Affirmative, Ad XI. Affirmative. Ad XII. Dilata.

Sess. 24. c. 12. de Ref.

MURANA MANSIONARIÆ.

I. *An resolutio diei* 3. *Mart.* 1736. *intelligatur tantummodo pro Mansionaria Carusiana, vel etiam compræhendat Mansionarias Capitulares in casu &c.*; & quatenus affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

II. *An electio Mansionariorum Capitularium facienda per Capitulum Cathedralis, & confirmanda per Curiam Episcopalem explenda sit prævio examine super cantu Gregoriano juxta cap. 22. Appendicis Synodi in casu &c.*

III. *An admissus ad Mansionariam Carusianam cum electione Capituli juxta fundationem, & confirmationem Curiæ Episcopalis juxta dictum cap. 22. Appendicis Synodi, prævio examine faciendo coram Episcopo pro sufficienter versato in cantu Gregoriano, deinde admitti debeat ad Mansionariam Capitularem prævio novo examine juxta d. cap. 22. in casu &c.*

Ad I. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad III. Examen esse faciendum vigore cap. 22. Appendicis Synodi, & præmitti tantum debere ante confirmationem Episcopi, & ad Mentem. Ad III. Negative.

Sess. 22. c. 6. de ref.

CAMERINEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Pier-Sanctes Fanti olim Cæremoniarum Apostolicarum Magister in Testamento, quo sub ann. 1713. fiduciariam hæredem sibi scripsit Communitatem Oppidi Campi Rotundi, hęc jussit executioni demandari:
„ I. che tutti li frutti &c. proventi di d. mia Eredità debbano de-
„ positarsi a credito della mia Eredità nel S. Monte della Pietà per
„ pagarne sc. 25. al Medico &c. del d. Luogo di Campo Rotondo, ed
„ altra simile somma da pagarsi con li frutti della mia Eredità deb-
„ ba minorarsi da' pesi communitativi, alli quali il medemo Popo-
„ lo si trova soggetto per d. causa &c. Secondo, che il rimanente de'
„ frutti &c. devono parimenti depositarsi &c. de quali la Communità
„ predetta si vagli ogn' anno della somma di sc. 10. per mantenere
„ aggiustate le strade publiche, e passi cattivi, secondo il bisogno in
„ Campagna, e per risarcimento delle case, e fabriche di d. Commu-
„ nità secondo il bisogno, ed il rimanente de' frutti depositati debba
„ servire per dotare tante Zitelle povere, ed onorate, nate, e com-
„ moranti in d. Luogo di Campo Rotondo, stabilendo per ciasche-
„ duna Zitella l'elemosina dotale di sc. 50. mon., e secondo la quan-
„ tità rimanente di dd. frutti ogn' anno dovranno distribuirsi tante
„ doti,

„ doti, quante potranno capitare nel d. deposito da pagarsi dd. doti
„ con ordini, come sopra, e si regolino però nelle spese, e doti sudet-
„ te dalla quantità del denaro, chi vi sarà &c.

Testatore defuncto, memoratæ Communitatis Præsides usque ab anno 1733. supplicem SS.D.N. porrexerunt Libellũ, quo exponentes, omnia a d. Testatore disposita debitæ executioni fuisse commissa: „ a
„ riserva dell'intiera distribuzione dell'annui sussidj dotali, e questo
„ non già per colpa della d. Oratrice, ma solo per mancanza del nu-
„ mero delle Zitelle, per la qual mancanza l'Oratrice si ritrova de-
„ positati in questo S. Monte la somma di sc. 655. 32. oltre la som-
„ ma di sc. 8.49. de'nomi de'debitori di essa Eredità „ addentesque, prælaudatam Communitatem in extrema versari necessitate reædificandi in Populi commodum binos Pontes alterum *di Biancagnone*, & alterum *di Fiastro*, ipsam vero imparem esse solvendæ summæ sc. 535. in id opus juxta Peritorum æstimationem necessariæ, obtinuerunt, d. sc. 535. sibi assignari ex enunciatis sc. 567., ut supra penes Sacram Ædem existentibus, juxta Chirographum, in quo Summus Pontifex innixus iis, quæ in memorato Libello sibi exposita fuerant, ita statuit: „ E noi riflettendo per dd. motivi l'istanza essere molto
„ ragionevole, ed in qualche modo uniforme alla volontà del Te-
„ statore &c., e che da questa grazia per le ragioni di sopra non ne
„ ridonda verun pregiudizio alle Zitelle, siamo condescesi a conso-
„ larla &c., per doversi però d. sc. 535. lasciare in deposito nel me-
„ demo Monte in credito della stessa Comunità &c.

Hoc animatus exemplo Philippus Bezzi sub eumdem annum 1733. referens Summo Pontifici, se in tertio gradu Testatori conjunctum esse, ac numerosa adeo familia gravatum, ut neque unicæ Filiæ suæ in nubili ætate existenti, neque tribus ex Valentino filio neptibus congruam possit dotem constituere, enixe supplicavit, ut Sanctitas Sua, prævia supradictæ testamentariæ dispositionis commutatione, tum filiæ prædictæ, tum unicuique ex memoratis suis Neptibus juberet congruam assignari dotem retrahendam ex reditibus, qui, solutis dotibus jam promissis, necnon detractis aliis oneribus, superextarent, tametsi Puellæ præfatæ neque in Oppido Campi Rotundi natæ sint, neque in eo juxta legem a Testatore præscriptam commorentur; S. vero Congr. cui preces hujusmodi fuerunt de more remissæ, inhærens suffragio Episcopi, qui, licet asseruisset, preces veritate niti, eisque Communitatem Campi Rotundi non contradicere, subjunxerat tamen, necessarium esse, ut prius firmaretur status sæpedictæ hæreditatis, die 12. Augusti d. anni 1733. præcepit, *firmari statum hæreditarium juxta votum Ordinarii, qui illud deinde transmitteret*.

Cum autem ex hæreditario statu firmato coram Sac. Congr. Boni Regiminis, quæ pro recta hæreditatis administratione invigilat, per Oratorem postmodum exhibito constiterit, summam sc. 2316. ex qua nonnullæ Dotes Puellis jam extractis solvendæ sunt, superextare, certosque d. hæreditatis fructus ad sc. 481. 96. quotannis ascendere, itaut ex iis ob modicum Puellarum numerum semper aliqua summa quolibet anno supersit, Sacer iste Senatus sub diem 5. Jun. 1734. Oratoris petitioni annuit, in hæc verba rescribens: „ Pro gratia appli-
„ cationis sc. 300. favore filiæ, scut. vero 200. favore cujuslibet ex

„ neptibus, quæ detrahantur ex annuis fructibus superextantibus
„ post solutas dotes Puellis commorantibus in Campo Rotundo a
„ Communitate quolibet anno nominandis, necnon solutis aliis
„ oneribus a Testatore præscriptis, cum dispensatione respectu Fi-
„ liæ,& Neptum Oratoris tam super nativitate, quam super mora
„ in d. loco Campi Rotundi.

At, expeditis pro adimplemento hujus Rescripti consuetis literis Apostolis in forma Brevis, dum illarum executionem urgebat Philippus, in scenam prodiere memorati Communitatis Præsides, qui primum sese opponentes coram Ordinario contendebant, annuos fructus, si qui ex sæpedicta hæreditate supersint, in ejusdem Communitatis beneficium, & utilitatem ex verisimili Testatoris mente esse erogandos, deinde vero sub ohtentu, quod tam Rescriptum a S.Congr., quam Breve a Sanctissimo fuerint obreptitie impetrata sub duplici falsa enunciatione, altera nempe, quod Philippus in tertio gradu conjunctus sit Testatori, & altera, quod fructus prædictæ hæreditatis, solutis dotibus, ceterisque adimpletis oneribus, in summa non modica annuatim supersint, cum supplicaverint Sanctitati Suæ potestatem sibi fieri impugnandi præfatum Breve, totius negocii cognitionem huic Sac. Consessui cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis delegari obtinuerunt.

Rebus ita se habentibus, Filia, & Neptes memorali Philippi interea temporis defuncti, quarum maxime interest, executionem controversi Brevis diutius non protrahi, ut gratiam a Summo Pontifice sibi impertitam ab impicta obreptionis labe vindicent, plura exhibent documenta, ex quibus tum assertam Philippi cum Testatore in tertio gradu sanguinis conjunctionem, tum numerosam ejusdem Philippi prolem, inopemque familiam satis probatam authumant, tum demum ex ipsomet supplici libello nomine Communitatis pridem porrecto ad obtinendam assignationem sc.575. pro reficiendis memoratis Pontibus apprime constare putant, hæreditatem a Testatore relictam pinguem esse, & ex ea ob modicum Puellarum Campi Rotundi incolarum numerum requisita a Testatore præscripta habentium plures singulis anni superesse fructus.

Episcopus in Relatione superiori anno ad S.Congr. transmissa asserens, Philippum cum Testatore in expresso tertio gradu re ipsa conjunctum, eumdemque plurima familia gravatum esse, quoad numerum Puellarum Oppidi Campi Rotundi, & quantitatem proventuum hereditatis hæc habet: „ Calculatis omnibus personis utriusque sexus
„ etiam in ætate infantili constitutis d. Loci descriptis in statu ani-
„ marum existente in Cancellaria hujus mei Tribunalis, repertum
„ fuit, d. omnes personas conflare numerum 435., quo vero ad exi-
„ stentiam redituum superextantium, cum per me fuerit utraque
„ pars extrajudicialiter in Juribus suis audita, ex parte suprad. Phi-
„ lippi Bezzi fuit mihi deductum, de presenti reperiri in isto S.Mon-
„ te Pietatis depositata sc. 1400. provenientia ex superextantibus
„ hæreditariis reditibus, alia sc.1000. investita fuisse in quodam cen-
„ su activo, & sc.50. cum licentia DD. Superiorum erogata fuisse
„ pro supplendis indigentiis communitativis, subditque idem Be-
„ tius, quod, sicut de præterito Puellæ nuptui traditæ nunquam con-
sumpse-

„ ſumpſerunt integros hæreditarios reditus, ita neque in futurum
„ conſumere poterunt, quibus perpenſis, credit ad evidentiam
„ oſtendere exiſtentiam tam de præſenti, quam de futuro ſuperex-
„ tantium redituum, ad quorum conſecutionem pro dotanda ejus
„ Filia, & Neptibus fuit ex benignitate Apoſtolica gratioſe admiſ-
„ ſus. E contra vero pro parte Communitatis excipiendo, non ad-
„ mittitur ab illius Defenſore, in facto ſubſiſtere inveſtimentum
„ ſc.1000. in cenſu activo, & licet non controvertatur exiſtentia
„ ſc.1400. in S. Monte Pietatis, adhuc prætenditur, nullos adeſſe
„ ſuperextantes hæreditarios reditus,eo quia d.ſumma ſc.1400. ab-
„ ſorberet numerum 32. Puellarum jam de Buſſolo extractarum,
„ hinc deſumendo,quod ſicut favore earumdem 32. Puellarum dos
„ ſc.50. pro qualibet prompte ſolvenda requiritur in actu ipſo Ma-
„ trimonii per illas contrahendi,ita ſumma ſc.1400. tamquam non
„ exiſtens ad commoditatem hæreditatis conſiderari debeat,ſubdit-
„ que idem Communitatis Defenſor ultra dd. 32. Puellas reperiri
„ in loco Campi Rotundi alias 30., omnes hinc ad quatuor annos
„ Nubiles in eodem Buſſolo Puellarum dotandarum admittendas,
„ & per conſequens non ſolum de præſenti, ſed neque in futurum
„ fore extituros ſuperextantes reditus hæreditarios.

Sub finem vero d.Relationis ſuam ſententiam ita concludit: „ In hoc
„ rerum ſtatu cum mihi videatur a mero facto dilucidando depen-
„ dere hujus tertii motivi verificationem, cenſerem, diſcuſſionem
„ eſſe remittendam ad Partes ad effectum nedum firmandi judicia-
„ liter per Peritum, ſeu Peritos Calculatores ſtatum hæreditarium
„ quoad reditus ſuperextantes,ſed etiam ad effectum verificandi,an
„ in dictis 32. Puellis extractis concurrerent omnia requiſita volita
„ a Teſtatore, poſteaque declarandi, an ſit, necne locus executioni
„ literarum Apoſtolicarum.

His igitur,aliiſque ponderatis juribus nomine dd.Filiæ,& Neptum Philippi Bezzi, necnon iis, quæ pro Communitate Campi Rotundi hactenus non exhibita fortaſse circumferentur, decidendum eſt.

An Breve a Sanctiſſimo impetratum ſuper applicatione aſſertorum ſuperextantium redituum hæreditatis Pier Sanctis Fanti pro dotibus Inſtantium ſit exequendum in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

NEAPOLITANA SPOLII. Cum ex triginta Canonicis, quibus Metropolitana Eccleſia conſtat, quatuordecim dumtaxat tenues obtinerent Præbendas,cæteri vero Præbenda omnino carentes nonniſi quotidianas diſtributiones decenti vitæ ſubſidio haud idoneas ad ratam ſervitii Choro, & Eccleſiæ præſtiti aſſequerentur, Summus Pontifex Benedictus XIII., ne qua in parte divinum cultum minui, dictæque Eccleſiæ ſervitium deinceps ob redituum, ac quotidianarum diſtributionum tenuitatem negligi, contingeret, inhærens conſultiſſimæ ſanctioni S. Conc. Trid. *ſeſs.*21. *cap.*3. & *ſeſs.*24. *cap.*15. *de Ref.*, ſalvis Præbendis Primicerii, & Canonicorum Pœnitentiarii, ac Theologi, reliquas undecim ſuppreſſit, eaſque Maſſæ Capitulari incorporavit hiſce verbis: „ Nos propterea conſiderantes,quod *Seſſ.24. c.12. de ref.*

 „ ſi

,, si prædictarum Præbendarum fructus &c. a prædictis Præbendis
,, separentur, illique sic separati Massæ communi Capitulari d. ma-
,, joris Ecclesiæ, ut infra, appropriarentur, applicarentur, adnecteren-
,, tur, & incorporentur, ex hoc profecto nedum manutentioni, & su-
,, stentationi pro tempore existentium Canonicorum simplicium
,, nuncupatorum Præbenda carentium, verum etiam istorum, & Ca-
,, nonicorum Præbendatorum nuncupatorum prædictorum confor-
,, mitati, & æqualitati, divinique cultus incremento consultum fo-
,, ret; motu simili &c. dictarum Præbendarum fructus &c. prædi-
,, ctos ex nunc, cum hoc tamen, quod cuilibet ex modernis Cano-
,, nicis Præbendatis nuncupatis prædictis fructus &c. quos quilibet
,, eorum ratione suæ Præbendæ non recipit, imposterum quamdiu
,, ipsi vixerint, & quilibet eorum respective vixerit, a d. Massa com-
,, muni absque ulla prorsus diminutione, integraliter annuatim per-
,, solvantur, Apostolica authoritate perpetuo separamus, segrega-
,, mus, & dismembramus, eosdemq; fructus &c. sic separatos &c., &
,, dismembratos Massæ communi Capitulari d. Majoris Ecclesiæ,
,, firmis tamen, ut antea, remanentibus dd. Præbendarum nomine,
,, titulo, & denominatione, ita quod fructus &c. sic separati &c. ac
,, ut infra approprian. applican., adnecten., & incorporan., cum pri-
,, mum Præbendas hujusmodi, & quamlibet illarum &c. vacare con-
,, tigerit &c. nedum inter Præbendatos, verum etiam inter simpli-
,, ces respective nuncupatos Præbenda carentes Canonicos prædi-
,, ctos, Theologalem tamen Pœnitentiariam, ac Primiceriatum re-
,, spective nuncupatas Præbendas nunc, & pro tempore in futurum
,, obtinentibus in præsenti nostro Motu proprio minime nominatis,
,, penitus exclusis, æqualiter dividantur, hac adjecta lege, quod sin-
,, gulis imposterum futuris Canonicis Præbendatis nuncupatis, ultra
,, portionem dividendam hujusmodi 10. duc. ejusdem monetæ ad
,, distinctionem aliorum Canonicorum simplicium nuucupatorum
,, annuatim assignari debeant, illisque, & eorum cuilibet etiam an-
,, nuatim obveniant, & non alias, nec alio modo, ita tamen quod di-
,, visio hujusmodi adimpleri, & observari incipiat, cum primum
,, quilibet ex modernis Canonicis Præbendatis nuncupatis præfatis
,, objerit, aut Præbendam suam quomodolibet dimiserit, vel resi-
,, gnaverit &c. auctoritate &c. etiam perpetuo applicamus, ap-
,, appropriamus, adnectimus, & incorporamus.

Pontificium hoc Breve fuit illico debitæ mandatum exequutioni, subindeque religiose observatum; At cum novissime, sequuto obitu Canonicorum Caroli Barra, & Hilarii Protospadaro, Promotor Fiscalis Apostolicæ Nunciaturæ Neapolis contendens, eam non fuisse mentem d. Summi Pontificis, ut aliquod ex præfato Brevi Apost. Cameræ detrimentum inferretur, proindeque ad eamdem Cameram, uti antea, fructus omnes ab enunciatis undecim Præbendis jam suppressis obvenientes, & a Canonicis defunctis non exactos, vel postmodum tempore vacationis decursuros jure Spolii pertinere, adeout nulla eorum portio, vel hæredibus eorumdem Canonicorum restitui, vel superstitibus Canonicis Choro, Ecclesiæq; inservientibus accrescere possit, sed veluti fructus Præbendales, atque ex Massa, ut ajunt, grossa provenientes tradi omnino debeant Apostolicæ Cameræ, cu-
ravit

ravit, eosdem fructus ex decreto ipsiusmet Nuncii Sequestro mancipari; Quapropter Capitulum memoratæ Ecclesiæ Metropolitanæ, interjecta adversus Decretum istud appellatione, citationem primum cor. R. P. D. Generali Thesaurario expedivit, deinde vero agnoscens, controversiæ hinc exortæ decisionem ab ea pendere inspectione, num scilicet annui reditus dd. undecim Præbendarum per sa. me. Benedictum XIII. Capitulari Massæ addicti quotidianarum distributionum naturam, & qualitatem induerint, habito recursu ad Eminentissimum Pro-Auditorem Sanctissimi, obtinuit, negotii cognitionem supremo huic Cætui delegari, a quo proinde Dubium præmissam exhibens quæstionem hodie resolvendum proponitur.

Distributiones quotidianas, fructusque omnes, qui earum nomine inter Canonicos dividuntur, habita ratione servitii Choro, & Ecclesiæ præstiti, haudquaquam subjacere spolio, sed ab isto æque, ac ab aliis oneribus immunes esse, jam dudum declaravit Sacra hæc Congregatio in alia *Neapolitana distributionum*; in qua postulante eodem Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ, decerni -- *An Distributiones quotidianæ pro personali assistentia præstita in Choro Canonicis debitæ, & ante ipsorum obitum non exactæ spolio subjaceant* --, die 9. Februarii 1669. rescriptum fuit -- *Non subjacere Spolio* --, ut in *lib.* 26. *Dec. pag.* 163., & subinde hanc eamdem sententiam secuta est *in Termularum* 24. *Januarii* 1671. *in Arianen.* 13. *Februarii* 1672. *in Frigentina* 28. *Augusti* 1683. *lib.* 33. *Decret. pag.* 265.; Id autem locum sibi vindicare etiam in casu, quo reditus omnes Canonicorum, seu Beneficiatorum ex solis constent distributionibus quotidianis, tuentur cum aliis *Pignatell. Tom.* 4. *consult.* 126. *num.* 5., & *Episcopus de Rosa de rest. distribut. redit. Eccl. cap.* 7. *a num.* 62. *ad* 67., & expresse statuit eadem Sacra Congregatio *in Camerinen. Spolii*, ubi, suscitantibus Beneficiatis Collegiatæ Apiri, quorum reditus omnes in solis distributionibus consistebant, num Resolutio edita in mox citata *Neapolitana Distributionum* procederet etiam, ubi Canonici, & Beneficiati quacumque Præbenda destituti reperirentur, proposito Dubio -- *An prædicta resolutio habeat locum, etiamsi reditus omnes in solis Distributionibus consistant* --, sub die 23. Januarii 1677. respondit -- *Affirmative* --, ut in *lib.* 29. *Decr. pag.* 351.

At quia hodiernæ quæstionis momentum est, num reditus dd. undecim Præbendarum a sa. me. Benedicto XIII. in Capitularem Massam collati debeant inter quotidianas distributiones recenseri, vel potius pristinam adhuc fructuum Præbendalium qualitatem retineant, Capitulum præfatum, quod hosce fructus a controverso Spolio exemptos vellet, ut eosdem in veram quotidianarum distributionum speciem, veluti extincta eorum primæva qualitate, conversos esse, propugnet, ex rationibus mox subnectendis id potissimum colligi arbitratur.

Primo, quod sicuti antiqua Massa Capitularis ex solis distributionibus quotidianis constituta reperitur, ita enunciati dd. Præbendarum fructus, qui, suppressis Canonicatuum Præbendis, eidem Massæ applicati, atque incorporati fuere, ipsius quoque naturam, & qualitatem, ac respective quotidianarum distributionum, quibus ea

con-

constat, sortiti sint, juxta vulgatam Juris regulam, de qua per *Text. in Cap. Novit. Ne Sede vacan.* cum aliis *Faguan. in Cap. Recolentes §. ult. de Stat. Monach.*

Secundo, quod iidem fructus instar aliorum ex dicta Massa obvenientium distribuuntur singulis Canonicis ad ratam servitii præstiti, itaut Absentes eos amittant, lucrentur vero jure accrescendi, qui Chori, Ecclesiæque servitio incumbunt; ex hac enim circumstantia quotidianas distributiones a fructibus Præbendalibus discerni, tametsi non singulis diebus, sed nonnullis anni temporibus soleant inter Canonicos partiri, per *Tex. in Cap. licet de Præben. in cap. unic. de Cleric. non resid. in 6.*, *& in Clement.*, *ut ii, qui de ætat.*, *& qualit.* notant *Card. de Luc. de Canonic. disc. 16. n. 6.*, *& in annot. ad Concil. disc. 15. n. 8. Leuren. in For. Benef. Sect. 3. cap. 1. tit. de onerib. Benefic. quæst. 423. per tot. Monet. de Distribut. quotid. par. 1. quæst. 9. num. 37. Antonel. de loc. legal. lib. 1. cap. 13. n. 12.*, & patet ex Resolutione Sacræ Congregationis in *Capuana Spolii*, in qua, discusso hoc Dubio -- *An Massa communis distribui solita certis annis temporibus inter Canonicos Cathedralis partim in pecunia, & partim in Frumento sub nomine Cedularum, & Replicarum habeant naturam, & qualitates distributionum in casu &c.* . die 9. Julii 1735. rescriptum fuit -- *Affirmative*, *& amplius* --, ut in *lib. 85. Decr. pag. 355.*

Postremo id ipsum confirmari asserit, tum ex Epistola Sacræ Congregationis ad clar. mem. Card. Pignattellum Archiepiscopum Neapolitanum transmissa, ubi sic habetur -- „ Recitatis in Sacra Cong. „ Concilii literis E. V. circa preces Capituli, & Canonicorum istius „ Metropolitanæ Ecclesiæ supplicantium pro eorum majori tranquillitate spirituali declarari, an fructus Præbendarum unitarum „ communi Massæ Capitulari ejusdem Ecclesiæ vigore Brevis Motus proprii sa. me. Benedicti XIII. sub dat. 12. Kal. Martii anno „ Pontificatus II. sint convertendi in distributiones quotidianas, „ quibus tota eadem Massa constat, & respective in punctorum „ Choralium augmentum, seu potius retinere debeant qualitatem „ fructuum liberorum, prout erant antea, Eminentissimi Patres, „ re mature pensata, ac dispositione enunciati Brevis perpensa, „ censuerunt, fructus Præbendarum, ut supra unitarum Massæ „ communi Capitulari assumere in omnibus naturam ejus d. Massæ, & ejusdem punctationibus obnoxios esse debere -- „ tum etiam ex accuratissima Relatione moderni Eminentissimi Archiepiscopi, qui comprobans superius exposita in hæc verba concludit -- „ Sententia igitur animi mei alia omnino esse non potest, quam „ quæ fuit duorum Summorum Pontificum, istius Sacræ Congreg. „ & Card. Archiep. Prædecessoris mei, qui declaraverunt, decreverunt, jusserunt, fructus Præbendarum unitos, & incorporatos „ Massæ communi Capitulari assumpsisse in omnibus naturam „ ejusdem Massæ, ac in puris, & meris distributionibus quotidianis „ consistere, proindeque Spoliis Rev. Cam., neque quoad vacationem usque in diem possessionis Canonici Successoris obnoxios „ esse.

His igitur perpensis una cum juribus, si quæ nomine dicti Promotoris Fiscalis Apostolicæ Nunciaturæ circumferantur, placeat EE. VV. pronunciare.

An

An reditus Præbendarum per fan. me. Benedictum XIII. uniti Massæ communi Capitulari assumpserint, & retineant naturam fructuum, vel potius illam quotidianarum distributionum in casu &c.

Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam.

TYBURTINA LOCORUM SEMINARII. Claræ memoriæ Cardinalis Sancta Crucius Episcopus Tyburtinus cum deprehendisset, annuos reditus Seminarii sub annum 1635. a Cardinali Roma Antecessore suo erecti impares esse sustentationi sexdecim Alumnorum, qui veluti necessarii ad Cathedralis illius Ecclesiæ servitium fuerant ibi destinati, anno 1653. exposuit Innocentio X. „ Che il „ Convento della Madonna del Sepolcro di Vicovaro del Terz' „ Ordine di S. Francesco resta oggi senza Frati, per essere stati que- „ sti trasportati ad un' altro Convento loro di SS. Cosmo, e Da- „ miano, dove vanno a dire le Messe, per soddisfare agli obblighi, „ che vi tengono, ha scudi settanta di entrata, quali si possono ap- „ plicare al Seminario con peso di tenere un' Alunno di d.Terra „ cumque petitam hanc applicationem dictus Pontifex suæ inhærens Constitutioni, quæ incipit -- *Instaurandæ* --, approbaverit, eamdemque executioni demandari, atque in Cancellaria Episcopali ad perpetuam rei memoriam, contrariis quibuscumque non obstantibus, registrari præceperit, idem Eminentissimus Episcopus utens facultate sibi tributa omnia Bona supradicti Conventus „ applicavit, „ & pro applicatis haberi mandavit d. Seminario, cum onere reti- „ nendi, & alendi in eod. Seminario unum Alumnum d. Terræ. Sess. 23. c. 18. de ref.

Præterea, suppresso ad formam enunciatæ Constitutionis -- *Instaurandæ* -- altero enunciato Conventu SS. Cosmi, & Damiani, sub eumdem annum 1653. prælaudatus Cardinalis Sancta Crucius eidem Summo Pontifici hæc referens -- „ Il Convento de' SS. Cosmo, e „ Damiano situato nel Territorio di Vicovaro, che fù già degl' „ Ambrosiani estinti, ed ora vacante per la dimissione fatta dai Pa- „ dri del Terz' Ordine di S. Francesco si trova al presente affittato „ sc. 160. l' anno, si puole applicare con tutti i suoi beni, e pesi al „ Seminario di Tivoli con peso di tenere un Cappellano [nella „ Chiesa di d. Convento, che vi risieda, e celebri ogni Festa, e so- „ disfacci in essa agli obblighi delle Messe per se medesimo, e vi si „ stabiliscano tanti luoghi fissi per gli Aunni di d.Terra, quanti ne „ capiscono l' Entrate di d. Convento supresso, detratti li pesi, co- „ me sopra -- Rescriptum petitioni suæ conforme obtinuit, istiusque „ vigore omnia Bona supradicti Conventus SS. Cosmi, & Damiani „ sita in Territorio Terræ Vicovarii Tertii Ordinis S. Francisci „ supressi applicavit, & pro applicatis haberi mandavit Ven. Semi- „ nario Clericorum Tyburis cum onere tenendi unum Cappella- „ num in Ecclesia d. Conventus, qui ibi resideat, omnibus diebus „ Festivis celebret, & in ipsa satisfaciat obligationibus Missarum „ per se ipsum, & pro Alumnis d. Terræ sint, & maneant tot loci „ firmi, & certi, quot comprehendunt reditus d. Conventus sup- „ pressi, demptis oneribus, ut supra.

Binis hisce applicationibus acquievit Communitas memorati Oppidi Vico-

Vicovarii, consuevitque ab initio usque ad novissima hæc tempora duos dumtaxat Adolescentes e dicto Oppido oriundos,& in præfato Seminario juxta legem in enunciatis applicationibus adjectam retinendos nominare, hac adhibita verborum formula -- ,, Spettando ,, alla Communità di Vicovaro la nomina di due Alunni nel Venerabil Seminario de' Chierici nella Città di Tivoli in conformità della Bolla della sa. me. d'Innocenzo Papa X., ed essendo ,, ora al presente uno di dd. due luoghi vacante in esso, nominiamo, ed eleggiamo &c.

Verum quia Præsides memoratæ Communitatis superiori anno cœperunt contendere, ex solo annuo fructu Bonorum dicti Conventus Sanctæ Mariæ Sepulcri unum Alumnum, tres alios vero, vel duos saltem ex reditibus Bonorum alterius Conventus Sanctorum Cosmi, & Damiani in sæpedicto Seminario retineri debere sub obtentu, quod iidem fructus ad scuta 160.uti præfatus Cardinalis Sancta-Crucius Summo Pontifici exposuit, quotannis ascendant, pro congrua autem sustentatione uniuscujusque Alumni in præfato Seminario sufficiant annua scuta 46. juxta Taxam ibi pridem statutam; contra vero Deputati Seminarii, qui arbitrantur, nonnisi ad duos tantum Alumnos e d. Terra Vicovarii ibidem gratis retinendos obstringi posse, præter memoratam consuetudinem sibi faventem excipiunt annuos reditus Bonorum d. Conventus SS. Cosmi, & Damiani, etsi ab initio in d. summa sc.160. enunciatos, ob temporum tamen injuriam, aliasque calamitates ita decrevisse, ut, solutis aliis oneribus, vix supersit, unde unus Alumnus ex eisdem reditibus possit congrue sustentari; delata idcirco ad Sacrum hoc Tribunal excitatæ controversiæ definitione, cum ista potissimum pendeat ex Facti circumstantiis utrinque enucleandis, onus erit EE. VV. documenta, quæ afferentur inspicere, iisque consueta maturitate ponderatis, decernere.

An servanda sit consuetudo retinendi in Seminario Tyburis duos tantum Alumnos Terræ Vicovarii gratis alendos, vel potius sit locus eorum augumento, & in quo numero in casu &c.

Esse locum augumento alterius Alumni ultra duos hactenus retentos.

Cap.8.Sess.24 de ref.

NICIEN. CONCURSUS. Indicto sub diem 8. Julii superioris anni concursu ad vacantem Parochialem Ecclesiam S.Stephani in Loco nuncupato *di Robione*, habitoque subinde examine, omnibus Examinatorum suffragiis fuit ad animarum curam approbatus Sacerdos Joseph Audoli. At quia Pro-Vicarius Capitularis, aliis quoque conditionibus inspectis, in assecutione dictæ Parochiæ præferendum judicavit Josephum Blanchi, licet in istius approbationem minora confluxerint Examinarorum suffragia, memoratus Joseph Audoli, interjecta adversus Pro-Vicarii Capitularis judicium appellatione, recursum habuit ad Sacrum hunc Consessum, coram quo illam prosequens modo instat pro decisione Dubii, quod infra describetur.

Summa rationum, quibus enunciatum Pro-Vicarii Capitularis judicium

cium uti injuſtum, & irrationabile impugnare nititur prælaudatus Audoli, in his potiſſimum verſari videtur; nimirum, quod ipſe inter Competitores in dicto concurſu approbatus primum ob majorem ſcientiam obtinuerit locum; quod annum ſecundum ſupra quinquageſimum agens tum ætatis, tum antiquioris Sacerdotii prærogativa longe præcedat Joſephum Blanchi; quod, aſſumptis jamdudum partibus ægrotantis Parochi Loci Bogli Sacramenta Populo adminiſtraverit, Divini Verbi præconem egerit, & Eccleſiaſticas expleverit functiones; quodque noviſſime munus Vice-Curati in controverſa Parochiali Eccleſia ſpatio decem annorum, quibus Honoratus Chiamporſin ultimus ejuſdem Eccleſiæ Parochus gravi infirmitate fuit detentus, ſedulo, & laudabiliter gefferit; & demum, quod ob probatos vitæ mores in magna ſit apud omnes æſtimatione, Populoque ejuſdem Eccleſiæ plurimum acceptus; ex his enim omnibus inſimul cumulatis contendit, facile concludi poſſe, & ſcientia in morali Theologia, & peritia in curæ animarum exercitio, & morum integritate, conſiliique maturitate ita ſe præcellere Joſephum Blanchi, ut veluti dignior nequeat illi poſtponi, contra expreſſam juris communis, & Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.*24.*cap*, 18. *de Ref.* ſanctionem præſcribentem, Parochiales Eccleſias Perſonis magis dignis, & idoneis eſſe conferendas, quemadmodnm notant communiter adducti per *Gonzal.ad reg.*8.*Cancell.gloſſ.*4.*n.*142. *Maſſobr. in prax haben. concur. tit. de elect. requiſit.*5. *dub.*1. *n.*45.

Verumtamen adverſus hæc memoratus Joſeph Blanchi, ut controverſum Pro-Vicarii Capitularis judicium a quacumque iniquitatis, & injuſtitiæ nota vindicet, duplicem præmittit juris cenſuram, alteram nempe, qua communiter receptum eſt, eum magis dignum ad animarum curæ onus obeundum cenſeri, qui minori licet ſcientia inſtructus, alios exemplo, prudentia, morumque honeſtate præcellit, uti cum aliis animadvertunt *Barboſ. ad* Concil. *ſeſs.*24. *c.*18. *n.*118., *Gonzal. ad reg.*8. *Cancell. gloſs.*4. *num.*112., *Card. de Luc. de Paroch. diſc.*37. *n.*28., & conſtat ex Reſolutionibus Sac. Congr. in *Abellinen.* Concurſus 28. *Feb.*1711., *& in Monopolitana* Concurſus 13. *Maii* 1713.; alteram vero prohibentem, ne animarum cura iis committatur, qui ex turpi, & inhoneſta vivendi ratione apud probos, honeſtoſque viros authoritatem, & æſtimationem amiſerint, uti per Textus expreſſos in *cap. Inter dilectos* 11. *de exceſs. Prælat.*, *& in cap. fin. de purgat. can.* docent *Abb. in cap.*10. *nu.*3. *de jurejuran. Reiffenſtuel. in jus can. lib.*5. *tit.*37. *num.*60. *Smalzgrueber. eod. loc. n.*141. *Card. de Luc. de Benef. diſc.*20. *n.*3., *& de Paroch. diſc.*8. *n.*5., *&* 6. *& diſc.*37. *n.*28. *Monacell. in formul. legal. for. Eccl. part.*2. *tit.*15. *form.*2. *n.*21. *in fin.*

Utramque enim hanc regulam ſibi cenſet ſuffragari, dum propria imprimis recenſens merita exponit, ſe quoque, licet ſecundo loco, fuiſſe ab Examinatoribus ad curam dictæ Eccleſiæ approbatum, ab anno 1728. licentiam Sacramentales excipiendi confeſſiones ab Epiſcopo Nicienſi reportaſſe, ſubindeque in Vice-Curatum controverſæ Parochiæ electum ibidem ſumma charitate, & diligentia in ſpiritualem Populi ſibi commiſſi profectum totis viribus intendiſſe, itaut a Sindico, & Conſiliariis dicti Loci *di Rubione* peculiariter

riter commendetur; E converso autem famam Josephi Audoli subdit, non esse integram, cum in regione constans invaluerit rumor, eumdem procreasse Filiam ex inhonesta consuetudine diu habita cum Muliere quadam Anna Maria Uga, ideoque ab Ordinario merito fuisse postpositum, ac repelli omnino debere ab assecutione hujus Parochiæ, ne grave inde scandalum in Populo generetur. Veritatem, & pondus oppositæ diffamationis tum ex plurium Testium depositione, tum ex relatione Pro-Vicarii Capitularis huc nuperrime transmissa, & per manus Eminentiarum VV. circumferenda putat satis evinci; omnibus itaque perpensis deliberandum est.
An constet de irrationabili judicio Ordinarii in casu &c.

Negative.

Sess.22. Decr. de observat. & evit. in celebr. Miss.

RAVENNATEN. APPLICATIONIS MISSARUM. Michael Angelus Porcari, cui per obitum Annæ suæ Matris a Joanne Cajetano de Martiis pridem hæredis institutæ delatum fuerat una cum hæreditate Juspatronatus Familiæ de Martiis super Cappella erecta in Ecclesia Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci Terræ Argentæ, sub annum 1717. Altare ejusdem Sacelli plurimum exornavit, novum Sanctissimæ Conceptionis Simulacrum super eo collocandum proprio ære construxit, utque cultus, ac Fidelium religio in Sanctissimam B. V. Conceptionem eo magis augeretur, illius Festum a dd. Fratribus, traditis in singulos annos quatuor Candelis, & decem julii, usque ad annum 1729., quo vivere desiit, ad dictum Altare celebrari curavit, suoque in Testamento sub eumdem annum 1729. aperto præcepit Dionysio, & Octaviano Porcari, quos hæredes ex asse sibi scripserat, adimpleri legatum favore dictorum Sacelli, & Altaris in hæc verba relictum -- „ Item lascio „ scudi 50. da darsi da' miei Eredi, e da impiegarsi in beneficio, „ & ornamento dell' Altare della Beatissima Vergine della Conce- „ zione eretto nella Chiesa de' PP. di S. Francesco, secondo anche „ il parere di dd. RR. PP., ma però da non convertirsi in altro mo- „ do, e lascio anche l' obbligo a miei Eredi di mantenere in perpe- „ tuo detto Altare del bisognevole, e della solita carità di cera, e „ denari per la Festa secondo il da me costumato.

In adimplementum piæ hujus dispositionis prælaudatus Dionysius Porcari enunciatos decem julios una cum quatuor Candelis, ut supra, a Testatore relictos memoratis Fratribus ad aliquot annos persolvit, ut juxta Testatoris præceptum SS. Conceptionis B. V. Festum perageretur, sed postea deprehendens, Missas a dd. Fratribus ea die celebrari quidem consuevisse, illarum vero Sacrificium neque in Testatoris, neque in Patroni suffragationem eo usque fuisse applicatum, prætereaque conspiciens, stemma Familiæ de Martiis in signum Jurispatronatus depictum super Fornice d. Cappellæ fuisse abrasum, Lampadem, Crucem, Candelabra, cæteraque d. Sacelli & Altaris supellectilia ad alium locum, seu ad usum aliorum Altarium translata, ac passim a d. Altari, invito Patrono, amoveri, plura a dictis Fratribus postulavit; primo, quod ipsi die Festo Sanctissimæ Conceptionis sex Missas juxta Patroni intentionem applicare tenea-

teneantur; secundo, quod applicationem Missarum anteactis annis omissam debeant hodie supplere; tertio, quod obstringantur ad pristinum Sacelli locum stemma Familiæ de Martiis ejusdem Sacelli Patronæ, necnon antiquam Crucem simul cum aliis supellectilibus eidem Sacello, ejusque Altari restituere; quarto, quod nequeant ad eorum libitum Simulacrum Sanctissimæ Conceptionis, Crucem, Candelabra, & alia supellectilia a d. Altari, invitis Patronis, amovere, illaque in usum, & aliorum Altarium ornatum convertere; & quinto demum, quod compelli debeant ad purgationem attentatorum, quæ ex eo patrata dicuntur, quod dd. Fratres, pendente lite coram Sacra Congregatione, ausi iterum fuerint enunciata supellectilia a sæpedicto Altari amovere, alioque sine Patronorum consensu transferre.

Cum autem multiplices hasce Dionysii petitiones memorati Fratres, rejiciendas esse, contendant, quin vero authument, ab eodem Dionysio præter enunciatos decem julios tradendas sibi fore pro memorato Festo quatuor candelas in certo pondere unius libræ pro qualibet, quippe quia in eo pondere consuevit illas tradere Testator, idcirco Dubia, quæ controversias vicissim excitatas complectuntur, sapientissimo EE. VV. judicio resolvenda erunt.

I. *An pro Legato juliorum decem, & solitæ Ceræ relict. per Michaelem Angelum Porcarium Ven. Cappellæ SS. Conceptionis in Ecclesia RR. PP. S. Francisci Terræ Argentæ in die illius Festivitatis teneantur iidem Fratres celebrare, & insimul applicare Missas, juxta intentionem Patroni, & in quo numero in casu &c.*

II. *An Fratres prædicti teneantur celebrare, & respective applicare Missas in annis anteactis non applicatas in die præfatæ Festivitatis in casu &c.*

III. *An subministratio Candelarum occasione supradictæ Festivitatis sit facienda a Patrono in certa quantitate; seu potius illa resideat in ejus arbitrio, ac devotione in casu &c.*

IV. *An Fratres præfati teneantur reponere in antiquo loco d. Cappellæ Stemma Familiæ de Martiis illius antiquæ Patronæ, necnon antiquam Lampadem, aliaque Supellectilia olim facta ab illius Patronis in casu &c.*

V. *An dicti Fratres possint ad eorum libitum amovere ab Altari, ejusque proprio loco Statuam SSmæ Conceptionis, itemque Crucem, & Candelabra insimul alligata dissolvere, aliaque Sacra Supellectilia facta a Patrono pro usu dicti Altaris alio asportare invitis iisdem Patronis in casu &c.*

VI. *An constet de attentatis in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

VERONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Frater Joseph Maria a Jesu, qui pluribus ab hinc annis Religiosæ Familiæ Carmelitarum Excalceatorum solemnibus votis se se addixit, in hodierno Consessu sub Dubio infra describendo postulat, sibi imperti-ri beneficium restitutionis in integrum adversus Professionem, quam ex eo irritam esse contendit, quod in ipsius actu morbum *Sess. 25. c. 19. de Reg.*

 scor-

scorbuticum, quo laborabat, celaverit, posthabitis Constitutionibus ejusdem Ordinis Apostolica authoritate confirmatis, in quibus *part.*2. *cap.*5. §.1. ita sancitum est,, Habitu nostro sive pro Choristis, sive pro Donatis indui prohibemus quemcumque &c. capite ,, nimis debilem, morbo alio quolibet communes Congregationis ,, labores non ferente laborantem, *& infra* §.2. Prohibemus insuper habitu nostro indui, vel profiteri in nostra Congr. quemcumque &c.aliqua infirmitate incurabili,& habituali laborantem &c. ,, sed si quis aliquem defectum ex proxime enumeratis in §.2· celaverit, statim, ac scietur, expellatur, etiamsi Professionem emiserit; Congregationis quippe animus est, eos, qui prædictos defectus patiuntur, & celant, ad Professionem non recipere. Item ,, prohibemus, indui habitu nostro, vel profiteri in nostra Congr. ,, servum. morbo contagioso, vel caduco laborantē, mentecaptum, ,, vel per intervalla capi solitum, declarantes, intentionem Religionis esse hujusmodi ad Professionem nullo modo admittere, *ac* ,, *denique subiicitur*,& insimul noverint ratione temporis inter nos ,, tacitam Professionem non induci, de quo etiam ingressuri moneantur.

Decretum Sacri Concilii Tridentini, quod in *cap.*19. *sess.*25. *de Regular.* permittit solum intra quinquennium proponi nullitatem Professionis, locum sibi vindicare etiam in casu, quo Professio irrita, sive a Religione, sive a Professo prætendatur ob reticitum ab isto incurabilem morbum, quo emissæ Professionis tempore laborabat, ita quidem ut impetrari prius debeat ab Apostolica Sede restitutio in integrum, deindeque cognosci Causa nullitatis Professionis coram Ordinario,& Superiore Cœnobii in quo illa fuit emissa, ultro admittit Orator, cum id pluries declaraverit Sacra hæc Congregatio, & peculiariter quoad hunc ipsum Ordinem Carmelitarum Excalceatorum in *Neapolitana* 15. *Novembris* 1653. *lib.*19. *Decr.pag.*282., *& in alia Neapolitana Ejectionis* 16.*Januarii* 1683. *lib.*33. *Decr.pag.*14., *& in Causa Ordinis Carmelitarum Excalceatorum* 21. *Augusti* 1694. *lib.*44. *Decr. pag.*407., *& in Neapolitana*, *seu Tranen.Restitutionis in integrum* 14.*Januarii* 1708.*lib.*58.*Decr. pag.*1., & quoad alios Religiosos Ordines habentes similia Statuta *in Eremitarum Camaldulensium Professionis* 23.*Januarii* 1666.*lib.*25. *Decr. p.*17., *& in Panormitana Nullitatis Professionis* 2.*Apr.*1672. *l.*27.*Dec.p.*357., rejecta opinione quorumdam Authorum,& signanter *Navar. cons*26. *num.*12., *& alt. lib.*3. *de Regular.*, *Barbos. ad Concil. Trid. d. cap.*19.*sess.*25, *de Regul.n.*6., *&* 19.,*& disc.Eccles.* 25.*n.*29., *& seqq. tom.*2: *part.*1. qui arbitrabantur, Professionem eorum, qui morbo aliquo suæ receptionis tempore erant affecti, vel alio pacto ad profitendum inhabiles, numquam tacita ratificatione convalidari, adeoque beneficio restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii non indigere.

Verum, admissa necessitate impetrandi restitutionem in integrum, confidit Orator, eam sibi non fore denegandam, putans, satis in casu suo constare de præcipua illa circumstantia necessario probanda, quod infirmitas Professionem præcesserit, quodque eadem foret incurabilis, atque Superioribus Ordinis eo tempore ignota juxta theoricas, cum quibus processum fuit tam in præmissis Resolutionibus

tionibus, quam in aliis ab eadem Sacra Congr. editis in *Provinciæ Romanæ Capuccinorum nullitatis Professionis* 2. *Julii* 1723., & 8. *Julii* 1724., & in binis Causis *Ordinis Capuccinorum* propositis sub diem 20. Novembris 1728.

Porro, ut ostendat, morbum, quo vexatur, veterem admodum esse, & facile ex materno ventre contractum, cumque nec pharmacis, nec ulla medendi arte vinci omnino posse, quinimo ob Religiosi illius Instituti austeritatem, ciborumque genus in dies recrudescere, & augeri oportere, profert attestationem, a Cæsare Fantasti, & Joanne Baptista Fracassini Medicis, necnon a Joanne Baptista Buelli Chirurgo exaratam, subindeque in formali examine a præfatis duobus Medicis confirmatam, in qua sub jurisjurandi religione testatum habetur „ Che il Padre Giuseppe Maria di Gesù „ Carmelitano Scalzo d' anni 40. si ritrova incommodato di una „ indisposizione scorbutica, la quale per il di lui temperamento „ adusto, e malinconia, e gracilezza del suo Corpo col progresso „ del tempo non può se non avvanzarsi a gradi maggiori con evi- „ dente pericolo della vita, e singolarmente per l' asprezza della „ Religione, e per l' uso de' Cibi della medesima. Per la quale „ cosa osservando Noi l' acerba corrusione delle gingive, e che es- „ so Religioso si è Figliolo d' una Madre soggetta all' istessa infer- „ mità attestiamo essere questo male tratto dalle Viscere mater- „ ne, laonde giudichiamo questo infelice Sacerdote degno d' ogni „ compassione, e dispensa, acciò possa vedersi in qualche stato di „ salute, quantunque così fatta malatia siasi difficile a sanarsi per- „ fettamente.

Hanc autem ægritudinem Superioribus Ordinis eo tempore, quo Orator Professionem emisit, non innotuisse, declaravit Orator ipse in supplici Libello Sanctitati Suæ porrecto in hæc verba „ Confessa l' „ Oratore di avere seco in Religione portata questa indisposizio- „ ne, che per attestato de' Medici pare ereditata dal ventre mater- „ no &c. e sa' d' averla tacciuta, e volontariamente celata nel cor- „ so del suo Noviziato, acció che non venisse a notizia degl' altri, „ e giusta le Constituzioni dell' Ordine li fosse, o negata la Pro- „ fessione, prima di farla, ò annullata, già fatta „; Quin vero neque sibi veram morbi qualitatem tunc temporis fuisse notam asseruit in quadam Epistola sub diem 27. Decembris superioris anni ad hanc S. Congregationem data inquiens „ Io sono entrato in Re- „ ligione con questo male senza avvedermene, e sebbene mi ve- „ niva più volte al giorno il sangue dalle gengive ora acerbamen- „ te corrose, non sapendo, che male fosse, e sapendo, che non ve- „ niva dal petto, non ne facevo caso, anzi procuravo, non lasciar- „ mi vedere a sputare per non rendermi esoso, ed apportare nausea „ e così non l' hò manifestato neppure al Noviziato per la stessa ra- „ gione.

Superior Monasterii, qui fuit una cum Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis in Processus confectione rite excitatus, Oratoris instantiæ se minime opposuit, sed hactenus Religio non declaravit, num ipsa velit uti facultate sibi in enunciatis Ordinis Constitutionibus tributa; quocirca, cum receptum communiter sit, memoratas Consti-

Constitutiones, utpote Decreto Professionem irritante destitutas, id solum operari, ut liberum sit Superioribus Ordinis ad avertendum propriæ Religionis incommodum contra Professum, qui morbum reticuit, procedere, eumque in pœnam commissi delicti è Claustris dimittere; ut inter ceteros advertunt *Navarr. cons.*48. *n.*3. *lib.*3. *de Regul.*, *&* *Marant. respons.*106. *num.*13., *& seqq.*; perpendendum superest, num qualitas expositi morbi, aliæque circumstantiæ, in hypothesi occurrentes satis momentosæ sint, ut exaudiatur Orator in petitione, quam proponit sub Dubio.

An sit locus Restitutioni in integrum in casu &c.

*Sess.*25. *c.*19. *de Reg.* NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Nullitatem Professionis, quam Clemens a S. Josepho sub Instituto Carmelitarum Excalceatorum in Conventu vulgo nuncupato *di S. Teresa a Chiaja* Civitatis Neapolis sub diem 17. Oct. 1729. emisit judiciario ordine coram Ordinario, & Superiore Cœnobii proponere meditans, anno 1735. supplicem SS. D. N. porrexit libellum, quo adversus quinquennium pridem transactum in integrum restitui postulavit; at, remissis de more precibus ad S. Congr., transmissoque nuperrime una cum Relatione Emi Archiepiscopi numeris omnibus absoluta Processu de mandato ejusdem S. Congreg. in Archiepiscopali Curia confecto, nunc idem Frater Clemens, ut voti compos fieri possit, suam sub consueto Dubio prosequitur petitionem, cui ex sequenti duplici capite annuendum fore, confidit.

Alterum est, quod Orator vi, metuque fuerit a Principissa Abellinensi, cui veluti filius subiiciebatur, ad amplectendam Religionem compulsus; sed, cum receptum in jure videatur, metum gravem, qui dicitur cadens in constantem virum, requiri, ut professio ex metu irrita judicetur, eumque haud satis blanditiis, & suasionibus incuti, juxta ea, quæ ad rem tradunt cumulati per *Panimoll. par.*2. *dec.*102. *adnot.*1. *n.*8. *& pluribus seq.*, in facto notandum occurrit, quod Franciscus Tozzi alter ex Testibus ab eodem Oratore inductis hæc tantum de asserto metu deponit -- „ Che la medema Sig. Principessa &c. alla persine crese espediente con belli modi farlo Religioso, ed il medesimo Frà Clemente sempre ripugnando, nel discorrere, che faceva con me, ed altre Persone, dicendo, che non avea tal desiderio di farsi Religioso, stante l' infermità, che lui avea incurabile &c., ed avendole più, e più volte persuaso a farsi Religioso detta Signora Principessa per essere stato allevato in casa sua professandoli tutta l' obligazione, il medesimo Fr. Clemente per acconsentire al volere di d. Principessa condescese alla volontà di d. Signora Principessa --, *Januarius autem Natalillo sic habet* -- Conoscendo la sudetta d' Avellino Spinola, che d. Fra Clemente non poteva esercitarsi in detta Musica, ne poteva perfettamente riuscire Virtuoso, procurò di farlo fare Religioso dell' Ordine Teresiano Scalzo, non ostante, che detto Fra Clemente ripugnava di farsi Religioso; ma perchè a persuasiva di d. Sig. Principessa fu costretto contro sua voglia a farvisi, che allora si lamentò con me, & altre Persone conoscenti, che egli contro sua voglia si faceva Religioso per l' Infermità, che esso

„ ſo pativa, le quali erano incurabili --, *& demum Joſeph Natalillo ad interrogata hiſce verbis reſpondet* -- La cauſa per la quale „ eſſo Fra Clemente ſi fece Religioſo, fu, che vedendo la Sig. Prin- „ cipeſſa d' Avellino Spinola, che egli non riuſciva, ne imparava „ la Muſica dentro detto Conſervatorio, atteſa la di lui indiſpoſi- „ zione delle continue Fluſſioni, che pativa negl' occhi, procurò „ di farlo fare Monaco in d. Convento di S. Tereſa a Chiaja, il qua- „ le contro la ſua voglia ſi fece Religioſo, perchè ſempre piange- „ va, e ſi lagnava con me, che la ſudetta Sig. Principeſſa d' Avel- „ lino voleva in ogni conto ſi foſſe fatto a forza Religioſo, e quan- „ do andò a farſi Religioſo nel Ven. Monaſtero di S. Tereſa a „ Chiaja la prima volta (ſe male non mi ricordo) vi fù accompa- „ gnato dal Sig. Giuſeppe Merola allora Gentiluomo di d. Sig. Prin- „ cipeſſa d' Avellino,

Alterum vero caput ſiſtit in eo, quod Orator ſemel, iterumque interrogatus, in ipſo ſcilicet ingreſſu in Religionem, & ante Profeſſionis actum, num morbo aliquo incurabili, & habituali laboraret reſpondit, ſe nullo ſimili morbo detineri, tametſi ophtalmia, ſive fiſtula in altero ex oculis, ulcere in crure, necnon hernia vulgo -- *rottura* -- afflictaretur, ac licet Conſtitutiones Ordinis prohibeant, ne ullus, qui ob morbum aliquem nequit labores, & onera Religionis ſuſtinere, ad Religioſi habitus ſuſceptionem, multoque minus ad Profeſſionem admittatur, præcipiantque inſuper, ut ille, qui incurabili morbo tempore emiſſæ Profeſſionis laborabat, eumdemque, ne a Profeſſione expelleretur, reticuit, debeat a Religione dimitti, uti conſtat ex verbis ipſarummet Conſtitutionum in Reſtrictu præcedentis Cauſæ per extenſum relatis.

Verumtamen præter ea, quæ circa ſimilem controverſiam fuerunt in Jure adnotata tam in Reſtrictu alterius præinſertæ Cauſæ, quam *in Capritana Reſtitutionis in integrum* propoſita die 6. mox labentis menſis, præſtat in facto advertere, quod dictum vulnus in crure tempore Novitiatus adeo intumuerat, ut opus fuerit, Oratorem in d. Conventu plurium menſium ſpatio medicaminibus curari, proindeque videatur controverti non poſſe, quod morbus iſte Religioſis ejuſdem Conventus, antequam Profeſſio ab eodem Oratore emitteretur, apparuerit; Ob hanc enim circumſtantiam conſtitui non poſſe dicto in morbo Profeſſionis nullitatem, colligitur ex Reſcripto hujus Sacræ Congregationis in Cauſa *Ordinis Cappuccinorum*, ubi, cum Fr. Dominicus Gironda Cappuccinus poſtulaſſet, declarari invalidam Profeſſionem, quam venerea lue infectus contra Conſtitut. Ordinis emiſerat, quia fuit animadverſum, dictum Fratrem neque omnino tacuiſſe, neque ſatis manifeſtaſſe enunciatum morbum, Superiorem vero Regularem, vel eumdem morbum haud ignoraſſe, vel ſupina nimis inſcitia ad eum non advertiſſe, propterea, diſcuſſo Dubio -- *An Profeſſio Fratris Dominici Gironda Cappuccini ſit nulla in caſu &c.*, die 20. Novembris 1728. prodiit Reſcriptum, -- *Non conſtare de nullitate*, -- ut in *lib.*78. *Decr. pag.*531.

Eminentiſſimus Archiepiſcopus ſententiam ſuam aperiens circa binas Profeſſionis nullitates ab Oratore propoſitas ſic habet „ Quoad pri-

„ mam,

,, mam, mihi videtur Orator nullam concludentem metus gravis
,, probationem, qui ad Professionis actum irritandum sufficere pos-
,, set, protulisse. Quoad vero alteram, undecim Testes in hac
,, mea Curia concludenter deposuere, quod Orator, antequam
,, anno 1727. prælaudatam ingrederetur Religionem, tribus mor-
,, bis habitualibus afficiebatur, quos modo quoque perpetitur, pe-
,, detentim in Regulari observantia ob oleosorum esum ciborum
,, ingravescentes, *deindeque in hæc verba concludit*. Quoniam re-
,, censitas infirmitates cum Regulari Instituto incompossibiles esse,
,, cum Orator, tum cæteri ejusdem Ordinis Religiosi experti sunt,
,, propterea totius Provinciæ Procurator per meam Curiam cer-
,, tior factus de tenore adjunctarum precum ex parte d. Monasterii
,, suum præstitit consensum ad Oratoris Professionem irritandam:
,, Et insuper, Oratore instante, per meum Generalem Vicarium
,, Patres Diffinitores d. Conventus requisiti fuere, ut animi sui
,, sensum circa ejusmodi Professionem aperirent. Qui die 13. Sept.
,, nuperrime elapsi capitulariter in scriptis retulere, vitam in di-
,, cto Ordine Regularem ab Oratore tribus dd. morbis affecto duci
,, omnino nequire, quos quoniam in sæculo patiebatur, ac ante pro-
,, fessionis actū patefacere noluit, imo celavit, nulliter ea de re pro
,, fessum fuisse, autumarunt; quemadmodum in Processus revolu-
,, tione id totum cum singulis circumstantiis dilucidius EE. VV.
,, conspicient. Verum enim vero reticendum mihi haud est, secundo
,, dictum morbum, nempe cruris vulnus permultis d. Conventus
,, Patribus ante professionem innotuisse; namque, ut supra retuli,
,, intra tyrocinii annum adeo exasperavit, ut in eademmet Religio-
,, sa domo plures menses medica fuerit ope lenitum. EE. igitur
,, VV. onus erit, sapientiori judicio expendere, an in casu, de quo
,, agitur, valida, nec ne emissa fuerit Professio, & consequenter, an
,, concedenda sit petita in integrum restitutio adversus quinquennii
,, lapsum.

His itaque perpensis una cum juribus nomine Oratoris circumferen-
dis, partes erunt EE.VV. rescribere.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Die Sabbathi 17. Augusti 1737.



Sess. 22. c. 6. de ref.

AMERINEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Præter tres Causas infra describendas, quarum examen EE. PP. aliarum copia, & gravitate distenti nequiverunt in superiori Congreg. habita sub diem 27. Julii proxime præteriti aggredi, hæc quoque, dilationem petentibus Præfectis Communitatis Campi Rotundi, indecisa remansit; quocirca, resumpto Folio ea die distributo, hodie definiendum erit.

An

An Breve a Sanctissimo impetratum super applicatione assertorum superextantium redituum hæreditatis Pier-Sanctis Fanti pro dotibus Instantium sit exequendum in casu &c.

Dilata, & Episcopus, prævia firmatione statūs, referat tam super summa, quæ ex redditibus hæreditariis superextare deberet, quam super numero Puellarum jam extractarum habentium requisita a Testatore volita.

RAVENNATEN. APPLICATIONIS MISSARUM.

Sess.22. Dec. de observat. & evitt. in celebr. Miss.

I. *An pro Legato juliorum decem, & solitæ Ceræ relict. per Michaelem Angelum Porcarium Ven. Cappellæ SS. Conceptionis in Ecclesia RR. PP. S. Francisci Terræ Argentæ in die illius Festivitatis teneantur iidem Fratres celebrare, & insimul applicare Missas, juxta intentionem Patroni, & in quo numero in casu &c.*

II. *An Fratres prædicti teneantur celebrare, & respective applicare Missas in annis anteactis non applicatas in die præfatæ Festivitatis in casu &c.*

III. *An subministratio Candelarum occasione supradictæ Festivitatis sit facienda a Patrono in certa quantitate; seu potius illa resideat in ejus arbitrio, ac devotione in casu &c.*

IV. *An Fratres præfati teneantur reponere in antiquo loco d. Cappellæ Stemma Familiæ de Martiis illius antiquæ Patronæ, necnon antiquam Lampadem, aliaque Supellectilia olim facta ab illius Patronis in casu &c.*

V. *An dicti Fratres possint ad eorum libitum amovere ab Altari, ejusque proprio loco Statuam SSmæ Conceptionis, itemque Crucem, & Candelabra insimul alligata dissolvere, aliaque Sacra Supellectilia facta a Patrono pro usu dicti Altaris alio asportare invitis iisdem Patronis in casu &c.*

VI. *An constet de attentatis in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Provisum in primo. Ad III. Servandum esse solitum. Ad IV. Negative in omnibus, sed licere Hæredibus reponere propriis sumptibus. Ad V. Quoad Crucem, & alia suppellectilia sacra negative. Quo vero ad statuam B. Virginis affirmative, petita prius, licet non obtenta, licentia a Patrono. Ad VI. Negative in casu de quo agitur, & amplius.

VERONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

Sess.25. c.19. de Reg.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Negative, & amplius.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

Sess.5. c.19. de Reg.

An sit locus restitutioni in integrum.

Negative, & amplius.

IPREN. VISITATIONIS SACRORUM LIMINUM. Episcopus Iprensis, ut pastorali pro Grege sibi concredito solicitudini faceret satis, in Relatione status Ecclesiæ ad hanc Sac. Congregationem transmissa juxtà præscriptum notissimæ Constitutionis Sixtinæ incipientis ,, Romanus Pontifex -- hæc inter cetera exposuit ,, Secun-
,, dum, quo vexantur Parochi, & Confessarii, & quorum anxietas No-
,, bis ipsis anxietatem parit, concernit Matrimonia in Hollandia con-
,, tracta coram Ministro, & Magistratu Acatholico. Cum in hac Ci-
,, vitate Iprensi, & pluribus Adjacentibus sit Præsidiũ militare Hol-
,, landicum, ex istis Militibus multi talia Matrimonia in Hollandia
,, contraxerunt, vel cum Catholica, vel cum Acatholica, sed quæ jam
,, in his Partibus existens hæresim ejuravit. Pars illa Catholica, vel
,, Conversa petit, an suo Marito adhærere possit; vel, etsi non petat,
,, Pastor tamen, vel Confessarius sciens, sic esse junctam, dubitat, an
,, beneficio absolutionis sit donanda, an ad Sacramenta alia admit-
,, tenda etiam in periculo mortis, nisi promittat, in casum reconva-
,, lescentiæ a suo Marito recedere. Insuper, si Matrimonia illa dican-
,, tur invalida, exinde orietur evidens impedimentum conversionis
,, Hæreticorum, sic enim relinquendus Maritus, deserendæ proles--
deindeque nomine ejusdem Episcopi porrectus fuit supplex libellus, in quo præfatæ quæstioni altera quoque sapientissimo Eminentiarum VV. oraculo dissolvenda hisce verbis adijcitur ,, La seconda diffi-
,, coltà risguarda i Matrimonj, che trà l' Eretico, e Cattolica, e trà,
,, due Eretici, l' un de'quali poi si converte, si celebrano negl'istessi
,, Præsidj delle dd. Città di Barriera, nelle Parochie delle quali cer-
,, tamente fù publicato, e si osserva il Decreto Conciliare, si doman-
,, da perciò all'EE. VV. anche sù questo il di loro savio parere, ed il
,, modo, con cui deve portarsi l' Oratore, ed i Parochi, e Confesso-
,, ri della Diocesi, particolarmente allor che il Conjuge Cattolico,
,, o Convertito cerca, se possa, o nò perseverare nel suo Matrimonio.

Ut sedulò statuatur, quid prælaudato Antistiti super expositis dubitationibus Sacrum hunc Senatum consulenti rescribere oporteat, præmittendum in facto est, Hollandiam, Zelandiam, Frisiam, aliasque Confœderatas Provincias tàm legitimo Territorii Principi, quàm S. R. E. rebelles evasisse à Catholica deficientes Religione, postquam Decretum Sacri Concilii Tridentini *Sess.* 24. *cap.* 1. *de Ref. Matrim.* in singulis earumdem Provinciarum Paræciis fuerat jussu Philippi II. Hispaniarum Regis jam promulgatum, uti testantur *Bruno Neusser disp.* 182. *qu.* 2. *n.* 4., *de Veriviis art.* 1., *Reiffenstuel. in jus can. lib.* 4. *tit.* 3. §. 3. *n.* 137. *in fin. Busemb. in medull. Theol. Moral. lib.* 6. *tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 2. *la Croix Theolog. Moral. lib.* 6. *part.* 3. *de Matrim. n.* 767., & disertè *Eminentissimus Petra in suis Commentar. ad Constit.* 12. *Ioan. XXII. tom.* 4. *n.* 23.

In jure verò fas est prænotare, quod, tametsi Catholici cum Hæreticis Matrimonium illicitè quidem, sed validè contrahant, juxtà sanctionem *Text. in Can. Cave. in can. Non oportet.* 27. *quæst:* 1. *& in Cap. Decrevit. de Hæretic. in* 6., & doctrinam Angelici Præceptoris *in* 4. *Sentent. dist.* 39. *quæst.* 1. *art.* 1. *in respons. ad* 5. ibi -- *Si aliquis Fidelis cum Hæretica baptizata Matrimonium contrahit, verum est Matrimonium, quamvis peccet contrahendo, si sciat eam hæreti-*

reticam, *ficuti peccaret*, *fi cum excommunicato contraheret*, *non tamèn propter hoc Matrimonium dirimeretur* --, quam communitèr fequuntur Theologi, & Canoniftæ; in Locis tamen, ubi Decretum Sacrum Concilii Tridentini fuit promulgatum, formam ab eo præfcriptam ipfi quoque Hæretici five cum Catholicis, five inter fe Matrimonium celebrent, fervare tenentur, cum nequiverint infelici hærefis præfidio à Sacrorum Canonum Sanctionibus fefe fubtrahere, quemadmodum advertit cum aliis *Eminentiffimus Petra tom.* 4.*in commend. ad Conftit.* 12. *Joann. XXII. n.* 19., *&* 23. adeout, fi, dictà S. Concilii formà pofthabità, abfque Parochi, Teftiumque præfentia Matrimonia ineant, irrita fint, atque invalida, quemadmodum ex Canoniftis tradunt præter alios *Fagnan. in Cap. Si Clericus n.* 56., *& feq. de for. competen. Reinfenftuel. in jus can. lib.* 3. *de clandeft. defponfit* §. 3. *n.* 132. *& feqq. Smalzgrueber. eod. tit. Decret. n.* 115. *Pignatel. confult.* 79. *n.* 26. *tom.* 5., *& confult.* 104. *tom.* 8. *Eminentiffimus Petra tom.* 4. *commentar. ad Conftit.* 12. *Joan. XXII. n.* 20., & ex Theologis, *Rebell. de obligat. juft. lib.* 1. *in præiaud. quæft.* 5. *n.* 14. *La Croix lib.* 6.*part.*3. *de Matrim. n.* 772. *& feqq. Pontas Dictionar. Theologiæ Moral. tom.* 2. *verb. Impedimentum claudeftinitatis caf.* 20., & confonant Refolutiones S. Congregationis, quæ inferiùs referentur, & fignanter in una *Hollandiæ Matrimonium* 23. *Augufti* 1681.

Hifce præhabitis, circà potiffimam difficultatem, quæ examinanda occurrit, nùm in Locis ab Hæreticis modò occupatis, ubi publicatum fuit fæpedictum Tridentini Decretum, valida fint Matrimonia, quæ inter Hæreticos, vel inter Hæreticum, & Catholicam, & è contrà celebrantur fine Parochi quidem præfentia, fed coràm Magiftratu, aut Miniftro hæretico, nonnulli Authores funt, inter quos *Modernus Lovanienfis de jur. Ecclef. tom.* 1. *part.* 2. *tit. de Sponf.a num.* 31.*ad fin. Martin. de Suvaven. de Sponfa duorum*, *Halen. in difert. Theolog. Polit. part.* 2. *part.* 17. *Theophil. Raynaud in Hereroch. Spirit. tom.* 16. *fol. mihi à n.*7.*ad* 14. *Gobat. Theolog. experimentali tract.* 9.*n.*33.*& feq.*, tuentes, Matrimonia, ut fuprà inita, fuftineri, pluribus allatis rationibus, quæ in his potiffimùm fiftere videntur; primò, quod fi non phificè, moralitèr faltèm impoffibile fit Matrimonium inter hæreticos contrahi coràm proprio Parocho, quamdiù Provinciæ, feù Loca, ubi illa celebrari contingit, Achatolici Principis Imperio remanent fubjecta; fecundò, quod indè poffent Hæreticorum converfiones impediri, pluraque exoriri incommoda, quæ facilè avertentur, fi Hæretici petentes Catholicæ Ecclefiæ reconciliari non obligentur Vxores hæreticas converti nolentes deferere, fed poffint cum iis priftinum profequi connubium, tametfi nequeant iftæ ad novum confenfum coram Parocho Catholico præftandum pro Matrimonii convalidatione induci; & tertiò, quod incommoda ex Matrimoniis clandeftinis, quæ in foro externo probari non poterant, fatis evitentur ex nuptiis publicè coram Magiftratu, vel Miniftro Acatholico celebratis.

Contrà verò Sac. hæc Congregatio admittit quidem, valere Matrimonium etiam abfque Parochi præfentià, ubi nèc Parochus Ca-

 tholi-

tholicus, nec Vicarius ab ipsis deputatus existat, vel iis ob metum, & Acatholici Principis persecutionem latentibus, ignoretur, quonam loco sint, vel ad ipsos nequeat tutus haberi accessus, modò servetur, quantum ceteroquin fieri potest, forma à Tridentino præscripta, videlicèt, adhibitis saltèm duobus, vel tribus Testibus, uti constat ex Decreto edito *sub diem* 26. *Septembris* 1602. *lib.* 10. *Decr. pag.* 47., & ex altero in una *Belgii* 27. *Martii* 1632. hisce verbis concepto,, Ubi constat, Decretum Sacri Concilii esse publicatum, vel aliquo tempore in Parochia tanquàm Decretum Sacri Concilii observatum, sed Parochialis Ecclesia, utpotè carens proprio Parocho, & Cathedralis itidèm Episcopo, atque Capitulo habente facultatem alium Sacerdotem delegandi careat, nullusque alius ibi sit, qui vices Parochi, vel Episcopi suppleat, Matrimonium valere absque præsentia Parochi, servatà tamèn in eo, in quo potest, formà Concilii nempe adhibitis saltem duobus, aùt tribus testibus. Si existant quidem Parochus, vel Episcopus, sed, nullo constituto Vicario, uterquè metu hæreticorum lateat, itaùt verè ignoretur, ubinàm sit, vel eodem metu à Diœcesi absit, nec ad alterutrum sit tutus accessus, validum esse Matrimonium contractum absque forma Sac. Concil. Trident.; adhibitis tamen, ut dictum est, duobus Testibus --

At, si Regio, ubi Matrimonium fuit initum, Catholico Principi subjecta reperitur; vel si in ea dominetur Princeps hæreticus, constet tamen, ibi non defuisse verum Parochum, coràm quo poterat Matrimonium ritè celebrari, eadem Sacra Congregatio constans in ea fuit sententia, quod tunc Matrimonia tam inter Hæreticos, quàm inter Catholicum, & Hæreticam, & e contra, etiamsi coram Magistratu, vel Hæretico Ministro celebrata, nullitatis vitio laborent, uti pandit Decretum relatum in *lib.* 10. *Decr. pag.* 47. hisce verbis -- *Hæreticos quoque, ubi Decretum dicti cap.* 1. *est publicatum, teneri talem formam observare, & propterea ipsorum etiàm Matrimonia absque forma Concilii, quamvis coràm Ministro hæretico, vel Magistratu loci contracta, nulla esse, atque irrita* --, & concordant plura alia Rescripta, quæ infrà tum ad absolutam Causæ definitionem, tùm ad materiæ ornatum exponentur.

Imò Matrimonium initum coram Parocho hæretico, uti Parochialis Beneficii titulo ob hæresim destituto, minimè sustineri, tradunt *Fagnan. in cap. Quod à Prædecessore. à n.* 26. *ad fin. de Schismat*, & scitè *Eminentissimus Petra in Commentar. ad Constit. Joann. XXII. n.* 26., *& seqq.*, & in hæc verba resolvit Sacra Congreg. *sub diem* 19. *Mai.* 1572. -- *Nullum esse Matrimonium contractum coram Parocho hæretico, si Decretum Concilii cap.* 1. *de Ref. Matrim. publicatum fuerit in Parochia, & lapsi erant triginta dies à die primæ publicationis*, -- eamdemque rescibendi rationem servavit in altero Decreto, quod refert præcitatus *Fagnan. cap. Ad abolendam. à n.* 38. *de Hæretic.*

Verumtamen posito, quod totiès memorata Matrimonia irrita judicentur, duo adhuc supersunt ponderanda; alterum nempe, an expediat Rescriptum edere, quo eadem Matrimonia espresse decla-

declarentur invalida; Sacra enim Congregatio, ne Catholici, qui aliquando Matrimonium cum Hæreticis injerunt sine Parochi præsentia, nimium gravibus objicerentur periculis, si illud vellent coram Catholico Parocho convalidare, noluit de eorumdem Matrimoniorum nullitate quidquam edicere, uti signanter contigit in Causa *Hollandiæ Matrimoniorum*, ubi, cum propositum fuisset á Vicario Apostolico illius Regionis existimari, Matrimonium inter Hæreticos coram Magistratu etherodoxo celebratum saltèm jure contractus civilis ita consistere, ut, prævia renovatione consensus coram Parocho Catholico, convalidari non oporteret, tùm quia Concilium fuerit quidem in illis Provinciis publicatum, non tamen in illa Republica, quæ postquàm ab orthodoxa Religione descivit, eadem, quæ anteà, ampliùs non sit, sed tam quoad Gubernium, & Habitatores, quàm quoàd Religionem hodie maneat immutata; tùm etiàm quia Resolutiones Sac. Congreg., quibus contrarium fuerat definitum, congruerent tantùm antiquiori tempori, quo nondùm desperata erat conversio Hollandiæ ad Hispanos, disceptato Dubio -- *An in Provinciis Belgii Confœderatis valeant Matrimonia Catholicorum cum Etherodoxis contracta coram Magistratu hæretico, non obstante Decreto Concilii de solemnitatibus Matrimonii in illis Provinciis publicato, & recepto*, -- Sagra Congregatio sud diem 23. Augusti 1681. sese abstinens ab explicita declaratione nullitatis dictorum Matrimoniorum, rescripsit -- *Ad mentem cum Sanctissimo*, *scilicet*, *si esset respondendum Dubio*, *esset respondendum negativè*, ut in *lib.* 31. *Decr. pag.* 459.

In *Boscuducen.* itidem *Matrimonii*, propositis Dubiis,, I An, si quis, ,, dum erat hæreticus, Matrimonium contraxit coram Magistratu, ,, vel ministro hæretico, & postea convertatur ad Fidem Catholicã, ,, requiratur ad validitatem hujusmodi Matrimonii novus consen- ,, sus utriusque Conjugis, vel Conversi tantum. II. An quatenùs hu- ,, jusmodi novus consensus præstari commodè nequeat, nihilomi- ,, nùs indulgendum sit, ut in hujusmodi Matrimonio possit Conver- ,, sus licitè perseverare --, *die* 3. *Februarii* 1683. *prodiit Rescriptum* -- ,, Ad mentem --, *eaque hunc in modum explicata reperitur* -- Mens ,, est, quod servetur id, quod fuit observatum in simili casu a Sa- ,, cra Congregatione Concilii in una Hollandiæ Matrimoniorum ,, 23. Augusti 1681., lib. 33. Decr. pag. 52., & seq.

Demùm *in Trajecten.* summatim exposita hac facti serie concepta ,, Quidam Missionarius, qui dicit, se esse unicum Pastorem Ca- ,, tholicum in Exercitibus Hollandicis, quique potiùs a statibus Hol- ,, landicis toleratus, quam stabilitus apellari valet, licèt jàm deci- ,, mus septimus labatur annus, ex quo prædicto Pastorali fungitur ,, officio, per Epistolam certiorem reddidit D. Abbatem S. Catheri- ,, næ Internuntium Bruxellensem, quod quatuor circitèr abhinc an- ,, nis quædam Mulier Vidua Catholica Matrimonium contraxerit ,, cum Lutherano Mose Trajecti coràm Ministro Lutherano, & in ,, forma apud Lutheranos usitata, & quod usque adhuc habiti sunt ,, pro legitimis Conjugibus, tùm quia quidam Director Spiritua- ,, lis Mulieri persuasit, Matrimonium esse validum, tùm quia mul-

„ ti tam Lovanii, quàm alibi ſentiunt pro validitate conſimilium
„ Matrimoniorum, & quod ſolùm poſtremis diebus Mulier, quæ
„ dubitare cæpit de validitate Matrimonii, dubium prædictum ſibi
„ aperuit,cui tamèn prohibuit, ne illud notum faceret vel Marito,
„ vel Capitano Legionis Draconum Wallonum,inter quos Maritus
„ adſcriptus eſt,cum enim ille etiam ſit Lutheranus, Dubii manife-
„ ſtatio cedere poſſet in detrimentum Catholicæ Religionis, & in
„ Epiſtola ab Internuntio Bruxellenſi quæſivit,an Matrimonium eſ-
„ ſet validum, & quatenus validum non eſſet petiit licentiam, ut
„ coram ſe poſſent conſenſus renovari--;*Diſcuſſiſque binis Dubiis* --
„ I.An Matrimonium inter hæreticum, & Catholicam contractum
„ coràm Miniſtro hæretico validum ſit in caſu &c.;& quatenus ne-
„ gativè.II.An ſit concedenda facultas cautè renovandi conſenſum
„ coràm Parocho Catholico in caſu &c., *die* 22. *Novembris* 1721.
„ *reſponſum fuit* -- Ad mentem, -- *quæ in eo verſata eſt*, quod Ma-
„ trimonium eſſet nullum -- *ut in* lib. 71. Decr. pag. 506.

Interdùm veró (ubi ſcilicèt nullus urgere videretur timor damni in Catholicos, vel in eos, qui, ejurato errore, orthodoxam Religionem cupiunt amplecti) eadem Sacra Congregatio non abſtinuit ab expreſſa declaratione nullitatis; cum enim in Cauſa *Gedanen.* ageretur de Matrimonio contracto inter Catholicum, & Hæreticam, non tamèn coram Parocho Catholico, qui eo in loco non deerat, ibique Decreta Sacri Concilii Tridentini obſervari ſolerent, die 4. Septembris 1677. reſcriptum fuit -- *Matrimonium eſſe nullum* --, ut *in lib.* 29. *Decr. pag.* 415., atquè in ſimilia verba reſponſum fuit *in Ruremunden. Matrimonii* 2. *Maii* 1676. *lib.* 29. *Decr. pag.* 241. *in Colonien. die* 16, *Decembris* 1719. *in Moguntina* 21. *Maii* 1721. *lib.* 71. *Decr. pag.* 184., *&* *in Paderbonen.* 4. *Auguſti* 1725. *lib.* 75. *Decr. pag.* 447.

Alterum veró, quod examinandum reſtat, in eo vertitur, nùm Coniugi Catholico, vel ad Catholicam Fidem converſo permitti poſſit in Connubio antea inito tutà conſcientià perſeverare, eique Confeſſarius, vel Parochus abſolutionis beneficium queat impertiri, aliaque Sacramenta adminiſtrare tàm in caſu, quo ille ſciſcitetur, an licitum ſibi ſit Coniugi ſuo adhærere, quàm in altero, quo de validitate ſui Matrimonii non dubitet, ſed in bona fide verſetur; Quamvis enim certum ſit, Conjuges, qui Matrimonium coram Miniſtro hæretico invalidè contraxerunt abſque præſentia Parochi, in perpetuo vivere concubinatu, niſi ſubindè curent, renovato conſenſu coram Parocho Catholico, Matrimonium convalidare, uti cum aliis advertunt *La Croix Theol. Moral. lib.* 6. *part.* 3. *n.* 770. & *Pignatell. tom.* 8. *conſult.* 104., ubi hæc habet „ Multi hæretici convertuntur ad Fidem,
„ inter quos non pauci ſunt Conjugati, altero Conjuge perſeveran-
„ te in hæreſi, Conjugati,inquam, ritu tamen hæretico,ideoque in-
„ valido,cum in illis Partibus publicatum ſit Decretum Sacri Con-
„ cilii Trdentini, Pars converſa cupit Matrimonium renovare ſe-
„ cundùm formam ejuſdem Decreti Tridentini, at Compartem
„ hæreticam, a qua ſeparari moraliter impoſſibile eſt, nullatenus
„ poteſt inducere,ut coram Parocho compareat;Quæritur,quid Pa-

ſtores

„ ſtores Catholici cum tali agere debeant, & ſpeciatim, an Conju-
„ gem bonæ voluntatis ad uſum Sacramentorum poſſint admittere.
„ Reſpondeo, ſi in dd. locis non fuerit publicatum Decretum Con-
„ cilii Trid. de Reform. Matrim. cap. 1., Matrimonium, etſi ritu
„ hæretico celebratum, validum eſt,ut declaravit Sacra Congrega-
„ tio Concilii in Biſuntina 26. Junii 1698., ac perindè Paſtores Ca-
„ tholici poterunt admittere ad Sacramenta alterum Conjugem
„ converſum ad Fidem, dummodò vivat in Matrimonio ſine con-
„ tumelia Creatoris. Si verò in iis Locis fuerit publicatum, & ejus
„ forma non fuerit in ejuſmodi Matrimoniis obſervata, Matrimo-
„ nia ſunt nulla; nàm hæretici quoque, ubi Decretum d. Cap. 1.eſt
„ publicatum, tenentur talem formam obſervare, & proptereà
„ etiam ipſorum Matrimonia abſque forma Concilii, quamvis co-
„ ram Miniſtro hæretico, vel Magiſtratu Loci contracta, nulla, at-
„ que irrita ſunt, juxta declarationem Sacræ Congregationis Con-
„ cilii tranſmiſſam Epiſcopo Tricaricenſi Nuncio Apoſtolico apud
„ inferiorem Germaniam, quam refert inter alios Zipæus in anna-
„ lit. jur. Pontific. lib. 4. tit. de Sponſ. num. 16., & nos alibi; qua-
„ re in hoc caſu Conjux converſus non poteſt admitti ad Sacramen-
„ ta, niſi priùs ſeparetur, cùm vivat in aſſiduo concubinatu --

Attamen ii, qni in hæreſi Conjugium invalidè injerunt, formà Tridentini non ſervatà, ſubindeq. ad Catholicam Religionem converſi bona fide in eo perſeverant, ſuoque Conjugi adhærent, relinquendi potiùs videntur in eadem bona fide, quàm de Matrimonii invaliditate monendi, ne aliàs, cùm velint Matrimonium, renovato conſenſu coram Parocho Catholico, convalidare, plurimis gravibus ſubijciantur periculis, quæ facilè ſibi impenderent ob odium, & perſequutionem Principis, ſeu Magiſtratus Achatholici ægrè ferentis, validitatem Matrimoni coram Miniſtro hærerico initi in dubium revocari, ut ex mente Sac. Congregationis in citata Cauſa *Hollandiæ Matrimoniorum* docet Eminentiſſimus Petra *to.* 4. *in Commentar. ad Conſt.* 12. *Joannis XXII. num.* 24.ibi.,Sacra Congregatio Concilii reſpondit Secretario cum
„ Sanctiſſimo ad mentem, quæ erat, quod, ſi reſpondendum eſſet
„ ad Dubium dicendum eſſet,Matrimonia non valere, attamen ani-
„ madverſum fuit, id non expedire, quia potiùs deberent permit-
„ ti in eorum bona fide permanere, quàm tot periculis exponere
„ Catholicos: verùm, ut notatum vidi in quodam voto Cardinalis
„ Caſanate, ſcriptum fuit Internuntio, ut mandet Vicario Apoſto-
„ lico, ne audeat Miſſionariis prohibere, ne talia Matrimonia con-
„ trahant; ſanè aliud eſt tolerari, aliud, quod Contrahentes indu-
„ ci non valeant à Miſſionariis ad verum Matrimonium contra-
„ hendum, quod ultimum falſum certè eſt, & modis placidioribus
„ curandum quoad contracta, & inſiſtendum quoad contrahenda.

Conjuges verò Catholici, vel recèns ad Fidem converſi, ſi dubitantes de valore Matrimonii in hæreſi coram Miniſtro hæretico contracti Paſtores, vel confeſſarios ſuos conſulant, nùm ſibi licitum ſi in eo Conjugio ſic inito permanere, inducendi omninò ſunt, ut cautè coram Parocho Catholico conſenſum renovent, ac ità Matrimonium revalident; Quod, ſi tutò, & commodè id fieri

fieri nequeat, non desunt Doctores, qui putant, eis licere in usu Matrimonii jam initi, non renovato consensu coràm Parocho Catholico, perseverare, arbitrantes, hanc opinionem veluti probabilem admitti posse, non obstantè propositione ab Innocentio XI. præscripta in ordine *la prima*, quæ de Sacramentis administrandis, vel conficiendis, & respectivè de Matrimonio contrahendo, non autem de jam celebrato loquitur, quemadmodum præ ceteris tradit *La Croix Theol. Moral. lib. 6. part. 3. de Matrim.* 177. ibi,,Si Matrimonium jam sit ità contractum, poterunt
,, Conjuges etiam conversi permanere in usu illius, quamvis con-
,, sensum non renovent coram Parocho Catholico, quia probabile
,, est, fuisse validum, & sequendo hanc opinionem probabilem, haùd
,, Sacramentum exponitur periculo nullitatis, vel irreverentiæ;
,, tutiùs tamen erit eos adducere, ut, obtentà Dispensatione in im-
,, pedimentis, si quæ adsint, contrahatur de novo coram Parocho
,, Catholico, & Testibus, ne se exponat periculo materialis fornica-
tionis --; Alii veró censent, præstare, ut Summus Pontifex supremà suà authoritate Conjugibus conversis indulgeat in Matrimonio celebrato coram Ministro hæretico, etiam dicto consensu non iterato, permanere, secundùm ea, quæ ad rem notant *Laym. lib. 4. tract. 10. part. 2. cap. 2. Disastill. de Sacram. tom. 3. tract. 10. disp. 3. dub. 10. n. 74. Tanner. tom. 4. disput. 8. quæst. 3. dub. 9.*, quos refert *Eminentissimus Petra loc. sopracit. num.* 25., ubi post expositam mentem Sacræ Congregationis in *Buscoducen. Matrimonii* sic inquit,, Ete-
,, nim dubio procul est, hujusmodi Matrimonia coram Scabinis,
,, seu Ministris hæreticis celebrata nulla esse ob formam Concilii
,, non servatam. Nihilominus cùm solemnitas Matrimonii sit ju-
,, ris positivi, ac agatur de Locis, in quibus Hæretici gravis-
,, simis poenis afficiunt eos, qui prætendunt nullum Matrimonium
,, contractum cor. Ministro hæretico; ad majus malum evitandum,
,, & ob Catholicorum favorem expedit potius tolerare hujusmodi
,, Matrimonia, præsertim quia, ut asserebatur in cit. Buscoducen., si
,, Conjux conversus prætenderet nullitatem primi Contractus, gra-
,, vi poenà afficeretur ab Hæreticis tamquam violator eorum legis,
,, neque Conjux hæreticus permitteret præstari novum consensum:
,, undè meritò patebatur, quod Pontifex indulgere dignaretur, lice-
,, re Conversis continuare in Matrimonio contracto coram Mini-
,, stro hæretico, etiam sine novo consensu, quotiès iste commodè
,, præstari non posset.

Et sane, sicuti Summus Pontifex, concurrente legitima causa, potest Matrimonium irritum propter defectum præsentiæ proprii Parochi, vel ob aliud quodvis impedimentum de jure tantùm Ecclesiastico Matrimonium dirimens in radice convalidare, & directè dispensando super Matrimonii invaliditate prolem ex copula putativè conjugali susceptа ad legitima restituere natalia, juxtà communem Canonistarum sententiam in *Cap. Per Venerabilem, ubi Joannes Andreas n. 26. Abbas n. 22. Alexander de Nevo n. 18. Gonzal. n. 23. Barbosa n. 6. qui filii sint legitimi*, & ad eumdem titulum Decretalium prosequuntur *Piring. §. 6. n. 42. & seqq. Anaclet. §. 2. n. 51. Navarr. consil. 2. lib. 4. eodem tit. qui filii sunt legitimi*, plenissime

Bar

Barbosa vota decisiva 27. *per totum lib.*2. *Sanchez de Matrim. lib.*8. *disput.*7. *n.*4., *& plurib. seqq. Pont. de Matrim. lib.*11. *cap.*5. §.1. *n.*7., *Castill. tom.*5. *controv. cap.*105., *& præcipuè n.*28. *Diana in edit. Coord. tom.*3. *tract.*1. *resolut.*87. *per tot. Peregrin. de Fideicom. art.*24. *n.*76., *& plurib. seqq. Corrad. in prax. dispensat. lib.*8. *c.*3. *n.*46. *& seqq. de Justis de dispens. Matrim. lib.*1. *cap.*7. *n.*284. *& seqq.*, fuitque perpetua opinio Rotæ, ut habetur *ex decis. in Causa Pampilonen. Illegitimitatis* 5. *Decembris* 1608., *&* 10. *Junii* 1609. *coram Justo impressis apud Garziam de benef. part.*7. *cap.*2. *n.*40., *& seqq.*, *& dec.*1121. *cor. Seraphino*, *dec.*462. *lib.*2. *in correctis coram Puteo*; *dec.*19. *per tot. cor. Ludovis. dec.*174. *post secundum volumen Cons. Farinacc.*, *& plenissimè in decis.*455. *part.*1. *rec.*, *& dec.*617. *part.*2. *rec.*, & in terminis Matrimonii invalidi ex defectu præsentiæ Parochi rescripsit Sacra hæc Congregatio in *Pragen. Matrimonii die* 18. *Septemb.* 1723. *lib.*73. *Decr. pag.*495. ita ponderandum est, num id generali quopiam Decreto fieri expediat pro casibus, quos ita generatim exposuit Episcopus consilium æquè, ac remedium postulans in iis potissimum circumstantiis, in quibus facile patet, conjugem acatholicum nolle ab hæretica pravitate resilire; cum de cetero in præcitata *Trajecten.* ubi præter Dubium concernens validitatem Matrimonii inter Hæreticum, & Catholicam initi, discussum quoque fuit, num, quatenus invalidum illud judicaretur, concedenda esset facultas caute renovandi consensum coram Parocho Catholico, Sacra Congregatio noluerit quidquam circa id respondere, tametsi Matrimonium irritum esse censuisset.

Hæc sunt, quæ ad duplicis quæstionis ab Iprensi Episcopo propositam decisionem fusiùs exponere oportuit, quia nihil ad manus EE.VV. deferetur, solumque Sacræ huic Congregationis præter ejusdem Antistitis relationem exhibitus fuit enunciatus supplex Libellus, in quo post relatas Resolutiones S. C. in citatis Causis *Hollandiæ Matrimoniorum*, & in *Boscoducen. Matrim.* ita subjungitur :,, E quantunque questo sentimento della Sagra Congregazione non sembri decidere, e strettamente addattarsi al caso presente, imperciochè risguarda solamente i Conjugi dimoranti nelle Provincie soggette al Dominio Olandese, ove può esservi il timore dei pericoli suddetti, i quali pare, che cessino nel caso, che i Conjugati in Olanda vengano ad abitare nel Presidio delle dd. Città di Barriera, le quali fuorche il Præsidio, sono composte di Cattolici, e sono proviste di Vescovi, e Parochi anche Cattolici coll' uso libero della Santa Religione, contuttociò, siccome gli Officiali del Præsidio esercitano tutta la Giurisdizione ne' Soldati, e loro Mogli, anchorchè si trovassero in mezzo alla Città, e Distretto, quindi il Conjuge convertito restando nelle dd. Città di Barriera può patire gl'istessi pericoli, che passarebbe dimorando in Olanda, e non vi sarebbe altro scampo, fuorche quello di trasportare il Convertito in un'altra Città, che non fosse di Barriera, *& infrà* -- L'Oratore non ha mancato di insinuare a' Parochi, e Confessori, che si sforzassero a persuadere il Conjugato rimasto Eretico a dare nuovo consenso almeno segreto, cioè senza publicazioni in presenza dei Parochi Cattolici, ma se ciò basti, quando non siegua,

,, come alle volte succede per dissenso del Conjuge Eretico, sarà
,, parte della prudenza, e saviezza delle EE.VV. il renderne un'ac-
,, certato parere, o qualche altro temperamento, che stimaranno
,, più proprio --

Omnibus itaque perpensis, onus erit EE. VV. deliberare
An, & quomodo sit rescribendum Episcopo in casu &c.

Ad Mentem.

Cap. 12. Seß. 24. de ref.

NULLIUS, SEU' S.SEVERINI PAROCHIALIS. Cum ad dirimendam controversiam inter Episcopum, & Abbatem Commendatarium S.Mariæ de Rambona,& S.Laurentii in Dogliolo pridem exortam super modo, quo conferendæ essent Parochiales Ecclesiæ ad enunciatam Abbatiam spectantes discussum inter cetera fuerit Dubium -- *An, & quando in collatione Ecclesiarum Parochialium Abbatiæ servanda sit forma tradita à Sacro Concilio cap.* 18.*Sessione* 24.*de Ref.*, -- primùm die nemp è 11. Aprilis 1682. prodiit Resolutio, - *Servendam esse Constitutionem Pianam,* -- ut in *lib.*32.*Decr.pag.*216., deindè verò. repropositâ Causa sub consueto Dubio -- *An in collationibus Ecclesiarum Parochialium Abbatiæ Sancti Laurentii in Dogliolo sit standum, vel recedendum à Decisis* 11.*Aprilis* 1682. *in casu &c.*, die 17. Junii 1719. rescriptum fuit, -- *Recedendum esse à decisis* -- ut in *lib.* 69. *Decr.pag.*289.

Posteriori huic resolutioni inhærens modernus Episcopus concursum indixit ad vacantem Parochialem Ecclesiam S. Blasii Fontis Cupæ, & S.Antimi de Saxo unam ex Parochialibus, quæ ad prælaudatam Abbatiam pertinere asseruntur, cumque Sacerdos Joannes Mazza fuerit ad Animarum Curam præ ceteris idoneus renunciatus,atque in Rectorem ejusdem Ecclesiæ ab Episcopo præelectus, istius præelectionis vigore patentalibus literis collationis sibi factæ communitus,Ecclesiæ prædictæ possessionem adeptus est.At Promotor Fiscalis Abbatialis Curiæ,habitâ hujus rei notitiâ,statim recursum habuit ad Sacram Congregationem postulans,ut tàm collatio ab Episcopo facta,quam possessio d. Joannis circumscriberentur, remissaque ad plenam Congregationem instantiâ, curavit subscribi duo Dubia,quæ hodie sapientissimo EE. VV. judicio discutienda proponuntur.

Decisionem hujus Causæ quoad primum Dubium, cui alterum consectarium est, putat memoratus Promotor Fiscalis ab ea pendere facti inspectione, num scilicet prælaudata Parochialis Ecclesia ad dictam Abbatiam pertineat,eaque dici possit una ex Ecclesiis, quæ tenentur eidem Abbatiæ censum in subjectionis signum tribuere; hoc enim posito, duo inde inferre nititur, alterum, quod dicta Ecclesia ab ordinaria Episcopi Jurisdictione sit exempta,subjecta verò jurisdictioni Eminentissimi Abbatis Commendatarii, juxtà Bullam fa:me: Urbani VIII., in qua sic habetur,, Nos motu proprio, & ex certa scien-
,, tia, ac maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis
,, plenitudine litem prædictam cum omnibus illius incidentibus,
,, dependetibus, emergentibus, & annexis in eisdem Statu, & terminis,

,, minis, in quibus tunc reperiebatur, a prædictis, & quibuſcum-
,, que aliis Judicibus ad nos avocavimus penitus &, que illam
,, omnino extinximus, ac perpetuum in, & ſuper præmiſſis omni-
,, bus, & ſingulis ſilentium impoſuimus, & prætereà exemptio-
,, nem, & liberationem dictorum Monaſteriorum à jurisdictione
,, Ordinarii, illorumque Sedi Apoſtolicæ ſubjectione, necnon
,, Privilegiorum, & exemptionum eorumdem Monaſteriorum
,, confirmationem per dictos Prædeceſſores, ut ſupra, & deſuper
,, confectas eorumdem Prædeceſſorum literas cum omnibus,
,, & ſingulis in eis contentis, & inde ſequutis quibuſcumque,
,, perpetuò approbavimus, & confirmavimus, illiſque inviolabilis
,, Apoſtolicæ firmitatis vim, & robur adjecimus, & nihilominus
,, pro-priori cautelà, Monaſteria prædicta, illorumque, & cujus-
,, libet eorum bona, laboratores, familiares, Presbyteros, Beneficia-
,, tos, Clericos eiſdem Monaſteriis ſervientes, & alios ipſorum Mo-
,, naſteriorum ſervitiis pro tempore adſcriptos, ac deniqueEccleſias
,, Cenſum eiſdem Monaſteriis ſolventes ab omni, & quacumque
,, Ordinarii Loci pro tempore exiſtentis Juriſdictione, ſuperiorita-
,, te, viſitatione, & correctione penitus, & omninò exemimus, & li-
,, beravimus, illaque ſic exempta, & liberata Nobis, & Apoſtolicæ
,, Sedi immediatè perpetuò ſimiliter ſubjecimus, & ſuppoſui-
,, mus &c. necnon eidem Antonio Cardinali Commendatario,
,, ejuſque Succeſſoribus Monaſteriorum hujuſmodi Abbatibus, ſeu
,, perpetuis Commendatariis juriſdictionem Eccleſiaſticam in Mo-
,, naſteriis prædictis, ac in bona, & Perſonas, ac Eccleſias per Nos, ut
,, præfertur, exemptas, & exempta privativè quoad d. Epiſcopum
,, Sancti Severini, & quemvis alium Loci Ordinarium, itaut Epiſco-
,, pus, & Ordinarius hujuſmodi nequidem tamquam Sedis Apo-
,, ſtolicæ Delegatus, etiam vigore Decretorum dicti Concilii ullam
,, omninò juriſdictionem, ſeu actum juriſdictionis in Monaſteria, &
,, bona, Perſonas, & Eccleſias prædictas, & præfata quacumque de
,, Cauſa unquam exercere, ſeu prætendere poſſit, tenore præſentium
,, perpetuò concedimus, & impartimur &c.

Alterum verò, quod Collatio ſæpedictæ Eccleſiæ, præviis concurſu, & approbatione per Epiſcopum explendis, ad eumdem Eminentiſſimũ Abbatem Commendatarium pertineat, ſecundùm ea, quæ ex cenſura Sacri Concilii Tridentini *Cap.*18.*Seſſ.*24. *de Reformat.* ad rem tradunt adducti per *Eminentiſſimum Petr. tomo* 5. *ad Conſt.*4. *Calixti Quarti Sect.*1. *num.*122., & *ſeqq.*, idque potiſſimum comprobari putat ex Reſolutione ab hac Sacra Congregatione edita in *Anglonen. Parochialis*, ubi poſtquam Dubio ità concepto -- *An jus conferendi Beneficia curata ſpectet ad Epiſcopum, vel potiùs ad Eminentiſſimum Abbatem* -- die 4. Julii 1716. reſcriptum fuerat -- *Collationem tituli Parochialis S. Lucæ ſpectare ad Eminentiſſimum Abbatem, concurſum verò, præelectionem, & inſtitutionem authorizabilem ſpectare ad Epiſcopum* --, propoſità ad petitionem tùm Eminentiſſimi D. Cardinalis Firrao moderni Abbatis S. Eliæ, tum Epiſcopi tunc temporis Anglonenſem Eccleſiam regentis ſubalterna quæſtione, -- *An jus concedendi Bullas Proviſionis ad Eccleſiam Parochialem S. Lucæ competat Epiſcopo, ſeu potiùs Eminentiſſimo Abbati in caſu &c.*, die 15. De-

 cem-

cembris superioris anni prodiit Resolutio -- *Negativè quoad primam partē, & affirmativè quoad secundā* --, ut in *lib.*86. *Decr.p.*157. *& seq.*

Ut autem reipsá ostendat, memoratam Parochialem Ecclesiam ad Abbatiam S.Mariæ de Rambona, & S.Laurentii in Dogliolo pertinere, nonnulla exhibet documenta, quæ in hunc finem conducere arbitratur; primò scilicet, attestationem Cancellarii Abbatialis Curiæ deponentis, Ecclesiam S.Blasii Fontis Cupæ inter ceteras, quæ dictæ Abbatiæ sunt subjectæ, in peculiari quodam libro ejusdem Abbatialis Curiæ numerari, illiusque Rectorem hactenùs consuevisse censum in signum enunciatæ subjectionis persolvere, quemadmodum Parochi aliarum Ecclesiarum præstare tenentur; secundo particulam Informationis prò Episcopo in Propositione alteriùs Causæ exaratæ, in qua Patronus ejusdem Episcopi ultrò fassus fuit, sex Parochiales nempè S. Petri Serripulæ, S.Petri Blaxiorum, controversam Fontis Cupæ, S. Viti de Portulo, S.Luciæ del Serrone prædictæ Abbatiæ aliqualiter subjectas esse; & tertio denique actum visitationis à Vicario Generali ejusdem Abbatiæ sub annum 1680. peractæ, in qua idem Vicarius nomine Eminentissimi Abbatis *visitavit Ecclesiam S.Blasii Fontis Cupæ, & mandavit firmari Tabernaculum in Altari majori, mandavit, confici Sepulturam Puerorum infra duos Menses, & reaptari Cappellam Sanctissimæ Mariæ Rosarii.*

Jura Promotoris Fiscalis Episcopalis Curiæ, qui collationem ab Episcopo factam, possessionemque Parochialis Ecclesiæ a Sacerdote Joanne Mazza successivè captam tueri satagit, nondum allata sunt; Partes itaque erunt EE.VV. dijudicare.

I. *An collatio Ecclesiæ Parochialis, de qua agitur, spectet ad Eminentissimum Abbatem Commendatarium S. Mariæ de Rambona*; & quatenùs affirmativè.

II. *An literæ collationis expeditæ per Episcopum Sancti Severini favore Joannis Mazzæ, & possessio ab ipso capta vigore dd. literarum de d.Ecclesia sint circumscribendæ in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess.22. Decr. de obser. & evit. in celebrat. Miss.

FULGITATEN. APPLICATIONIS MISSÆ. Anno 1612. Sodales Ven. Confraternitatis S.Joannis Decollati vulgò nuncupatæ *della Misericordia* Civitatis Fulginei cesserunt, plenoque jure donarunt Patri Bartolomæo Gavanto Ordinis Clericorum Regularium Sancti Pauli celebri Sacrorum Rituum Magistro pro se, & ejus Congregatione, sive Patribus Barnabitis Hortum quemdam cum parvà areà, & domunculà Oratorio ejusdē Societatis adjacente sub hac lege -- *Che dd. Padri, e Successori perpetuamense siano tenuti & obbligati dire, e celebrare una Messa il giorno nella Chiesa d'essa Compagnia incominciando dal giorno, che si prenderà il Possesso di dd. spazii, siti & Orti, & in essa di cominciare da loro a fare fabbricare, e tal Messa si debba dire gratis, e senza altra elemosina &c., come anco siano tenuti, ed obbligati d'amministrare tutti i Sacramenti di Confessioni, e Reconciliazioni, & Eucaristia, e ciò a beneficio de' Confrati d'essa Ven. Compagnia* --

Hac habita concessione prælaudatus Pater Gavantus, & successivè alii Pa-

Patres Barnabitæ Miſſam in Oratorio d. Confraternitatis quolibet die uſque ad annum 1689. celebrare, Sacramentales Confratrum Confeſſiones excipere, eiſque Sacramenta miniſtrare conſueverunt; at, contendentibus poſtmodùm dd. Patribus ex privato quodam aditu ad præfatum Oratorium accedere, memorati Sodales, qui eorum petitioni non annuebant, ne hujus controverſiæ occaſione prædictæ Miſſæ celebratio, aliorumque piorum operum illis injunctorum exercitium ſuſpenſà interim, ac inadimpleta remanerent, opportunã deſuper promoverunt inſtantiam coram Vicario Generali, qui ſub diem 9. Februarii dicti anni 1690. -- *mandavit, Ven. Societatem Miſericordiæ Fulginei manuteneri in poſſeſſione, vel quaſi celebrare faciendi Miſſam quotidianam per RR.PP. Barnabitas ejuſdem Civitatis in Eccleſia ejuſdem Societatis, & adminiſtrandi Sanctiſſima Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ in eadem Eccleſiâ &c. item pro effectuatione d. manutentionis mandatum contra dd. Patres Barnabitas relaxavit pro julio uno pro quolibet die in caſu non adimplementi totiès, quoties, & donec &c. erogando pro celebratione d. Miſſæ quotidianæ, & adminiſtratione Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ in d. Eccleſiâ Miſericordiæ ſolvendo alicui Sacerdoti præmiſſa adimplenti eligendo per Officiales d. Societatis* --

Veruntamen utraque Pars brevi pertæſa eiuſmodi litis in gradu appellationis ad Tribunal A. C. poſthac devolutæ è re ſuà cenſuit ſolemnem inire tranſactionem, in qua antedicti Patres primævum onus in hæc verba reſumpſerunt -- *All'incontro dd. Padri Barnabiti, come ſopra, capitolarmente congregati per loro ſteſſi, e ſucceſſori perpetui in d. Collegio ſpontaneamente, & in ogn' altro meglior modo &c. inerendo al predetto primo obbligo contenuto nel detto Inſtromento fatto l' ultimo Aprile 1612., ſeu &c. e ſenza fare innovazione alcuna &c. promettono, e ſi obbligano a favore di d. Compagnia ſtipulanti, & accettanti dd. Signori Officiali, e Deputati di celebrare* perpetuamente la detta Meſſa quotidiana *nella Chieſa di d. Compagnia, & ivi amminiſtrare li Santiſſimi Sagramenti della Confeſſione, e Communione ad arbitrio delli Sig. Confratelli della medeſima Compagnia, conforme all' obbligo convenuto nell' Iſtromento fatto del 1612., ogni eccezzione, & appellazione rimoſſe &c.*

Rebus ita compoſitis, novum ſubinde inter eaſdem Partes excitatum eſt jurgium; cum enim ad aures Præſidum Confraternitatis prædictæ delatum nuperrimè fuerit, Patres Barnabitas, non in beneficium Societatis, ſed pro iis, qui ſibi eleemoſynam elargiuntur, Miſſam, quam ſingulis diebus in dicto Oratorio celebrant, applicare ſub obtentu, quod in Inſtrumento anni 1612. impoſitum ipſis tantum fuerit onus Miſſam celebrandi, non autem illam pro Confratribus applicandi ejuſdem Confraternitatis Præſides, id præmiſſæ legi in memorata conceſſione adjectæ repugnare putantes, ſupplicem Sacro huic Conſeſſui porrexerunt Libellum, quo poſt expoſitam Facti ſeriem hactenus deſcriptam, poſtularunt, antedictos Patres ad controverſam Miſſæ applicationem compelli: quocirca Dubium, quod inferius deſcribetur, modò diſceptandum eſt.

Præcipuum Societatis fundamentum conſtituitur in vulgatà Juris regulà, juxtà quam communiter receptum eſt, non celebrationem ſolum,

sùm, verùm etiam Sacrificii applicationem censeri injunctam, tamet si de sola Missæ celebratione, non autem de applicatione habita fuerit mentio, juxtà plurimas Resolutiones S.C. editas *in Tinnen. Applicationis Sacrificii* 18. *Augusti* 1668. *in Spoletana Applica tionis, & Reductionis Missarum* 11. *Januarii* 1710. *lib.*60. *Decr. p.*4. *in Romana Reductionis, & Applicationis Missarum* 15. *Decemb.* 1712. *lib.*64. *Decr. pag.*485. *in Ferrarien. Applicationis Missarum* 26. *Martii* 1718. *lib.*68. *Decret. pag.*113., *& in Cornetan.* 23. *Junii* 1725. *lib.*75. *Decr. pag.*313. *& in Senogallien. Missarum* 20. *Decembris* 1731. *ad I. Dubium in Collen. Applicationis Sacrificii* 17. *Septemb.* 1679. *lib.*40. *Decr. pag.*4. *in Tricastinen. Applicationis Sacrificii* 8. *Augusti* 1711. *lib.*61. *Decr. pag.*358. *in Mantuana Applicationis Sacrificii* 19. *Novembr.* 1718. *lib.*68. *Decr. pag.*457. *in Novarien.* 22. *Novembris* 1727. *lib.*77. *Decr. pag.*637. *in Alexandrina* 18. *Martii* 1719. *lib.*69. *Decr. pag.*113., & novissimè *in Florentina Applicationis Missæ quotidianæ* 24. *Julii*, *& in S. Miniati applicationis Missæ Quotidianæ* 20. *Novemb.*, *&* 4. *Dec.* 1734. quæ quidem regula eò fortius admittenda contenditur in hypothesi, quà PP. Barnabitæ obstricti sunt Missam singulis diebus celebrare -- *gratis*, *e senza altra elemosina* -- juxtà verba in memorato concessionis Instrumento adhibita.

E' converso nomine dd. PP., ut sese ab onere applicandi Missam pro Societate immunes ostenderent, tradita jampridem fuit Episcopo Fulginatensi copia cujusdam Epistolæ, quæ à præfato Patre Gavanto super hac eadem controversià dudum consulto perscripta asseritur in hæc verba -- la parola -- obbligati -- cade sopra la Messa, e -- „ gratis -- dichiara, che l' obbligo è senza Elemosina, e può essere, „ che uno s' obblighi a dir Messa, e senza Sacrificio in un luogo, e „ non possa dire altrove, ma non gratis, dovendone aver lo stipen- „ dio ragionevole &c. il secondo argomento conchiude contro i „ Confrati, che avendo essi ricevuto il sito dall' Ospitale con obli- „ go di Messa quotidiana non possino essi far' applicare il Sagrificio à „ Sacerdoti, o per limosine ricevute da Amici loro, e resta libero il „ Sacerdote d' applicare il Sagrificio a chi vole; lascino dunque di „ questo il pensiero a nostri &c. Il terzo si poteva fare, non l'anno „ fatto, che importa à Noi? Diedero a noi il sito, che a essi non ser- „ viva, non potendo fabricarlo, come noi, ci anno caricati della „ Messa, per la quale pagavono i Cappellani, quando davano i 20. „ scudi a' Frati, quali, e lo sò benissimo, accettavano da' Penitenti al- „ tre limosine, le quali congiunte con li 20. scudi facevano l'intiera „ limosina della Messa quotidiana, nè erano così sciocchi quegli, che „ applicassero per i Confrati a voglia loro senza nuove limosine, e „ poi vagliano piu venti scudi in danari, che tutto il sito infruttuo- „ so, che frutto dà il sito &c. Nego assolutamente d' avere Io mai „ applicato Sacrificio, ne de nostri alcuno, ed Io fui de primi, e s' „ avessi promesso, avrei atteso, ne avrei ammesso così gran peccato „ d'Infedeltà &c. l'Instromento è chiaro, e tutti i Dottori dicono, „ che, se i Testatori ordinano una Messa in certo Altare senza ag- „ giungervi altro, non vi e obligo di Sagrificio &c.

Prætereà nonnullæ peculiares adduntur facti animadversiones in folio seorsim dato hisce verbis recensitæ „ Circa poi quello pretendesse la Com-

,, la Compagnia di avere Noi applicato, oltre lo accennato nella Lettera il P.Gavanti negl' atti del Collegio principiati di sua mano propria nel riferire in istretto l'Istromento stipolato nella Fondazione dice -- Patres vicissim tenentur ædificare per se, vel per alios Ecclesiam -- Et item quotidiè celebrare Missam unam sine Sacrificii obligatione; ita assero Ego D.Bartholomæus Gavantus manu propria, da che si deduce, che essendo il P.Gavanti uno de' principali contraenti, come apparisce dall'Istromento, la Religione non ebbe nell'atto della stipolazione, intenzione d' obbligarsi, come pretendono li Confrati, perche il fondo non era sufficiente &c. In oltre è d'avvertirsi, che la sopradetta lettera fu scritta, come apparisce in risposta di altra Istanza consimile fatta dalli Confrati, quali de anno 1632. 22. Decembre come apparisce dagl'atti del Collegio anno medemo riclamorono presso li PP. Visitatori in occasione di Visita, pretendendo, applicassimo anco il Sagrificio: li dd. Visitatori risposero, che le Clausole dell'Instromento erano dubbie, e che per tanto non erano tenuti: Convennero poi in questo, che da una parte e l'altra si farebbe ro consultati Uomini, fu scritta in quell' occasione lettera al P.Gavanti con li dubi proposti dalla Compagnia, fu scritto da Dottori d'una parte e l' altra, come apparisce da una allegatione, ed avendo li Confrati promesso, come s'accenna in dd. atti di stare al loro giudizio, ne avendo preteso piu altro, si crede, si siano acquietati, e di piu nel decorso di tanti anni nissuno de' Vescovi, e massimamente Monsignor Battistelli dell'anno 1717. fino à quest'ora non hà cercato alcun conto di quest' obbligo con tutto che nelle replicate Visite fatte per se, e per altri ogni tre mesi degl' obblighi di d. Compagnia dichiara d'aver riconosciuti li libri, e d'aver trovati, che tutti gl' obblighi descritti in Tabella sono stati soddisfatti, e del nostro non parla niente, non avendoci mai obligati a scriversi sul libro, come obbliga altri Sacerdoti con suo Decreto, e pure l' obbligo, spetta à Noi, stà scritto in Tabella, e li Confrati medemi quando anno voluto, s'applicasse il Sagrificio in isgravio della loro Sagrestìa, anno data la limosina, e ci siamo scritti sul Libro come apparisce.

Placeat igitur EE VV. respondere.

An PP. Bernabitæ teneantur applicare Sacrificium in casu &c.

ANDRIEN. AGGREMIATIONIS. Petenti Clerico Felici Frisardi adscribi numero eorum, qui nuncupantur Gremiales Collegiatæ, & receptitiæ Ecclesiæ S.Nicolai Trimodiensis, istamque aggregationem sibi debitam authumanti in vim Constitutionum Capitularium ejusdem Ecclesiæ ita præscribentium *Li Chierici da entrare in questa Chiesa siano Cittadini, e nati di legitimo Matrimonio, come è utile da godersi da medesimi Cittadini delle rendite Ecclesiastiche* -- tametsi in Civitate Tranensi, ut ipse ait, accidentaliter nato, quippe qui contendat cum ratione paternæ originis, tum jure sui Domicilii, sive diuturni incolatus inter Andrienses Cives meritò adnumerari, obstitit præfatæ Ecclesiæ Capitulum, quod in finem validiùs excludendi præfatum Clericum Frisardi supplicavit Sanctissimo, ut *Sess. 24. c. 12. de ref.*

mo,ut quædam conclusio Capitularis sub diem 14. Aprilis superioris anni peracta apposité statuens,ne ullus imposterum natalia in Civitate Andriæ non sortitus dictæ Ecclesiæ aggregari posset, Apostocà authoritate confirmaretur.

At,precibus Capituli ad hanc S.Congregationem remissis, auditus de more fuit Episcopus, qui, licèt meminerit similis controversiæ inter idem Capitulum,& Sacerdotem Joannem Dominicum Bruno pariter in Civitate Tranensi natum coram Sacrà Congregatione Episcoporum,& Regulariū negotiis præpositâ agitatæ sub hisce Dubiis -- I. *An conclusio expleta per Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai Trimadien. de mense Octobris* 1734. *quoad admissionem Gremialium ad idem Capitulum sit confirmanda in casu &c.* -- II. *An sit locus admissioni Sacerdotis Joannis Dominici Bruno ad Gremium ejusdem Collegiatæ in casu &c.*, & favore præfati Sacerdotis Bruno die 20. Januarii superioris anni decisæ mediante rescripto -- *Ad primum Negativè* -- *Ad secundum Affirmativè* -- sententiam tamen suam in hæc verba aperuit - *Quapropter sum voti,quod citra præjudicium resolutionis enunciatæ favore dicti D. Joannis Dominici Bruno oriundi Andrien. ejusque exequutionis, possit ab ista Sac. Congregatione petitæ confirmationi Statutorum præfati Capituli Collegiatæ,ejusque conclusionis in precibus enunciatæ,& editæ sub die* 14. *Aprilis currentis anni de non aggremiando in futurum, nisi tantum Cives natos,non originarios hujus Civitatis, benignè annui ad solamen Civium natorum, qui onera subeunt Universitatis,& ad evitandas lites,quæ in futurum oriri possent,nisi capiti Statutorum concernentia requisita Gremialium dictæ Collegiatæ addatur verbum -- Nativi di essa Città* --

Quia verò huic Episcopi sententiæ non acquiescit Clericus Frisardi putans, eadem sibi fermè suffragari rationum momenta, ob quæ S. Congregatio Episcoporum, & Regularium,denegatà approbatione præfatæ conclusionis à Capitulo expletæ anno 1734., censuit admittendum Sacerdotem Bruno ad Gremium ejusdem Collegiatæ, instat proindè bina hæc Dubia in Partium contradictorio subscripta decidi.

I. *An conclusio expleta per Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai Trimodien. Civitatis Andriæ de mense Aprilis* 1736. *quoad admissionem Gremialem ad idem Capitulum sit confirmanda in casu &c.*, & quatenùs Negativè.

II. *An sit admittendus Clericus Felix Frisardi ad aggremiationem ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ in casu &c.*

Sess.24. c.12. de ref.

JUVENACEN. ADMISSIONIS AD CONSORTIUM. Detrectante Capitulo Collegiatæ, & receptitiæ Ecclesiæ Oppidi Terlitii admittere ad participationem ejusdem Ecclesiæ Paulum Petrone, & Leonardum Amazzalorsi sub triplici fundamento:primò,quod sit in arbitrio ejusdem Capituli Præsbyteros inter Participantium numerū cooptare, aut à communis Massæ participatione, seu aliorum consortio rejicere; secundò, quod dicti Paulus Petrone, & Leonardus Amazzalorsi,licet nati in Oppido Terlitii, nequeant tamen ad præfatum Consortium aspirare,veluti progeniti ex Parentibus exteris; & tertiò demum, quod non solum haud sint ea morum probitate instru-

instructi, quæ ex Sacrorum Canonum Instituto potissimùm in Clericis servitio alicujus Ecclesiæ addicendis requiritur, verùm etiam de pluribus delictis reperiantur in Juvenacensi Curia inquisiti, adeo ut plurimum scandali Populo illi attulerint: Repulsam hanc postulationibus suis datam ægrè ferentes memorati Presbyteri, habito pridem recursu ad Sacram hanc Congregationem, modò flagitant, nedum declarari, locum esse controversæ ipsorũ admissioni ad dictam participationem, verùm etiam decerni, ut locus, distributiones, & emolumenta à die denegatæ admissionis unà cum aliis omnibus honoribus, & prærogativis sibi tradantur.

In Statuto prælaudatæ Ecclesiæ, quod à Visitatore Apostolico Juvenacensis Diœcesis confirmatum asseritur, circà qualitates necessarias pro obtinenda admissione ad ejus participationem ità cautum habetur -- *Oltre le suddette Dignità, e Canonici viene pure composto questo Capitolo da uno indeterminato numero di Porzionarj, e Partecipanti per non ritrovarsi dalla sua prima costituzione numerato, che perciò per tale e ammesso, chiunque ascende al sagro Ordine del Suddiaconato, purche non sia forastiero. Dicesi forastiero chiunque non è nato in Terlizzi, parche la sua nascita altrove non sia stata occasionale, oppure nato in Terlizzi da parenti non Cittadini. Dunque viene ammesso a questo Capitolo chiunque Cittadino nato in Terlizzi, o altrove occasionalmente da Padre Cittadino, lo che è stato inviolabilmente sempre per lo passato pratticato, e tanto si conferma per l'avvenire. Con tutto chiunque ha le suddette qualità, avesse l' intenzione fondata d' essere ammesso al numero de' Capitolari, pure vi necessità, che prima del suo ingresso debba dare Memoriale da leggersi in pieno Capitolo per ottener da questo il beneplacito, dal quale, verificata la suddetto qualità, non se li potrà ritardare.*

Cum itaque juxtà enunciatam Statuti legem præcipuus difficultatis cardo quoad impugnatam dictorum Sacerdotum admissionem, de qua in primo ex binis infrascriptis Dubiis disceptari contingit, in eo versetur, nùm ii dici possint ex Parentibus Terlitii Civibus progeniti, eà propter Sacerdotes præfati uná cum documentis, quibus satis probatam authumant suorum morum integritatem, proponunt], se in dicto Oppido ortum habuisse, suos verò Parentes, licet alibi natos, in eodem Terlitiensi solo tam diuturno temporis intervallo decennium longe excedente moram traxisse, ut ratione domicilii ibidem contracti jura omnia ceteris Conterraneis communia acquisiverint, unde ipsorum Filii veluti ex Parentibus Civibus procreati debeant à Capitulo ad controversam d. Ecclesiæ participationem necessariò admitti, secundùm ea, quæ ad rem notant cumulati per *Rot. cor. Merlin. decis.* 832. *num.* 29., & *in Imolen. Consortii* 30. *Aprilis* 1708. §. *fin. cor. Lancetta*, & *in Majoricen. Collegiaturæ* 13. *Martii* 1708. §. & *sanè cor. Omanna.*

Præterea juxtà subalternam petitionem, de qua agitur in secundo Dubio, contendunt, sibi locum inter Participantes unàcum fructibus, distributionibus, emolumentis, aliisque honoribus, & prærogativi, quibuscumque deberi à die denegatæ admissionis ex duplici recepta juris censura; altera, quod Presbyteri pollentes qualitatibus ab Ecclesiæ Statuto præscriptis habentur, pro admissis ad participationem,

tametsi fuerint à Capitularibus,ceterisque Presbyteris Participantibus rejecti, *Barbos. de Canonic. cap.15.n.11. & 12.*, *Ursaya tom.3. part.1.discept.16.n.25. Rot.dec.9. n.10., & dec.431.n.27.part.11. recen.*;altera verò,quod Canonicus, Beneficiatus,vel alter quicumque Ecclesiæ servitio addictus ab ipso Capitulo, vel ab alio injustè impeditus,quominùs Choro intersit, suoque muneri satisfaciat, fructus, quotidianas distributiones,& reliqua emolumenta,quæ aliàs præsentia sua perciperet, lucretur,uti per *Textum in Cap. unic. de Cleric. non resid. in Sexto*, tradunt *Joan.Andreas Ancaran.Prop.ad Monach. n.2. & seqq. Franch. n.2. & 4. Monet. de distribut. quotid. part.2. quæst.5.n.49. Ciarlin. contr.foren. tom.3.cap.227. Smalzgrueber in jus can.lib.3. tit.4. §.4. num.90. versic. Qui impeditus fuit. Lauren. quæst.412.n.3*, & resolvit Sacra Cobgregatio in *Nullius*, ubi proposito Dubio -- *An Canonicus.qui post possessionem Canonicatus capituliter captam non fuit admissus de facto Capituli ad residentiam,quam propterea non fecit, percipere debeat fructus dicti Canonicatus unà cum distributionibus quotidianis per Canonicos residere non impeditos, & actu residentes* --,die 28. Februari 1654. rescriptum fuit · *Secundùm ea,quæ proponuntur, Canonicum Oratorem percipere debere fructus,necnon distributiones quotidianas* --, ut in *lib.19. Decr. p.318.*

At Capitulum, quod, uti prænuntiatum est, inter cetera tuetur, suo potissimùm in arbitrio residere, concurrentes Presbyteros cœtui Participantium adscribere, ita saltem, ut eorum nemo jus ullum sibi quæsitum asserere queat, donec ejusdem Capituli placitum pro ipsius admissione non præcesserit, mox allatam juris sanctionem propugnat, locum sibi ad summum vindicare posse in casu, quo quis ab Apostolica Sede, aut ab alio legitimo Collatore Canonicatum, vel Beneficium in Cathedrali, aut Collegiata Ecclesia obtinuisset, deindeque à Capitulo ejusdem Ecclesiæ nollet admitti, sive alio pacto dicti Canonicatus, vel Beneficii possessionem capere impediretur; extraneam verò esse à præsenti hypothesi, ubi memoratum Ecclesiæ Statutum nedum consensus Capituli, juxtà verba superiùs transcripta necessitatem indicat, verùm etiam ità præcipit -- *nel medesimo tempo chi dovrà ammetterfi nel sudetto numero de' Capitolari, dovrà giurare pure in pieno Capitolo l'osservanza &c. altrimenti non si ammetterà alla participazione delle distribuzioni quotidiane, con tutto venisse nel Coro* --, hinc enim manifestum esse arbitratur, Presbyteros ad controversum Consortium aspirantes tum ex defectu enunciati consensus, tum quia forma præscripti juramenti non fuit ab ipsis adimpleta, nullum habere titulum cujus præsidio distributiones, fructus, emolumenta, aliosve expetitæ Aggremiationis honores potuerint sibi comparare.

Perpensis itaque juribus in utramque partem latiùs proponendis, decidendum erit.

I. *An sit locus admissioni Sacerdotum Pauli Petrone, & Leonardi Ammazzalorsi ad participationem Ecclesiæ Collegiatæ receptitiæ Sancti Michaelis Terlitien.*, & quatenus affirmativè.

II. *An illis debeantur distributiones, fructus, & emolumenta solita &c. à die denegatæ admissionis unà cum omnibus aliis honoribus &c. prærogativis, in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 7. Septembr. 1737.



IN superiori Congregatione habita sub diem 17. Mensis mox elapsi remanserunt indecisæ quatuor sequentes Causæ, quas in hodierno Consessu, prævia resumptione Folii tunc distributi, rogantur EE.VV. consueto sapienti Oraculo definire.

NULLIUS, SEU S. SEVERINI PAROCHIALIS. *Sess.24.c.18. de ref.*

I. *An collatio Ecclesiæ Parochialis, de qua agitur, spectet ad Eminentissimum Abbatem Commendatarium S. Mariæ de Rambona*; & quatenus affirmative.

II. *An literæ collationis expeditæ per Episcopum Sancti Severini favore Joannis Mazzæ, & possessio ab ipso capta vigore dd. literarum de d. Ecclesia sint circumscribendæ in casu &c.*

Dilata, & coadjuventur probationes.

FULGINATEN. APPLICATIONIS MISSÆ. *Sess.22. Dec. de observ. & evict. in celebr. Miss.*

An PP. Barnabitæ teneantur applicare Sacrificium in casu &c.

Negative, & amplius.

ANDRIEN. AGGREMIATIONIS. *Sess.24. c.12. de ref.*

I. *An conclusio expleta per Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai Trimodien. Civitatis Andriæ de mense Aprilis 1736. quoad admissionem Gremialem ad idem Capitulum sit confirmanda in casu &c.* & quatenus negative.

II. *An sit admittendus Clericus Felix Frisardi ad aggremiationem ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ in casu &c.*

Ad primum negative. Ad secundum affirmative, & amplius.

JUVENACEN. ADMISSIONIS AD CONSORTIUM. *Sess.24. c.12. de ref.*

I. *An sit locus admissioni Sacerdotum Pauli Petrone, & Leonardi Ammazzalorsi ad participationem Ecclesiæ Collegiatæ receptitiæ Sancti Michaelis Terlitien.*, & quatenus affirmative.

II. *An illis debeantur locus, distributiones, fructus, & emolumenta solita*

solita &c. a die denegatæ Admissionis una cum omnibus aliis honoribus, & prærogativis in casu &c.

Ad primum Affirmative. Ad secundum quoad Paulum Petroni affirmative. Quo vero ad Leonardum a die præsentis decreti.

Sess.7. cap.8. de ref.

CAPUANA, SEU CALVEN. JURISDICTIONIS. Episcopus Calvensis ad petitionem Innocentii *Cestrone* Parochi Loci nuncupati *Ciambrisco* conquerentis, cadaver Crescentii Leone in loco *Arvalone* intra limites suæ Paræciæ, & Calvensis Diœcesis repentina morte correpti, subdole, ac violenter ad Parochialem Ecclesiam S. Germani in Pago *del Pizzone* positam, & Jurisdictioni Archiepiscopi Capuani subjectam a Josepho Lanna ejusdem Ecclesiæ Rectore una cum Presbytero Francisco Pane delatum fuisse sub diem 9. Aprilis 1636. hoc edidit decretum „ Visis Relationi„ bus Reverendi Æconomi Curati Casalis Ciambrisci, D. Inno„ centii Cestrone, ac adm. R. D. Jacobi Canonici Marinelli, ex „ quibus constat de notoria, violenta, furtiva, & dolosa aspor„ tatione Cadaveris Crescentii Leonis a loco dicto *l'Arvalone* in „ Districtu Parochialis Ecclesiæ Casalii Ciambrisci suæ Calvensis „ Diœcesis facta per Rev. D. Josephum Lanna Parochum S. Ger„ mani Casalis Pizzone Ecclesiæ Capuanæ Jurisdictionis, necnon „ per D. Franciscum Pane ad d. Ecclesiam S. Germani tumulandi „ prout in illa tumulavere, præfatos Parochum D. Josephum Lan„ na & D. Franciscum Pane excommunicavit, & excommunicatos „ declaravit, prout declarat &c. & proinde expediri mandavit „ Cedulones in forma, juxta disposita in Cap. Dilecto de Sent. „ excom. in 6.

At, neglectis Cedulonibus in executionem hujus decreti postmodum affixis, tàm dictus Joseph Lanna, quam Franciscus Pane, & Missam celebrare, & Sacramenta administrare perrexerunt, solumque sub mensem Junii ejusdem anni 1736. supplicem Archiepiscopo Capuano exhibuere Libellum, quo exponentes, se nulliter, & indebitè excommunicationis censura fuisse irretitos ab Episcopo Calvensi falso existimante. Pagum *l'Arvalone*, ubi dictus Crescentius Leone decessit, ad Parochialem di *Ciambrisco* pertinere, quum tamen Archiepiscopi Capuani Jurisdictioni Pagum illum obnoxium afferant, die 27. Junii d. anni 1736. obtinuerunt ab eodem Archiepiscopo ità rescribi „ Viso supradicto supplici Libello per „ Oratores porrecto, visaque instantia nostri Promotoris Fiscalis „ præsentata contra Episcopum Calven., ejusque Officialem, at„ tentisque omnibus in eis expositis, visaque supra enunciata „ declaratoria per cedulones affixa, ex qua habetur, præfatum Epi„ scopum Calven. excommunicasse Oratores in vim Capitis Dile„ cto, tamquam per eosdem notorie læsum in suis juribus, visa quo„ que Informatione diligenti per nostram Curiam de nostro ordine „ capta, ex qua plene constat notorie, jura Episcopi Calven. haud „ læsa fuisse, imò potius nostram Jurisdictionem manifeste læsisse, „ cum

„ cum ausus fuerit jus dicere in Territorio nostræ Archiepiscopalis
„ Curiæ Capuanæ subjecto, & proprio in loco nuncupat. *la Torre*,
„ *e Pagliara del Perrone*, dicimus, & declaramus nulliter, & in-
„ debite per prædictum Prælatum fuisse processum in excommuni-
„ cando Parochum prædictum conservatorem potius suæ Jurisdi-
„ ctionis Parochialis, in qua Parochia Pizzoni ab immemorabili
„ pacifice existit, & in sequelam perperam quoque fuisse processum
„ contra Sacerdotem Franciscum Pane in vim præcitati Capitis
„ Dilecto; proindeque etiam de voto nostrorum Fratrum in Con-
„ gregatione per nos habita super præmissis specialiter deputato-
„ rum, declaramus, censuras prędictas non afficere tamquam nul-
„ las &c. ac mitius agentes contra præfatum Episcopum, aliosque &c. notoriè læsorem, ac læsores nostræ Jurisdictionis, reser-
„ vamus in vim Constitutionum Apostolicarum eumdem, sive
„ eosdem declarari excommunicatos, donec, & quousque super
„ his habitum fuerit Oraculum per Sacram Congregationem Epis-
„ coporum, & Regularium, & ita &c.

Ab hoc autem Decreto cum subinde Calvensis Episcopus ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium negotiis præpositam reclamaverit, postulans, declarari validas Censuras a se in memoratos Parochum Ecclesiæ S. Germani, & Franciscum Pane inflictas, contractumque ab ipsis irregularitatis impedimentum ob Missæ celebrationem, ac Sacramentorum administrationem in eo statu expletam, Sacra eadem Congregatio Causæ cognitionem ad hunc supremum Consessum remisit; Quocirca, inspectis Relationibus tam dicti Episcopi Calvensis, quam Archiepiscopi Capuani, in quibus uterque jura sua mordicus tuetur; perpensisque rationum momentis hinc inde proponendis, dignabuntur EE.VV. respondere.

I. *An & de cujus Jurisdictione constet in loco* dell'Arvolone.
II. *An censuræ sustineantur*.
III. *An Decretum, seu sententia Atchiepiscopi sustineatur*; & quatenus negative.
IV. *An Parochus* del Pizzone, *& Sacerdos Pane incurrerint irregularitatem, sive aliqua pœna sint puniendi in casu &c.*

Ad primum dilata, & coadjuventur probationes addito dubio: *Ad quem ex Parochis spectet tumulatio cadaveris*: Ad secundum non substineri. Ad tertium negative ex capite nullitatis. Ad quartum pro absolutione, & dispensatione ad cauthelam.

TYBURTINA INDULTI. Jacobus Toppi Archipresbyter Montis Percilii, qui pridem exponens, diuturnam in Rotæ Auditorio sustinuisse litem adversus populum injuste detrectantem, sibi decimas ex quodam seminum genere persolvere, indeque gravi adeo inimicitia, & odio infensum sibi populum fuisse expertum, ut ad necem usque petitus coactus fuerit nocturno tempore a Parochialibus Ædibus occulte aufugere, ab hac Sacra Congregatione sub

Sess.6.cap.1. & 2. & Sess. 23. cap.1. de Ref.

ſub annum 1723. obtinuit Indultum, quo ex præmiſſa inimicitiarum cauſa ad annum, ſi tandiu eadem perduraſſet, permiſſum illi fuit a Reſidentia ſuæ Parochialis abeſſe; Cum vero ſubinde ad iteratas ejuſdem Archipresbyteri preces, quibus pertinax populi odium in ipſum flagrare aſſerebatur, Sacer iſte Senatus præfatum Indultum modo ad alium annum, modo ad ſex menſes, & ſæpius poſtea ad quatuor tantum menſes prorogaverit, facta illi non ſemel monitione, ut Parochianorum animos demulcire conaretur, hodie tandem, poſtquam in ſupremo reſcripto adempta fuerat præfato Archipresbytero ſpes omnis ulterioris prorogationis, ut maturius ſtatuatur, num ejus præcibus pro eadem denuo repetitis annuendum ſit, vel potius aliter, & quomodo ſit providendum, ſapientiſſimo EE. VV. judicio dubium in calce hujus reſtrictus deſcribendum ſubjicitur.

Sacroſancta Tridentina Synodus animadvertens, præcepto divino mandatum eſſe omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt,,, oves ſuas agnoſcere, pro his Sacrificium offerre, verbique Di-,, vini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum ,, omnium operum exemplo paſcere, pauperum, aliarumque mi-,, ſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cetera ,, munia paſtoralia incumbere,, hæc vero nequaquam ab iis præſtari, & impleri poſſe, qui,, Gregi ſuo non invigilant, neque aſſi-,, ſtunt, ſed Mercenariorum more deſerunt,, priſcis ſacrorum Canonum Inſtitutis inhærens *ſeſſ.*23. *cap.*1. diſtrictius ſancivit,, omnes ,, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedrali-,, bus Eccleſiis quibuſcumque, quocumque nomine, & titulo præ-,, fectos, etiamſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, obliga-,, ri ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam, ubi ,, injuncto ſibi Officio defungi teneantur, neque abeſſe poſſe, niſi ,, cum Chriſtiana caritas, urgens neceſſitas, debita obedientia, ,, ac evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas id poſtulent, & exigant,, deindeque pœnis adverſus Epiſcopos, alioſque Prælatos Superiores, nulla ſuffragante legitima cauſa, a ſuis Eccleſiis abſeutes io hæc verba innovatis,, Si quis autem, quod utinam num-,, quam eveniat, contra hujus Decreti diſpoſitionem abfuerit, ,, ſtatuit præter alias poenas, adverſus non reſidentes ſub Paulo III. ,, impoſitas, & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem ,, incurrit, eum, pro rata temporis abſentiæ, fructus ſuos non fa-,, cere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta, ,, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri, aut ipſo ceſſante, per Supe-,, riorem Eccleſiaſticum illos Fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus ,, loci erogare: prohibita quacumque conventione, vel compoſi-,, tione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, ex qua etiam ,, prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur, non ,, obſtantibus quibuſcumque privilegiis cuicumque Collegio, aut ,, Fabricæ conceſſis -- hæc eadem -- omnino etiam quoad culpam, ,, amiſſionem fructuum, & pœnas, de Curatis inferioribus, & ,, aliis quibuſcumque, qui Beneficium aliquod Eccleſiaſticum cu-

,, ram

„ ram Animarum habens, obtinent, *declaravit*, & *decrevit*,
„ ita tamen, ut quandocumque eos, causa prius per Episcopum
„ cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab
„ ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione
„ relinquant; discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque
„ concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa non ob-
„ tineant.

Hinc itaque Doctores omnes conveniunt, non posse utique Parochum à Parochiali sua Ecclesia aufugere, Plebemque sibi commissam relinquere, sed animam pro ovibus ponere obstringi, si tam contra ipsum, quam contra eamdem plebem gravis oborta sit inimicitia, & persecutio, itaut omnibus commune impendat vitæ discrimen, nec alii reperiantur, qui tuto possint Gregi assistere, ejusque spirituali saluti invigilare, juxta tradita per *Innocent. Hostien.*, *Joan. Andr.*, *Butr. Cardinal. in cap. Nisi cum pridem* §. *Propter malitiam. de renunc.*, *D. Thomas* 22. *q.*185. *art.*5., *Sot. lib.*10. *de just. qu.*3. *art.*4., *Fagnan. in cap. Non liceat. de Præben. num.*48., & *seqq.*, *Pignattell. tom.*4. *consult.*17. *n.*53.; æque tamen communiter receptum est, graves inimicitias a solo Parocho cum Barone Loci, aut cum ipsomet populo absque sua culpa, & post adeptam Parochialis Ecclesiæ possessionem contractas justam ei præstare causam a residentia abscedendi, constituto Vicario, qui ab Ordinario approbatus ea meliori, qua fieri potest, ratione spirituali Animarum saluti occurrat, uti per *Text. in can. Adversitas* §.*Hoc tunc servandum.* 7. *qu.*1. *in cap. Ad supplicationem*, *in cap. Nisi cum pridem* §. *Propter malitiam. de renunc.* & *in cap. final. de Cleric. non residen.* tradunt *Gloss. in cit. cap. fin. verb. Excusationem Smalzgrueber. in jus can. lib.*43. *tit.*4. §.3. *num.*47., *Vallens. ibi num.*7. *Zoes. n.*9. *Piring. n.*23. *Barbos. num.*8. *Pignattell. tom.*4. *consult.*17. *n.*52. *Murga de Benefic. qu.*10. *art.*3. *num.*182. *Paris. de resignat. Benefic. lib.*10. *tit.*11. *num.*

At cum idem Sacrum Concilium Tridentinum *Sess.*6. *cap.*2. *de ref.* Indulta perpetua de non residendo etiam ex justis, & rationabilibus causis elargita sustulerit, solumque temporales dispensationes in hæc verba præservaverit „ Episcopis inferiores quævis beneficia
„ ecclesiasticam personalem residentiam de jure, sive consuetudi-
„ ne exigentia in titulum, sive commendam obtinentes, ab eorum
„ Ordinariis, quemadmodum eis pro bono Ecclesiarum regimi-
„ ne, & Divini Cultus augmento, locorum, & personarum qua-
„ litate pensata expediens videbitur, opportunis juris remediis
„ residere cogantur; nullique Privilegia, seu Indulta perpetua de
„ non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragen-
„ tur: Indulgentiis verò, & dispensationibus temporalibus ex ve-
„ ris, & rationabilibus causis tantum concessis, & coram Ordi-
„ nario legitimè probandis in suo robore permansuris; quibus ca-
„ sibus nihilominus officium sit Episcoporum, tamquam in hac
„ parte a Sede Apostolica, providere, ut per deputationem ido-
„ neorum Vicariorum, & congruę portionis fructuum assignatio-
„ nem cura Animarum nullatenus negligatur; nemini, quoad hoc,
„ privilegio, seu exemptione quacumque suffragante „ quemad-

modum

modum notant cum aliis *Fagnan. in cap. Cleric. n.26.*, *& seq. de Cleric. non residen.*, *Barbos. ad d. Concil. loc. cit. num.* & *Emus Petra in suis Doctissimis Comment. tom.3. ad Constit.10. Bonifac.VIII. num.14. pag.555.*, propterea tam Sacra hæc Congregatio, quam altera Episcoporum, & Regularium negotiis præposita consentanee ad præmissam Tridentinorum Patrum sanctionem Parochis, qui ob inimicitias contractas nequeunt tutò in Parochia commorari, consueverunt Indultum non residendi ad breve aliquod tempus concedere, uti de stilo Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium constat ex Decretis relatis per *Pignattell.tom.7.consult.4. num.16.*, & signanter ex Epistola Episcopo Visitatori Ariminensi hisce verbis conscripta „ V.S. faccia risedere i Curati, che non „ hanno casa parochiale, in altra casa, che sii dentro i limiti della „ Parochia, e più vicino alla Chiesa, che si potrà. I Curati sot- „ to pretesto d'inimicitia non ponno assentarsi dalla Cura con li- „ cenza del Vescovo, ma devono domandarla al Pontefice, o alla „ Congreg., la quale suole molto bene esaminare le circostan- „ ze, e specialmente per qual causa sono contratte le inimicizie, „ se vi è stata colpa del Curato, ed altre diligenze. E quando pu- „ re si concede, si fa per breve tempo, e tra le altre conditioni „ particolari, che stii più vicino, che può sicuramente alla Cura „, & de laudabili more, quem servat Sacrum hoc Tribunal, testantur *Fagnan. in cap. Adsupplicationem num.12. & 13. de renunciat.*, *& in cap. Clericos. n.26. & seqq. de Cleric. non resident. Barbos. de offic.*, *& Potest. Paroch. part.1. cap.8. num.* addentes, enunciatum Indultum non solere ultra annum prorogari.

Si vero intra d. anni spatium inimicitiæ nequiverint sedari, ac verisimile sit, eas diutius protrahi posse, ne Parochum perpetuo a sua Ecclesia abesse contingat, neve spirituali animarum saluti, absente proprio Pastore, grave aliquod obveniat detrimentum, modis omnibus iste licet innocens est inducendus, ut Parochialem libere resignet, aut eam cum alia permutet, secundum ea, quæ in terminis advertit cum aliis *Fagnan. in cap. Clericos. n.26.*, *& seq. de Cleric. non resident.*, ubi sic habet: *Cum Indulta perpetua de non residendo etiam ex justis, & rationabilibus causis jam sublata fuerint Decreto c.2. Sess.6.*, *ubi inimicitiæ sunt verisimiliter duraturæ, ut consulatur saluti Animarum, inducendus est Parochus ad resignandum, vel permutandum argum. cap. Ad supplicationem de renunc. & ita Parochus punitur sine culpa, sed non sine causa, ut notat. Gloss. in cap. Tua nos in verb. Administrationis de Cleric. ægrot. ad exemplum Parochi leprosi, qui ab administrationis officio removetur, sed de Bonis Ecclesiæ sustentatur*: & ita pluries resolvit Sacra Congregatio *in Regien. lib.1. Decr.pag.51.*, *in Faventina Mense Decembris* 1589. *lib.6. decr.pag.81. ad I.Dub.*, *in Pisana* 14. *Decembris* 1630. *lib.14. Decr.pag.363.*, *in Militen.* 1. *Decembris* 1635. *lib. Decr. pag.* *in alia Militen.* 15. *Octobris* 1644., in qua remisit eidem Episcopo „ ut, veris existentibus inimicitiis per Agatium Sergium „ Curatum Saluti, & per Fabiũ Sergiũ Curatum Pervocati suppositis, „ & quando absque Oratorum causa provenerunt, pro suo arbitrio „ indulgeat eisdem, ut per sex menses extra eorum Residentiam

„ abesse

„ abesse valeant, constitutis interim idoneis Vicariis ab eodem „ Episcopo approbandis, qui curam animarum laudabiliter exer- „ ceant, & dummodo intra dictum tempus, vel inimicitias com- „ ponere, vel Ecclesias resignare curent, -- ut in *lib. 17. Decr. pag.*363., *& in Civitatis Ducalis 26. Aprilis* 1653., ubi injunxit Episcopo „ ut, si inimicitiæ non possint componi, omnino provi- „ deat, vel mediante resignatione. vel aliis modis a jure per- „ missis, ut Orator personaliter residcat „ ut in *lib.19. Decr. pag.*244.

Imò, instante quodam Canonico Carpensi, qui ob metum Principis temporalis residere non poterit in Ecclesia, cui erat adscriptus, tametsi eo tam arcto vinculo, quo Parochus ad residentiam non obstringeretur, Sacra Congregatio sub diem 17.Septembris 1616. censuit quidem, dandas esse ad Ordinarium literas „ ut Capitulum „ cogeret ad integras Distributiones ei assignandas usque ad men- „ sem Aprilis futuri; *sed ipsi Canonico significari voluit*, ut interim „ curaret Canonicatum resignare, vel permutare, aut rationem „ aliquam inire, qua & sibi, & Ecclesiæ indemnitati consultum „ esset „ ut refert *Barbos. de jur. Eccles. lib.*3. *cap.*18. *n.*65., & conformiter ad hanc Resolutionem eadem Sacra Congregatio *in Caputaquen.*, ubi Sacerdos Natalis Quaranta metu Potestatis Secularis absens a servitio Ecclesiæ Receptitiæ Oppidi Serrarum contendebat, tempore suæ absentiæ sibi, uti ceteris Sacerdotibus Participantibus, deberi portionem Massæ communis, proposito hoc dubio -- *An Sacerdoti Natali Quaranta tempore suæ absentiæ debeatur portio massæ communis, sicut ceteris Sacerdotibus, deductis tantum oneribus Missarum*: die 18. Augusti 1731. respondit: *Affirmative pro tempore præterito, & ad Secretarium juxta mentem*; quæ fuit, ut Orator curaret removere impedimenta, quæ sibi præstabantur, ne ad residentiam suæ Ecclesiæ reverteretur.

Hæc sunt, quæ ad rem istam in jure expendi possunt; Verum quia nomine memorati Archipresbyteri excipitur, mox enunciatam praxim supremi hujus Tribunalis non aptari præsenti hypothesi, in qua assertæ inimicitiæ cum populo contractæ sunt ab Oratore nedum absque sua culpa, sed ex eo dumtaxat, quod jura suæ Ecclesiæ circa controversam Decimarum exactionem tueri voluerit; idcirco præstat ponderare, num in hoc quoque casu locum habeat generalis ratio, cui memorata praxis Sacræ Congregationis innixa conspicitur. Præterea duo in facto notanda sunt, alterum, quod sæpedictæ inimicitiæ ob Decimarum exactionem obortæ postmodum exasperatæ dicuntur ex eo, quod nonnulli ex Parochianis detrectantibus persolvere decimas putarunt, Oratorem in causa fuisse, ut plurima sibi incommoda,& detrimenta ex quodam criminali judicio provenerint; alterum vero, quod modo populus Oratoris reditum peroptare declarat in supplici libello nomine totius Communitatis Episcopo nuperrime porrecto, idque confirmatur tam in literis Gubernatoris Montis Percilii, qui ad Oratorem ita rescripsit „ Ancorchè in effecuzione de' stimatissimi comandi di „ V. S. abbia fatto ogni sforzo appresso questi priori, acciò facesf- „ sero radunare il publico Consiglio per proporre la sua istanza;

„ Non ho però potuto a ciò indurli, dicendo li medesimi, che non „ possono venire ad un tal passo senza l'oracolo dell'Eccellentissi-„ mo Signor Prencipe Padrone per avere sua Eccellenza preso il „ Patrocinio della Causa, soggiungendo ancora, che per tal mo-„ tivo V.S. non puole avere nessun dubio di ricondursi alla sua Re-„ sidenza; mentre il popolo non ha veruna odiosità contro V. S., „ anzi si sospira con ansietà il suo ritorno „ tum ex Epistola Præsidum Communitatis eidem Oratori directa, ubi sic habetur „ Avendo „ do ricevuta una sua gratissima, sentendo dalla medesima, quan-„ to V.S. desidera, in risposta della quale siamo a parteciparli non „ poter far noi alcun passo senza l'Oracolo dell'Eccellentissimo Si-„ gnor Principe nostro Padrone, stando col medesimo mischia-„ ti. E rispetto poi al ritorno, che V. S. molto Reverenda accen-„na di fare in Percili sua Parocchia, questo popolo stà colle mani „ giunte, e sospirano quasi tutti, e di ogni sesso se li professano „ obbedientissimi &c.

Jussus Episcopus Sacram Congregationem super novis Archipresbyteri precibus instructam reddere, respondit „ sibi ex una parte com-„ pertum, exploratumque esse, populum montis Percilii ita ani-„ mo affectum esse, ut Parochum suum amplecti, diligere, ac re-„ vereri paratus sit, quoties hic ad derelictum gregem revertens „ boni Pastoris munus obire, ovesque suas pascere, & tondere, sed „ non deglutire velit „; ex altera vero parte eumdem Archipres-byterum „ sibi non semel, sed bis audacter dixisse, se firmiter de-„ crevisse nolle amplius ad Ecclesiam suam reverti -- *ideoque se ne-„ quivisse* -- sine animæ suæ detrimento annuere petitioni nomi-„ nis, quem, & sibi, & huic Sacræ Congregationi illudere, im-„ mo insultare luce diurna clarius erat -- *denique ita subjunxit* -- „ Fateor, eumdem Archipresbyterum aliquando institisse, ut sibi „ liceret ad Ecclesiam suam redire, sed simulatè, ac dolosè id egit, „ ut nimirum se immemorem eorum, quæ habentur *Trident.* „ *sess.6. cap.*1. non esse ostendens, ut facilius legem posset eludere, „ & fucum facere iis, a quibus dispensationem petebat, & ne quis me „ amore, inconsideratoque zelo obreptum, incertisque, ac levibus „ conjecturis innixum hoc asserere suspicetur, quod contigit no-„ vissime hisce diebus, enarrare sufficiat. Post oblatum postremum „ hunc supplicem libellum, prævidens Archipresbyter ægre se ob-„ tenturum petitam prorogationem, labente mense Aprilis binas „ scripsit Epistolas amoris plenas, unam Gubernatoris, alteram „ Prioribus Universitatis Montis Percilii, & insuper (hujus argu-„ mentum ignoratur) Hieronymo Rutili suorum arcanorum con-„ scio ibi commoranti, cui duas priores misit reddendas sub inte-„ gumento ipsi inscripto, hic, retenta sua Epistola, & reddita al-„ tera Gubernatori, tradidit aliam Prioribus, & per imprudentiam „ una cum integumento sibi inscripto, in cujus interiori parte hæc „ ipsissima verba legebantur manu ipsius Archipresbyteri exarata: *A suo tempo communicate il negozio con Angeluccio, acciò ancor lui operi sotto mano a far tumulto:* „ Quis neget insidias in insidiatorem „ verti. Hinc ulteriorem prorogationem impertiendam nullatenus „ censeo, sed illi districte injungendum, ut, aut resideat, aut „ Curam Animarum dimittat.

Omni-

Omnibus itaque perpensis una cum juribus nomine Oratoris circumferendis, onus erit EE. VV. pronunciare.

An sit prorogandum indultum, de quo agitur, vel potius an, & quomodo sit providendum in casu &c.

Pro prorogatione ad sex menses, & ad Eminentissimum Præfectum juxta mentem.

MONOPOLITANA CONGRUÆ: Archipresbyter Prima Dignitas Collegiatæ Ecclesiæ Cisternini exponens, Episcopum Monopolitanum, non quidem jure feudi, sed intuitu administrationis Sacramentorum Spirituales Decimas ex omnibus fructibus, qui tam intra, quam extra Districtum Terræ Cisternini colliguntur, exigere, atque emolumenta incerta a Baptismo, Cadaverum sepultura, & Matrimoniorum celebratione provenientia inter Sacristam, Capituli Procuratorem, & d. Episcopum dividi consuevisse, animarum vero curam veluti dignitati suæ adnexam a se exerceri, ita tamen, ut solum scuta octo, & obuli quinquaginta, detractis emolumentis, quæ ratione peculiaris laboris, & servitii in Choro præstandi percipit, nomine congruæ Parochialis eidem obveniant, primum coram A.C., deindeque apud Sacram hanc Congregationem, cui Causæ cognitio ex rescripto san. men. Benedicti XIII. fuerat remissa congruam alimentariam saltem in annuis scutis 100. auri de Camera deducendis ex decimis, & quarta Funeralium ab Episcopo percipi consuetis sibi assignari postulavit; sed quia Sacra Congregatio, proposito dubio -- *An, & in qua summa debeatur Congrua alimentaris Archipresbytero Curato Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Cisternini ex Decimis, & Quarta Funerum, quas percipit Episcopus in casu &c.*, sub diem 30. Martii 1626. rescripsit -- *Negative* -- ut in *lib.* 76. *decr. pag* ... utens modo idem Archipresbyter novæ Audientiæ beneficio, quod subinde, excitato quoque Capitulo, impetravit, præter consuetum Dubium secundo loco positum, alia quatuor ex peculiaribus facti circumstantiis interea cumulatis derivata, sapientissimo Eminentissimorum Patrum judicio discutienda proponit. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

I. *An Cura Animarum Terræ Cisternini sit penes Capitulum, sive potius apud Archipresbyterum*, & quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die* 31. *Martii* 1726. & quatenus affirmative quoad primam partem.

III. *An Capitulum teneatur ad congruam, & in qua summa*; & quatenus negative.

IV. *An debeantur Archipresbytero Emolumenta Parochialia, nempe quarta Funerum, jus sepulturæ, intortitia quæ deferuntur per viam, & ardent prope cadavera in die obitus, & quoties defuncti commemoratio peragitur, oblationes, quæ fiunt in Missa Benedictionis nuptialis, præstationes pro male oblatis, & alia.*

V. *Et quatenus Episcopus, vel capitulum teneantur ad congruam, & ad emolumenta Parochialia, a quo tempore utramque Archipresbytero debeatur in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess. 24. c. 5. de ref. Matr.

UGENTINA, SEU ALEXANEN. DISPENSATIONIS. Postulantibus Dominico Valentino, & Maria de Alemano Ugentinæ Diœcesis Apostolicam sibi impertiri dispensationem super tertio consanguinitatis gradu, ut validum inter se Matrimonium inire possent, quia Sedes Episcopalis Ugentina tunc temporis suo reperiebatur viduata Pastore, juxtà veterem Datariæ stylum, de quo testantur *Garz. de Benefic. par. 6. cap. 2. n. 44. Leo in Thesaur. for. Eccles. cap.* 10. *n.* 8., *& Corad. in prax. dispensat. Apostolic. lib.* 7. *cap.* 4. *n.* 11., literæ pro gratià petitæ Dispensationis directæ fuerunt Vicario Generali Alexanensi, uti Officiali vicinioris Episcopi sub ea consueta verborum formula „ Nos igitur „ discretioni tuæ &c. attento, quod Sedes Episcopalis Ugentina ad „ præsens vacat, & ut ipsi asserunt, Ven. Fr. noster Episcopus Alexanen. Ordinarius vicinior existit, per Apostolica Scripta mandamus, quatenus &c. de præmissis Te diligenter informes, & si per „ informationem easdem preces veritati niti reperiris, tunc eosdem &c. in primis ab invicem separes, deinde, si veniam a Te petierint, humiliter eam illis pœnitentiam publicam imponas, quæ „ alios deterreat a similibus committendis, utque d. Dominicus operam suam Fabricæ, aut in aliud servitium alicujus Ecclesiæ, vel „ Loci pii quatuor saltem mensibus conferat, aliaque injungas, quæ „ de jure fuerint injungenda. Qua Pœnitentia peracta, ipsos ab incestus reatu, & excessibus hujusmodi, imposita priùs eis propter incestum prædictum arbirrio tuo pœnitentia salutari, & recepto „ priùs juramento ab eis, quod spe facilius habendæ dispensationis „ hujusmodi incestum non commiserint, & quatenus contra ipsos „ super præmissis in judicium quoquo modo deducta fuerint, parito „ judicato, hac vice tantùm in forma Ecclesiæ consueta in utroque „ Foro authoritate nostra absolvas. Demum, si tibi expediens videbitur, quod dispensatio hujusmodi sit eis concedenda, nec scandalum sit ex ea oriturum, super quo etiam conscientiam tuam onceramus, tunc cum ipsis postquam in separatione prædicta arbitrio „ tuo perseveraverint, & ipsi præter supradicta bona nil aliud habeant, ac in reliquis pauperes, & miserabiles existunt, & ex suis labore, & industria tantùm vivant, ut præfertur, & illa propter hoc „ rapta non fuerit, quod impedimento tertii consanguinitatis, vel „ affinitatis gradus hujusmodi, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, „ Matrimonium inter se publice, servata forma Sac. Concil. Trident., contrahere, illudque in faciem Ecclesiæ solemnizare, ac in „ eo postmodum remanere liberè, ac licitè valeant, authoritate nostra dispenses, prolem susceptam, si quæ sit, & exinde suscipiendam „ legitimam denunciando &c.

Apostolicas hasce literas Vicarius Alexanensis cœpit statim executioni demandare, injuncta nimirum inter cetera prædictis Dominico, & Mariæ futuris Sponsis spirituali quadam pœnitentià trium, vel quatuor mensium spatio duraturà; sed novo interea Præsule provisa Ecclesià Ugentinà, cum ad ipsius aures pervenerit, Vicarium Alexani demandasse Archipresbytero Terræ Salvi Sponsorum

ſorum Parocho, ut, præmiſſis conſuetis proclamationibus, eorum Matrimonio per verba de præſenti contrahendo aſſiſteret, contendit ille, ſibi tantùm, uti Sponſorum Ordinario jus eſſe præcipiendi memoratas proclamationes, tradendique Parocho licentiam, ut Sponſos in Matrimonium ritè conjungat, proindeque juſſit a Curià ſua expediri præceptum dicto Archipresbytero Terræ Salvi, ne circa denunciationes præfatas, illorumque Sponſorum conjunctionem ulli Alexanenſis Vicarii mandato pareret. Hæc itaque inter Vicarium Alexani, & Epiſcopum Ugentinum oborta lis, quæ hactenus in cauſa fuit, ne præfati Sponſi potuerint per verba de præſenti in faciem Eccleſiæ Matrimonio copulari, in hodierno Conſeſſu dirimenda proponitur.

Vicarius Alexani, præmiſſa generali juris ſanctione, juxtà quam Delegatus à ſupremo Principe, & ſignantèr à Summo Pontifice poteſt omnes exercere actus neceſſarios pro exequutione diſpenſationis, vel alterius cujuſcumque gratiæ ſibi commiſſa *per Text. in Cap. In Litteris in Cap. Paſtoralis in Cap. Signifi. aſti de offic. judic. delegat.*, concludit ſe poſſe non ſolùm Decretum circà enunciatam diſpenſationem interponere, verùm etiàm licentiam concedere, ut inter Miſſarum ſolemnia debitæ præmittantur proclamationes, & Matrimonium in faciem Eccleſiæ contrahatur, idque putat comprobari authoritate tum *Pyrri Corradi in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 7. cap. 7. n.* 15., ubi ſic habet -- *At propterea Judex præter narratorum verificationem curabit, ut Matrimonium contrahatur ad præſcriptum d. Conc. Trid. Seſſ. 24. Cap. 1. de Refor. Matr.*,,
,, ubi præſcribitur, ut, antequam Matrimonium contrahatur, ter a
,, proprio Contrahentium Parocho tribus continuis diebus feſtivis
,, in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia publice denuncietur, inter
,, quos Matrimonium ſit contrahendum, quibus denunciationibus
,, factis, ſi nullũ legitimum opponatur impedimentum, ad celebra-
,, tionem Matrimonii in faciem Eccleſiæ procedatur --, *tum etiam*
,, Roſa de execut. Liter. Apoſtolic. part. 1. cap. 11. n. 12. ibi ,,
Probatis his tribus, Executor debet interponere Decretum, quod preces appoſitæ in literis veritati nituntur, & proinde fore cum ipſis diſpenſandum &c., ac concedere licentiam, ut Matrimonium, factis publicationibus, contrahatur, & ſolemnizetur in faciem Eccleſiæ, juxta formam traditam inferius nempe ſub tit. prax. diſpenſ. Matr.

At adversùs hæc tria nomine Epiſcopi Ugentini opponuntur; primò, quod, ſicuti in præfatis Apoſtolicis literis Vicario Generali tribuitur dumtaxat facultas diſpenſandi ſuper tertio conſanguinitatis gradu, ità nequeat idem Vicarius Generalis licentiam concedere Matrimonium, præmiſſis denunciationibus, celebrandi, ex regula edocente, delegationem ſtricti eſſe juris, ideoque ultrà facultatem in eà explicatam extendi non poſſe, juxtà *Textum in Cap. Exer. de elect. in Cap. Licet. in Cap. Prudentiam. in Cap. Super. de offic. Delegat.*; ſecundò, quod allegatæ authoritates *Pyrri Corradi, & de Roſa*, aliorumque Doctorum procedant in caſu, quo diſpenſatio fuerit Locorum Ordinariis commiſſa, minimè verò, ubi ea Vicario Generali Epiſcopi vicinioris delegetur; & tertiò demùm, quod iidem locorum Ordinarii ex
lon-

longæva consuetudine, quæ non solùm in Ugentina Diœcesi, verum etiam in aliis Ecclesiis Neapolitanæ Ditionis vigere dicitur, consueverint tribuere licentiam publicationes faciendi, atque Matrimonium subinde contrahendi, tametsi dispensatio super aliquo consanguinitatis gradu, aut alio impedimento Matrimonium dirimente fuerit Episcopo viciniori, aut ejus Vicario Generali commissa, quemadmodùm de usu in Archiepiscopali Curia Neapolitana pridèm recepto ad petitionem Promotoris Fiscalis Curiæ Ugentinæ in hæc verba testatus est Joannes d' Andretta Minister Actorum ejusdem Archiepiscopalis Curiæ--*Per ubbidire come devo al sopradetto Ord. di Monsig. Illustrissimo Vicario Generale attesto Io infrascritto Ministro d' atti della Curia Arcivescovale di Napoli, come in tempo della Sede vacante della Cattedrale di d. Città occorrendo dispense Matrimoniali, quelle vengono dirette al Vescovo viciniore, dal qual viciniore si dà esecuzione alla verificazione di d. dispensa sino alla sentenza di essa inclusiva, e poi copia autentica di d. Sentenza di dispensa si trasmette a questa Curia Arcivescovale di Napoli, ed in questa medema Curia poi si procede alle solennità, cioè publicazioni, esame per far costare lo stato libero de' Contraenti, e se li dà la licenza di contrarre de præsenti il Matrimonio.*

His itaque ponderatis, inspectàque potissimùm relatione Episcopi Ugentini, qui ordinariam suam jurisdictionem strenuè tuetur, rescribendùm erit.

An, & ad quem spectet concedere licentiam, seu mandatum denunciandi, & celebrandi Matrimonium in casu &c.

SPOLETANA. In Pastorali visitatione, quam anno 1615. peregit vigilantissimus tunc temporis Spoletanæ Ecclesiæ Præsul Cardinalis Maphæus Barberinus Supremi Pontificatus clavum, assumpto Urbani VIII. nomine, posteà felicissimè moderatus, ut numerus Alumnorum, ea meliori, qua fieri posset, ratione in Seminario pridèm juxtà Cathedralem Ecclesiam errecto augeretur, nonnullos ei addixit Census sortem scutorum 350., annuum verò reditum in scutis 28. constituentes; & quoniam iidem Census ad Hospitale Castri Arronii pertinebant, Rectori, ceterisque dicti Seminarii Administris injunxit onus ibidem alendi, educandique unum Alumnum à Communitate ejusdem Castri nominandum, qui tamen ultrà annuum fructum scutorum 28. ex dd. Censibus retrahendum, pro complemento summæ scutorum 40. ad sustentationem cujusque Alumni præscriptæ, alia annua scuta duodecim Seminario persolvere teneretur.

Sess. 23. c. 18. de Ref.

Decreto huic in dicta Pastorali visitatione edito obsequens prælaudatus Rector unà cum aliis Seminarii Deputatis Alumnum a dicta Communitate Castri Arronis nominatum spatio triginta sex annorum ab anno scilicèt 1615. ad 1661. retinuit; sed cum subindè deprehenderit ex memoratis censibus in Seminarium translatis ob omnimodam aliquorum ex illis deficientiam, nonnisi annuum reditum scutorum 24. fuisse perceptum, proindeque Seminarium spatio triginta sex annorum, quibus d. Alumnum retinuit, aluitque, notabile damnum in scutis 144. passum fuisse, monuit Præ-

sides

sides Communitatis præfatæ, ut alium traderent fundum, ex quo scuta 4. ad æquandam summam scutorum 28. percipi possent, vel saltem Alumnum ad ea, præter alia 12., persolvenda compellerent. At negligentibus d. Communitatis Præfectis, petitum fundum assignare, & Alumnum, qui afferta scuta quatuor de proprio supplere posset, eligere nullus deinde ex memorato Castro Arronis usque ad annum 1671. in dicto Seminario retentus fuit Alumnus, tametsi ab eodem Seminario fructus dictorum censuum quotannis perciperentur.

Verùm, habitâ hujus rei notitiâ a clar. mem. Cardinali Facchinetto, cui intereà temporis Ecclesiæ Spoletanæ regimen concreditum fuerat, curavit ille sub annum 1670. inter Rectorem Seminarii, & præfectos antedictæ Communitatis solemnem iniri concordiam, in qua iidem Communitatis Præsides á pristina dictorum Censuum concessione haud recedentes iterum assignarunt, & concesserunt,, al sudetto Seminario di Spolèto, e per esso al molto Rev. Pa-
,, dre Filippo Maria Piovano della Compagnia di Gesù Rettore di
,, esso deputato dal sudetto Eminentissimo, e Reverendissimo Si-
,, gnor Cardinale Facchinetti,come per patente a me Notaro con-
,, segnata ad effetto di registrarla in fine del presente Istromento
,, del tenore presente &c., tutti li sopradetti Censi assegnati dalla
,, sudetta felice memoria del Signor Cardinale Barberini altre vol-
,, te riscossi dal d.Seminario ascendenti alla somma di scudi 350.di
,, Capitale, di annuo frutto di scudi 28., ovvero stabili sorrogati in
,, loco de' medesimi Censi, e frutti di essi per subastazioni, Dazio-
,, ni, in solutum, e per qualsivoglia altro modo assieme con li frut-
ti de' Stabili, che sono fruttati dal giorno dell' acquisto di essi, e che
,, per l' avvenire fruttaranno, tali però, quali sono, non volendo,
,, che detta Communità sia tenuta ad esigibilità di essi sennon ex
,, dato, & facto suo tantùm,e non altrimenti &c., nè in altro modo
,, &c. con tutte, e singole ragioni, e respettivamente membri,e per-
,, tinenze delli medesimi &c. tutte,e singole ragioni,& azioni,che
,, sopra dd. Censi,o stabili a d. Ospedale, e Comunità competono,
,, e possono competere nullo jure;con che però se li frutti de'Censi
,, decorsi dal tempo,che non vi è stato, nè tenuto l'Alunno nel Se-
,, minario fino a questo giorno, come anche parimente li frutti de'
,, Stabili, se vi sono fruttati nel medesimo tempo pervenuti che
,, saranno nelle mani de'Ministri del Seminario,debbano rinvestirsi
,, in Censi,o stabili con consenso de'Deputati della Communità da
,, nominarsi dalla medesima a quest' effetto, acciocchè detti inve-
,, stimenti debbano stare sempre per Capitali,e mantenimento dell'
,, Alunno ,come gl'altri Stabili, e Censi assegnati di sopra , e non
,, avendo la Communità fatti li Deputati possa in tal caso il d. Se-
,, minario Ministro, o Rettore pro tempore del d. Seminario senza
,, altro consenso rinvestire --; *contrà verò Rector Seminarii se obli-*
,, *gavit* -- di ricevere, e tenere il sopradetto Alunno da nominarsi
,, dalla sudetta Communità, e quello mantenerlo, & alimentarlo
,, secondo lo stile, e consuetudine, che si serva dal Seminario in al-
,, tri Alunni perchè così &c.

Transactio sub hisce conditionibus exarata religiosè usque ad annum

1695.

1695. observata fuit; sed quatuor ex dictis Censibus ob superventam Debitorum decoctionem postea peremptis, nulloque reperto Alumno, qui vellet de proprio summam deficientem supplere, iterùm a nominatione, & respectivè retentione sæpedicti Alumni usque ad annum 1734. cessatum est, donec postulante Communitate, ut Vicarius Generalis Rectorem, aliosque Ministros Seminari compelleret ad reddendam rationem de fructibus interea perceptis, altera denuo sub eumdem annum 1624; stipulata fuit Concordia, in qua nomine Communitatis fuerunt eidem Seminario nedum rursùs assignata omnia Censuum, & Bonorum Capitalia antea tradita, verùm etiam cessi fructus tàm exacti, & non investiti, quàm alii eo tempore maturati, & adhuc exigendi; Rector verò Seminarii in hujus novæ cessionis compensationem, prævia Beneplaciti Apostolici reservatione, sese obstrinxit,, in avvenire, e ne' tempi futuri ritenere, & alimentare in d. Se-
,, minario gratis un' Alunno, che si eleggerá dalla d. Communità,
,, che sia oriundo, e domiciliario del Castello di Arrone, o sue Vil-
,, le, senza che il d. Alunno abbia l' obbligo di pagare cosa alcuna
,, per d. dimora, ed alimenti, eccettuati però li soliti scudi cinque
,, per l' utensili, offerta della Cappa, e Biancherie, e non altrimen-
,, ti, quando non voglia provedersi del proprio di detta biancheria
,, & ivi ritenerlo fino a tanto avrà terminato li Studj, e fatto il Cor-
,, so delle Scuole solite ritenersi quì in Spoleto, e respettivamente
,, per tutto quel tempo, che verrà nominato dalla Communità. e
,, trattarlo, ed alimentarlo nell' istesso modo, e forma, che si trat-
,, tano, ed alimentano gl' altri Alunni liberamente &c.

At quià novissime contrà Seminarium insurrexit Franciscus Placidi, qui ex reportata cessione jurium Rev. Fabricæ S. Petri contendit fructus omnes ab eodem Seminario perceptos tempore, quo sæpedictus Alumnus in eo non est commoratus, nimirùm ab anno 1651. ad 1670., & ab anno 1695. ad 1724. decursos ipsi Reverendæ Fabricæ, haud obstantibus enunciatis transactionibus, applicari debere, juxta ejus novissima Privilegia, & recentiora exempla, quæ tanquam in similibus casibus emanata refert in suo *Summ. n.* 4.: Rector, cæterique Deputati Seminarii impetrarunt ab Eminentissimo Pro-Auditore Santissimi, Causæ hujus cognitionem, præviâ ipsius avocatione a Tribunali Rev. Fabricæ, ad hunc Sacrum Senatum remitti. Duo igitur mox describenda proponuntur Dubia, quorum decisionem Seminario propitiam sperant ejus Deputati, tum quia res fit de concordiis providè ad consulendum utrique Parti favore piæ causæ transigenti sub reservatione Apostolici Beneplaciti peractis, tum quia in ejusmodi circumstantiis locum sibi non vindicent allata Rev. Fabricæ Privilegia, tùm demum quia Seminarium, quod hodie molestatur, nil commodi, aut lucri ex controversis fructibus perceperit, uti præsertim exhibito calculo eorumdem fructuum, pecuniæque pro sustentando Alumno Castris Arronis impensæ demonstrare nititur Episcopus in accurata sua Relatione, quæ cum iuribus utrinque deductis circumferetur. Deliberandum itaque erit.

I. *An Transactiones* 18. *Augusti*, *&* 9. *Februarii* 1724. *sint exequendæ*; & quatenus negativè.

II. *An sit locus applicationi in casu &c.*

Die

Die Sabbathi 28. Septembris 1737.



IN hodierno Conſeſſu proponentur tres Cauſæ, quæ deſcriptæ in Folio poſtremæ Congregationis habitæ ſub diem 7. mox labentis menſis nequiverunt in ea diſcuti, videlicet.

MONOPOLITANA CONGRUÆ. *Seſs.7.cap.7. de ref.*

I. *An Cura Animarum Terræ Ciſternini ſit penes Capitulum, ſive potius apud Archipresbyterum*, & quatenus affirmative quoad ſecundam partem.

II. *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis ſub die* 31. *Martii* 1726. & quatenus affirmative quoad primam partem.

III. *Au Capitulum teneatur ad Congruam, & in qua ſumma*; & quatenus negative.

IV. *An debeantur Archipresbytero emolumenta Parochialia, nempe quarta Funerum, jus Sepulturæ, intortitia, quæ deferuntur per viam, & ardent prope Cadavera in die obitus, & quoties Defuncti commemoratio peragitur, oblationes, quæ fiunt in Miſſa Benedictionis nuptialis, præſtationes pro male oblatis, & alia.*

V. *Et quatenus Epiſcopus, vel Capitulum teneantur ad Congruam, & ad emolumenta Parochialia, a quo tempore utrumq; Archipresbytero debeatur in caſu &c.*

Ad primum curam Habitualem eſſe penes Capitulum, Actualem vero penes Archipresbyterum. Ad ſecundum in deciſis, & amplius. Ad tertium Negative. Ad quartum ſervetur ſolitum. Ad quintum proviſum in ſuperioribus.

UGENTINA, SEU ALEXANEN. DISPENSATIONIS. *Seſſ.24. c.5. de Ref.*

An, & ad quem ſpectet concedere licentiam, ſeu mandatum denunciandi, & celebrandi Matrimonium in caſu &c.

Spectare ad Ordinarium Ugentinum, & amplius.

SPOLETANA. *Seſs.23. cap. 8. de Ref.*

I. *An Tranſactiones* 18. *Auguſti* 1671., *&* 9. *Februarii* 1724. *ſint exequendæ*; & quatenus negative.

II. *An ſit locus applicationi in caſu &c.*

Ad primum Affirmative. Ad ſecundum Negative, & amplius.

Sess.24. c.12. de Ref.

AQUILANA DESTRIBUTIONUM. Adversus Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Paganicæ *ab intra* contendens, integre non deberi Xaverio de Marchis perpetuo Vicario Curato ejusdem Ecclesiæ quotidianas distributiones, sed ex eis subducendam esse ratam pro expensis Litis contra ipsum ab eodem Capitulo actitatæ, obtinuit sub die 7. Julii superioris anni præfatus Xaverius disputari Dubium -- *An distributiones intrgre debeantur Xaverio de Marchis, seu potius detrahenda sit ab eis rata expensarum litis contra ipsum factæ in casu &c.*, eodemque Capitulo jura sua proponere negligente rescribi -- *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam* -- At quia Resolutionis hujus executio ob beneficium novæ audientiæ a Capitulo sudinde impetratum adhuc suspensa manet, memoratus Xaverius de Marchis, qui e re sua esse putat, pendenti controversiæ finem quanto citius imponi, enixe flagitat pronunciare.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Sess.6. c.5. de ref.

MONOPOLITANA JURIS VISITANDI. Exorta inter Episcopum Monopolitanum, & Curiam Ecclesiasticam Fasani controversia, num Ecclesia Sanctæ Mariæ de Madia sita in agro nuncupato *Torre spaccata*, & altera B. M. de Rosario existens in Prædio, quod vocant *Torre Longa*, essent intra fines Monopolitanæ Dioecesis, adeout non ab alio, quam ab ejusdem Dioecesis Antistite visitari possent, vel potius in Fasanensi Territorio positæ dici deberent, die prima Decembris 1731. disputatum fuit Dubium -- *An Ecclesia sub titulo Beatæ Mariæ de Madia erecta in Tenuta vulgo nuncupata Torre Spaccata, & altera sub invocatione B. Mariæ de Rosario erecta in Tenuta appellata Torre Longa sint in Dioecesi Monopolitana, itaut Jus illas visitandi spectet privative ad Ordinarium Monopolitanum* -- prodiitque Resolutio -- *Affirmative* --, qua ad novam trutinam revocata sub diem 26. Januarii 1732. perstitum fuit in Decisis.

Post controversiæ hujus definitionem, altera similis exorta est super Ecclesia Sancti Joannis vulgo nuncupata *delle Fosse*; contendente enim Curia Ecclesiastica Fasani, Ecclesiam hanc intra limites spiritualis suæ Ditionis erectam reperiri, promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis Monopolitanæ contradictorem se præbuit, cumque istius Causæ cognitio fuerit ab Emo Pro-Auditore Sanctissimi ad hunc Sacrum Consessum remissa, dictus Promotor Fiscalis ex pluribus, quæ circumferentur, documentis, authumans præfatam quoque Ecclesiam intra fines Monopolitanæ Diæcesis positam probari, adeoque eidem Episcopo jus illam visitandi privative quoad Ordinarium Fasanensem competere, postulat ab EE. VV. dissidium sub infrascripto Dubio obtruncari.

Ad ineundam maturiorem deliberationem de eo, quod in hac Causa sit statuendum, jussus fuit Episcopus Motulensis Sacram Congregationem de facti circumstantiis instructam reddere, suique animi sententiam aperire; iste autem, descriptis pluribus tam ad Abba

tiam-

tiam Fasani, quam ad Ecclesiam Sancti Joannis *delle Fosse* pertinentibus, sic habet „ In hac quidem Cappella tamquam sita in Fasani
„ Territorio ab immemorabili Vicarii Generales Bajulatus prædi-
„ cti omnes Jurisdictionis actus exercuerunt, & signanter eam sæ-
„ pe declararunt, etiam affixione Edictorum, suspensam,& pollu-
„ tam,& aliquando reconciliationem, & benedictionem impertiti
„ fuere;ac quandoque Delegati Apostolici eamdem visitarunt no-
„ mine ejusdem Bajulatus; nullaque vero memoria existit, quod
„ Episcopi Monopolitani eam unquam visitassent, aut aliquem Ju-
„ risdictionis actum exercuissent in Cappella prædicta, aut Feudo
„ descripto, at solummodo interdum dicto oneri satisfecerunt, ut
„ Episcopus hodiernus qui annis elapsis in ea Januam confici fecit,
„ & quoniam Episcopus Centomani, qui pluries Missam celebra-
„ ri curavit, prævia tamen reconciliatione Vicarii Generalis Fasa-
„ ni, eo quod dicto tempore erat supposita interdicto ob deficien-
„ tiam supellectilium pro Altaris ornamento, Missæque celebra-
„ tione, ac alias causas: Nam post obitum dicti Episcopi Cento-
„ mani nunquam Missa celebrata fuit, & imo ante dictæ januæ
„ structuram erat asylum Terræ Fasani animalium, & quamquam
„ post dictam januam constructam de præsentis Episcopi Monopo-
„ litani mandato semel ea benedicta fuerit, nihilominus talis be-
„ nedictio peracta fuit clandestine noctis tempore, insciis Curia
„ Ecclesiastica, aliisque Ministris Bajulatus prædicti -, *deindeque in hæc verba concludit*, -- quapropter ex relatis, animi mei sensum
„ aperiendo, censeo, præfatam Religionem Hierosolymitanam,
„ & pro ea suam Curiam Ecclesiasticam Terræ Fasani manuteneri
„ debere in immemorabili possessione, seu quasi, in qua legitime
„ reperitur, juris visitandi prædictam Cappellam Sancti Joannis Fo-
„ vearum, & exercendi in ea quoscumque alios actus quomodoli-
„ bet ad ordinariam jurisdictionem pertinentes.

Collatis igitur simul juribus utrinque circumferendis, statuere oportet.

An Ecclesia sub titulo S. Joannis nuncupat. delle Fosse *sit in Diœcesi Monopolitana, itaut jus illam visitandi spectet privative ad Ordinarium Monopolitanum in casu &c.*

Dilata, & coadjuventur probationes.

ROMANA, SEU ALBEN. Sub annum 1646. bo: me: Joannes Andreas Castellani utriusque Signaturæ Referendarius, cujus natale solum fuerat Oppidum Carcararum, universalem favore Almæ Domus Lauretanæ Nationis Picenæ de Urbe exaravit donationem, adjecto onere „ Che si debbano mantenere intieramente *Sess.24. c.6. de ref.*
„ di vitto, e vestimenti con buona direzzione, e governo per l'
„ acquisto del Timor di Dio, buoni costumi, e studio di buone
„ lettere, e di scienze dieci Alunni da nominarsi Alunni Castella-
„ ni pro tempore coll' assegnamento per esso di scudi cento moneta
„ per ciascheduno, quattro de' quali debbano essere della sua Patria
„ delle Carcare, o altri luoghi convicini, come sopra, & in essi
„ siano preferiti li consanguinei, e parenti come sopra, da nominarsi

 dal

,, dal P. Superiore, che sarà pro tempore nel Convento delli Padri
,, delle Scuole Pie delle Carcare da esso Monsignor, e Fratello eret-
,, to, e fatto fabricare. Tre altri Alunni siano Romani, e gli altri
,, tre della Marca da nominarsi dalli Signori Cardinali Protettori
,, pro tempore, facendosi scielta di quelli, i quali siano per essere di
,, miglior riuscita per mezzo di concorso, o in altro modo, che sa-
,, rà giudicato, dichiarato, o prescritto dal Signor Cardinal Pallot-
,, ta, & in difetto delli sopradetti quattro Alunni delle Carcare, e
,, luoghi Convicini come sopra si debbano porre Romani, e nazio-
,, nali della Provincia della Marca da nominarsi da detti Signori
,, Cardinali, li quali dieci Alunni vuole, che risiedino in Roma &c.
, -- *in Testamento autem subinde condito hoc adjecit legatum* -- Il re-
,, sto, che sono scudi diecisettimila restino a benefizio della Santa
,, Casa con il peso che il frutto di essi si spenda nella Fabrica già
,, detta, e doppo finita, del detto frutto si debbano mantenere sei
,, Alunni, due di Roma, due della Marca, e due della mia Patria,
,, e Luoghi convicini da nominarsi Alunni Castellani nel modo, as-
,, segnamento, e forma dell' altri ordinati nella mia donazione.

Duplici hac dispositione nondum exequutioni demandata, Præsides, seu Deputati Congregationis dictæ Almæ Domus Lauretanæ cujus curæ, ac regimini subest Collegium Picenum jam diu institutum, ut ibi Juventus dictæ Nationis Picenæ minoribus Grammaticæ, & Rethoricæ studiis operam navet, anno 1672. Clementi X. exposuerunt, Adolescentes teneræ præsertim ætatis in dicto Collegio minus apte educari, eosque dictis minoribus studiis usque ad Doctoralem lauream, vel in domibus paternis, vel in Universitatibus studiorum Generalium Provinciæ Marchiæ minori impensa, & incommodo, & sanctius etiam quoad mores sub Parentum oculis posse incumbere; plurimum autem e converso eidem Juventuti expedire, si Adolescentes pro addiscenda forensi utriusque Juris, vel medicinæ praxi Romam accedant, atque in dictum Collegium recipiantur, postquam Doctoris laurea fuerint insigniti; Summus vero Pontifex utilitati, majorique dictæ Juventutis progressui consulturus Apostolicum edidit Breve, in quo post expositas Deputatorum preces ita sancivit ,, Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gra-
,, tiis prosequi volentes, & dictorum Testatorum, seu piorum elar-
,, gitorum, Testamentorum, aliarumque dispositionum tenores,
,, & alia quæcumque etiam specificam, & individuam mentionem,
,, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter
,, expressis, & insertis habentes hujusmodi supplicationibus inclina-
,, ti, eisdem Exponentibus, ut ipsi Collegium præfatum pro Alum-
,, nis, & Convictoribus, qui Doctoratus gradum in utroque, vel
,, altero Jurium, aut in medicinam jam susceperint, ac ibidem usui
,, Forensi Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, necnon praxi
,, medicinæ hujusmodi operam dare debeant, instituere, atque ita
,, primævum Collegii hujusmodi institutum in melius commutare,
,, necnon ejusmodi Alumnos, & Convictores de cetero in ipsum
,, Collegium recipere, & admittere libere, & licite possint, & va-
,, leant, dummodo tamen Testatorum, & piorum Largitorum vo-
,, luntas circa qualitates Alumnorum, seu Convictorum, & Jus
nomi-

„ nominandi impleatur, quamcumque necessariam, & opportunam
„ facultatem, & licentiam authoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur.

In obsequium Pontificii huius Brevis fuerunt usque ad annum 1695. in dictum Collegium recepti Alumni, qui ante ingressum reperiebantur Doctoris Laurea insigniti; at reclamante postmodum Communitate Oppidi Carcararum, prçvia oris apertione adversus enunciatum Breve, decem mox recensenda Dubia ad ejus petitionem fuerunt in hoc Supremo Tribunali discussa. „ I. An præfatum
„ Breve commutationis voluntatis R. P. D. Castellani sit subreptitium, vel obreptitium in casu &c., & quatenus affirmative. II.
„ An gratia petita sanationis, seu alterius similis Brevis concessionis supplicantibus omnibus interesse habentibus, & sola loci
„ Carcararum Communitate repugnante, possit a Sanctissimo concedi, & quatenus negative. III. An ex mente dicti R. P. D. Castellani Donatoris, & Testatoris respective competat Eminentissimo Protectori Almæ Domus Lauretanæ, & Collegii Piceni facultas præscribendi Regulas pro admittendis Alumnis in eodem
„ Collegio, nempe super eorum ætate, super requisitis tempore Alumnatus, & habilitate; necnon indicendi PP. seu Superiori
„ Scholarum Piarum loci Carcararum concursum, ut magis idonei
„ eligantur, & quatenus negative. IV. Attento, quod in Collegio
„ Piceno admittuntur, & permaneant Convictores Doctorali Laurea insigniti, cujus ætatis erunt recipiendi Alumni -- V. Quo
„ tempore erunt in Collegio retinendi, nempe an per quinquennium Statutum a bon. mem. Cardinali Azzolino olim dicti Collegii Protectore, & hucusque per 20. annos observatum, seu ad
„ aliud tempus, & quod? VI. Quas scientias ipsi Alumni addiscere debeant, quas regulas observare teneantur Patres Scholarum
„ Piarum loci Carcararum ad habendum concursum pro electione
„ Alumnorum ab ipsis nominandorum, ut magis idonei eligantur,
„ VII. An petente nominationem aliquo ex Consanguineis, seu affinibus Testatoris sit ceteris præferendus absque concursu-- VIII.
„ An postulantibus pluribus Consanguineis, seu affinibus Testatoris
„ sit præferendus proximior absque concursu, seu potius repertus
„ in concursu magis idoneus -- IX. An succedente vacatione pro
„ tempore alicuius Alumni ex quacumque causa debeat P. Superior
„ Schol. Piarum notificare vacationem per edicta publica affigenda
„ in locis publicis loci Carcararum, & aliis locis adjacentibus per
„ decem milliaria, & quatenus affirmative. X. An debeat d. Pater Superior transmittere ad Eminentissimum Protectorem justificationes concludentes hujusmodi adimplementum præseferentes &c., *quibus die* 20. *Aprilis* 1697. *responsum fuit*; Ad I. Breve
„ non esse exequendum quoad Alumnos nominandos a Patre Rectore Scolarum Piarum Carcararum. Ad II. Referendum Sanctissimo, non expedire. Ad III. Et reliqua satis provisum in primo --, *factamque per Secretarium Summo Pontifici de præmissis relatione Sanctitas Sua die* 22. *Maii ejusdem anni sententiam Sacræ Congregationis approbavit*.

Post hæc clar. mem. Cardinalis Marescottus prælaudati Collegii Protector,

rector, cum ad normam præmissi Rescripti eligi deberent Alumni Carcarenses, Sacræ huic Congregationi exhibuit folium pluries conditiones in Alumnorum electione, & manutentione servandas, deindeque curavit disceptari duo hæc Dubia „ I. An facultas præ-
„ scribendi concursum, vel alium modum electionis Alumnorum
„ Carcarensium a Donante concessa Eminentissimo Domino Car-
„ dinali Pallotta per hæc verba -- per mezzo di concorso, o in al-
„ tro modo che sarà giudicato, prescritto, o dichiarato dal Signor
„ Cardinal Pallotta -- censeatur personalis in eodem Eminentissimo
„ Pallotta tantum, vel potius competat etiam Eminentissimis DD.
„ Cardinalibus Protectoribus Successoribus, itaut, non præscripto
„ modo a dicto Eminentissimo Pallotta, valeat præscribi a DD.
„ Cardinalibus Successoribus, & quatenus negative -- An præscri-
„ bi valeant regulæ, de quibus in Folio ad partes, vel potius sint
„ reformandæ, & in qua parte, & quomodo, -- *& die* 28. *Septem-*
„ *bris* 1697. *rescriptum fuit* - Ad I. facultatem præscribendi concur-
„ sum, vel alium modum electionis quoad Carcarenses non com-
„ petere Eminentissimis DD. Protectoribus. Ad II. negative quoad
„ Alumnos Carcarenses -, *ut in* lib. 47. Decr. pag. 453.

At quia Rector sæpedicti Collegii Piceni contendit modo, Alumnos Carcarenses, qui laurea doctorali jam insigniti Collegium ingrediuntur, non debere in eo ultra quinquennium retineri, eos vero qui in minori ætate constituti pro addiscendis Grammatica, Rethorica, aliisque inferioribus scientiis in parvum, quod vocant, Puerorum Collegiorum recipiuntur, septenii tantum spatio ibidem commorari posse; contra vero Pater Rector Collegii Scholarum piarum Oppidi Carcararum, cui jus nominandi dictos Alumnos Carcarenses fuit reservatum, animadvertens, nullum fuisse a Testatore statutum certum tempus, quo dd. Alumni debeant in Collegio Piceno permanere, quinimmo contendens, neque injunctum ipsis fuisse onus idem Collegium ingrediendi, fretus memoratis Sacræ Congregationis Resolutionibus, propugnat una cum Communitate Carcararum, Alumnos a se nominatos per septennium in dicto Collegio retinendos esse, sibique liberum fore, si eorum aliquis intra hoc temporis spatium nequiverit studia inchoata perficere idem tempus prorogare eo plane modo, quo in simili casu illud protrahere consueverunt ii, qui jus habent eligendi Alumnos nuncupatos *Uffreducci*, & *Pallotta*, ad dirimendã propterea controversiam hinc exortam, præhabita accuratissima Relatione Eminentissimi Protectoris Collegii Piceni per manus Eminentiarum VV. circumferenda, in utriusque Partis contradictorio subscriptum fuit Dubium.

An, & quomodo sit intelligenda Resolutio capta sub die 20. *Aprilis* 1697. *& præsertim circa tempus, quo Alumni Carcarenses retinendi sint in Collegio Piceno in casu &c.*

Tempus quoad Alumnos Carcarenses non esse restringendum ad Quinquennium.

JANUEN. LEGATI. Francisca Balbi de Franchis Testamentum, quod nuncupativum vocant, a se prius conditum sub diem 28. Mar-

tii 1678. Notario coram quinque Testibus consignavit, in actu vero consignationis hæc in dorso ejusdem Testamenti clausi, & obsignati, veluti ab ipsa Testatrice coram iisdem Testibus disposita, fuerunt à Notario conscripta - „ Di più ordina, e lascia, che sia celebrata „ una Messa in perpetuo quotidiana per l' Anima di d. Signora Te- „ statrice nella Chiesa di nostra Signora di Visitatione de'PP. Ago- „ stiniani Scalzi della presente Città, e all' Altare privilegiato di „ essa Signora Testatrice, e che per pagare la limosina di essa si fac- „ cia un fondo in testa di detta Signora Testatrice nella Casa di S. „ Giorgio, o Magistrati di questa Serenissima d'annua reddita di lire „ 300. moneta corrente, de' quali si debba rispondere ogn' anno „ in perpetuo a dd. PP. quali abbiano l' obbligo di celebrare detta „ Messa quotidiana perpetua a d. Altare, come sopra, e con facol- „ tà di potere ogn'anno liberamente da se soli riscuotere d. annua „ rendita, e valersene, & il capitale sia sempre inalienabile -

Postmodum Testatrix, mutato consilio, die 14. Maii 1687. Testamentum a Notario repetiit, cumque nullo alio confecto, obierit sub annum 1689., eidem veluti hæres ab intestato successit Carolus Balbi, qui elapsis aliquot annis a die obitus memoratæ Franciscæ Missam quotidianam a Fratribus Augustinianis Excalceatis dicti Conventus Sanctissimæ Visitationis B. M. V., tradita consueta manuali Eleemosyna, in eorum Ecclesia celebrari curavit, eamdemque Missæ celebrationem ad hæc usque tempora expleri deinde studuerunt Bartholomæus, & Augustinus præfati Caroli Filii, & Hæredes, qui tamen novissime deprehendentes, onus istius Missæ quotidianæ non aliunde originem trahere, quam ex legato in dorso memorati Testamenti conscripto, ut ab eodem onere liberentur, postulant ab hoc Sacro Senatu declarari, legatum prædictum ex ipsa repetitione Testamenti fuisse revocatum, vel si forte ex conjectura pietatis ad sustinendum legatum propenderetur, id saltem sibi indulgeri flagitant, ut Missæ hujus quotidianæ celebrationem ab Ecclesia dictorum Fratrum ad proprium privatum Oratorium, sive ad aliam Ecclesiam sibi benevisam transferre queant.

Momenta Fratrum de Balbis in eo potissimum videntur sistere, quod Francisca, dum Testamentum e Notarii manibus repetiit, nec ullum aliud subinde confecit, hæreditatem sua præfato Carolo ab intestato deferri voluerit, juxta expressos *Text. in l. nostra* 31. *Cod. de Testamento d.* 1. §. *Linum ff. de Bonorum possess. d. unic.* §. *Si hæres ff. si Tabal. Testam. null. extab. ad Testium ff. qui Testam. facere possint*; Quo posito legatum Missæ quotidianæ in dorso Testamenti adjectum una cum ipso Testamento revocatum censeri debeat, cum hodie communiter receptum esse videatur, legata quæcumque etiam ad pias causas relicta judicari adempta, si Testamentum, vel Codicilli, in quibus ea conscripta sunt, non ex legis dispositione, sivè facto Hæredis rumpantur, sed ex ipsa Testatoris voluntate revocentur, per *Text. in l. hæredes palam* 21. §. *Si quid post. ff. de Testam.*, & tradunt cumulati per *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 72. *tit.* 1. *num.* 36. *& seqq. Rub. de Testament. cap.* 66. *n.* 214. *Guidopap. decis.* 200. *n.* 6., & firmavit *Rota cor. Cerro decis.* 709. *num.* 1., *& seq.*

Et quamvis tam Carolus immediatus hæres Franciscæ, quam memorati Bartholomæus, & Augustinus ejusdem Caroli filii, & hæredes enunciatam Missam quotidianam celebrari curaverint, nullum inde tamen contendunt dici posse argumentum pro sustinendo legato; tum quia Missæ quotidianæ celebratio post aliquot annos a die, quo Testatrix occubuerat, ad solam dictorum Fratrum Augustinianorum petitionem, non autem juxta Testatricis voluntatem peragi cæperit, tum quia congruum capitale, ex quo annuus fructus librarum 300. percipi posset, supra Sacra Æde S.Georgii numquam fuit ab hærede investitum, tum demum quia ipsi met Fratres Augustiniani nullam penitus instantiam, ut Capitale, ex quo jus sibi foret libere, & independenter ab hærede percipere dictas annuas libras 300. juxta legem legato adiectam investiretur, promoverint; Ex hac enim observantia adeo difformi a controversæ Franciscæ dispositione satis perspectum credunt, alio potius nomine, quam in vim legati ejusdem Franciscæ, Missam, de qua agitur, fuisse celebratam.

Hæc sunt, quæ dd. Fratres de Balbis circa I. Dubii decisionem proponunt; quod autem attinet ad II. in quo postulant sibi fieri potestatem curandi celebrationem d. Missæ quotidianæ, sive in proprio privato Oratorio, sive in alia Ecclesia ipsorum libito eligenda, quatenus controversum legatum adhuc vigere judicetur, quædam notanda occurrunt; in jure scilicet, quod S. hæc Congr. non facilis assentitur ejusmodi perpetuis Missarum translationibus ab una in aliam Ecclesiam, nisi justa, & fere necessaria impellat causa, multoque minus quando translatio postulatur ab Ecclesia publica ad Oratorium privatum; Similes enim petitiones in circumstantiis, ceteroquin admodum urgentibus fuerunt sæpius rejectæ, & signanter in *Alexandrina* nuperrime inter supplices libellos proposita die 14. Aprilis, & 2. Junii superioris anni: In facto autem, quod sæpedicta Francisca in controversa sua dispositione, non solum præcepit, Missam celebrari in Ecclesia Fratrum Augustinianorum, sed etiam *all' Altare privilegiato di essa*, quodque iidem Fratres Augustiniani petitæ translationi nedum suum haud quaquam præstant assensum, sed expresse repugnare professi sunt in folio, quod Sacræ hujus Congregationis jussu auditi jamdudum tradidere Archiepiscopo Januensi. Num autē dicti Fratres etiam in hodierna Causæ propositione precibus illorum de Balbis coram hoc Supremo Senatu Contradictores se præbituri sint, hactenus compertum non est: Utcumque vero res fuerit, dignabuntur EE. VV. respondere.

I. *An Legatum Missæ quotidianæ factum a Francisca Balbi debeatur in casu*, & quatenus affirmative.

II. *An sit locus illius translationi in casu &c.*

Ad primum Affirmative. Ad secundum Negative, & amplius.

Sess. 24. c. 18. de Ref.

VITERBIEN. Contendens Episcopus, habitualem Animarum Curam toti Capitulo Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ Sanctorum Faustini, & Jovitæ adnexam esse, solemque illius exercitium committ

mitti consuevisse uni ex Canonicis ejusdem Ecclesiæ, sub finem anni 1735., cum Canonicus Marinelli, qui Curæ Animarum onus sustinebat, fuerit apopletico ictu correptus, indeque effectus inhabilis ad Animarum Curam exercendam, ipsius accedente consensu, in Coadiutorem, seu Vicarium Curatum deputavit Sacerdotem Joannem Baptistam Mancini, cui postmodum de Parochiali Ecclesia S. Simeonis proviso sufficit Canonicum josephum Contestabili.

Verum quia Canonicus iste munere sibi commisso defungi renuit, subindeque una cum alio Canonico Carolo Grandini nomine Capituli Supremum hoc adiit Tribunal, authumans Curæ Animarum onus Canonicis non incumbere, ideoque nec ipsum, nec ullum alium ex Canonicis posse ab Episcopo compelli, ut Canonico Curato defuncto, aut ex infirmitate, aut alia legitima causa impedito munus Œconomi, seu Vicarii Curati suscipiat, præfatus Episcopus tam d. Canonicum Contestabili, quam Canonicum Grandini jussit excitari ad comparendum infra quindecim dies, & dicendum causam quare a Divinis suspendi non deberent vigore Dioecesanæ Synodi, in qua sub *Cap.* 11. *de Capitul. Cathedral.*, *& Collegiat.* §. *final.*, ita sancitum habetur - *Nemo tantum sibi arrogare præsumat, ut totius Capituli nomine quidpiam agat, eodem inscio, ac sine prævia convocatione ipsius Capituli legitime canonice facienda sua pęna suspensionis a Divinis ipso facto incurrendæ* -- alii vero duo Canonici una cum Priore contendere cæperunt, licitum haud fuisse dd. Canonicis Contestabili, & Grandini, quibus novissime accessit Canonicus Bonfili, ipsis reluctantibus, Capituli nomen in hac lite sibi assumere, proindeque pecunias in ea erogandas non posse ex reditibus totius Capituli, seu Capitularium pro rata detrahi. Quocirca disputare oportet quatuor Dubia, quæ mox subiicientur.

Præcipua rationum momenta nomine dictorum Canonicorum Contestabili, Grandini, & Bonfili allata circa I. Dubium, a quo aliorum Decisio potissimum pendere videtur, hæc sunt; primo, Episcopo prohibitum esse curæ Animarum onus, quod neque in Canonicatuum erectione, neque in eorum collatione adjectum legitur, Canonicis imponere, ut per Textus expressos *in cap. Cum dilectus* communiter Doctores, inter quos *Fagnan. in Cap. Significatum n.* 1. *& seq. de Præben.*, & alii adducti *per Scarfant. ad Cecoper. lucubr. can. lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 1., *& seqq. Corrad. in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 15. *& seqq.* secundo, si nemo compelli potest ad acceptandam cujuscumque Beneficii collationem sibi factam, ad *Text. in cap. Invito de Reg. jur. in* 6. *in cap. Cum inter* 21. *de election.* multo minus adigi posse Canonicos ad suscipiendum onus Curæ Animarum, præsertim vero ubi, ut in hypothesi, nullum eis augetur emolumentum, argument. Textus in *lege Sejo ff. delegat. in l. final. Codice de Princip. Agen.*; tertio, quod licet asserta habitualis Animarum Cura penes Capitulum resideret, quia tamen unusquisque Canonicus suam dictam Præbendam Canonicalem nulloque prævio examine, aut concursu obtinet, & e converso Canonicus Curatus Canonicalem Præbendam, cui adnexa est Cura Animarum, per concursum independenter a Capitulo in titulum perpetuum assequitur, eam-

demque animarum curam libere exercet ; ac omnia emolumenta inde obvenientia sibi vindicat, ejus propterea muneris est quotiescumque aliquo vexatus morbo, aliove detentus impedimento per se ipsum nequeat animarum curam exercere, alio Presbytero per Episcopum approbando dictam Curam delegare secundum ea, quæ distinguendo tradit *Abb. in cap. Extirpandæ §. Quo vero n. 15. de Præb.*, *& cum aliis Barbos. de Paroch. cap. 1. n. 55. & seqq.* & quarto demum, constantem jam diu obtinuisse consuetudinem, ut vacante Præbenda Cononicali Animarum curam adnexam habente, aut ægrotante, sive alias impedito Canonico Curato, alter Sacerdos extra gremium Capituli, nunquam vero Canonicus, fuerit in Œconomum, sive Coadjutorem deputatus; hunc autem veterem usum plurimum ad rem, de qua agitur, conferre, præter alios notat *Pignattell. tom. 1. consult.* 431. *n.* 2.

Episcopus pridem auditus in elaborata sua relatione post expositam facti seriem superius descriptam nonnullas expendit Facti circumstantias, ex quibus satis probatum putat, habitualem animarum Curam penes dictum Capitulum residere, subindeque sic habet -- „ adderem consuetudinem aliarum duarum Collegia-„ tarum hujus Civitatis S. Xistis, & S. Angeli, quarum quilibet „ Parochus semper est unus de Capitulo, prout in illa, de qua „ agitur; Consuetudo siquidem, & usus istarum est, quod, va-„ cante Ecclesia, aut Canonico Parocho impedito, supplet alius „ ex iisdem Canonicis, nec, prout mihi relatum fuit, habetur „ exemplum, fuisse unquam deputatum extraneum Sacerdotem „ in Œconomum, imo in Collegiata S. Angeli, contingente „ obitu Parochi, eligitur capitulariter unus ex iisdem Canonicis „ ad supplendum Curæ Animarum, durante vacatione, cum ap-„ probatione tamen Episcopi --; *& tandem in hac verba concludit* -- „ Ex hactenus dictis humillimeque EE. VV. expositis verificatam „ arbitror Curam habitualem Collegiatæ SS. Faustini, & Jovitæ „ apud illius Capitulum, & Canonicos residere, ideoque reiicien-„ dam esse Instantiam, prout reverenter insto &c.

Omnibus itaque perpensis, necnon inspectis iis, quæ alias adnotata fuerunt *in Ruben. Expensarum* 25. *Septembris* 1724., *& in Aquilana Distributionum* 7. *Julii* 1736., quæque ad resolutionem IV., & V. Dubii conferre poterunt, & dignabuntur EE. VV. rescribere.

I. *An in casu deputandi œconomum ad tempus in Ecclesia Collegiata SS. Faustini, & Jovitæ, Episcopus possit compellere unum ex Canonicis ad sufferendum onus œconomatus in casu &c.*

II. *An sustineatur Electio in œconomum facta in Persona Canonici Contestabili, idemque invitus cogendus sit ad prosequendum in eodem onere in casu &c.*

III. *An sit locus prætensæ suspensioni a Divinis contra Canonicos Grandini, & Contestabili in casu &c.*

IV. *An liceat dd. Canonicis unà cum Canonico Bonfili tueri in hac lite jura Capituli, etiamsi forent reluctantes alii duo Canonici cum Priore in casu &c.*

V. *An*

V. *An expenſæ hujuſmodi litis ſint detrahendæ ex reditibus totius Capituli, ſeu Capitularium pro rata in caſu &c.*

Ad primum, ſecundum, & tertium Negative. Ad quartum Affirmative. Ad quintum Affirmative quoad primam partem, & amplius.

ROMANA ONERIS MISSARUM. Moderator Generalis Fratrum Minorum S. Franciſci de Paula exponens, in Conſtitutionibus ſui Ordinis, & a ſan. mem. Julio II. ſub annum 1506. confirmatis *cap.* 4. *num.* 15. ita ſancitum haberi. *Ad nullas vero Miſſas, nec ad quæcumque Suffragia ſe obligent ipſi Fratres, niſi tantum in genere, ſeu ſub generalitate omnium Miſſarum, & Suffragiorum Ordinis, aut ſolum pro* 50. *annis, vel circa*; ſubindeque eumdem Julium II., & Leonem X. præfatis Fratribus Apoſtolicum conceſſiſſe Indultum, perpetua Miſſarum onera aſſumendi, eiſque ſatisfaciendi per Collectas, ſupplicavit ſan. me. Alex. VII. ut, quamvis autumarent, Religionem ſuam Apoſtolicis Privilegiis fulciri ſatisfaciendi perpetuis Miſſarum oneribus cum celebratione per 50. annos, deinde cum ſuffragiis generalibus, ad conſulendum tamen ſuæ, ſuorumque Fratrum conſcientiæ tranquillitati, dignaretur indulgere, quod *ipſe Ordo in ſuis Domibus omnia onera perpetua Miſsarum, & Suffragiorum per* 50. *annos celebrata, alia vero uſque dum finierint dd.* 50. *anni, deinde in genere ſeu ſub generalitate tantum recitare teneantur, necnon in futurum ea omnia acceptandi ſub perpetuitate dictæ regulæ, itaut ad* 50. *annos in particulari celebrentur, deinde ſub generalitate &c.* uti fuſius continetur in ſupplici Libello extante in *Lib.* 218. *Poſit. pag.* 174. Seſs. 22. Dec. de obſerv. & evit. in celeb. Miſs.

Summus vero Pontifex die 17. Novembris 1655. prævio Sacræ hujus Congregationis conſilio decrevit, *in futurum* Fratres Ordinis prædicti *recipere debere onera Miſſarum ad præſcriptum Decretorum de celebratione Miſſarum; quo vero ad onera præterita, ut juxta eorum Conſtitutionem uſque ad diem, quo fuerunt edita dd. Decreta, cenſeantur adimpleta juxta eorum Conſtitutionem; A die vero editionis dd. Decretorum ſatisfaciat celebrationi onerum Miſſarũ ad rationem ſc.* 40. *pro qualibet Miſſa perpetua — juxta Decretum tempore ſa. me. Innoc. X. ſub diem* 3. *Februarii* 1646. editum in Cauſa Regularium Mendicantium hiſce verbis — *Si Sanctiſſimus D. N. annuet, concedendam eſſe Regularibus reductionem onerum perpetuorum in præteritum pro Miſſis celebrandis ad rationem ſc.* 40. *monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa quotidiana perpetua. In futurum autem eſſe adamuſſim obſervanda Decreta de celebr. Miſſ. edita.*

Poſt hæc Fratres ejuſdem Ordinis degentes in Conventu SS.mæ Trinitatis in Monte Pincio pulſati a Miniſtris Rev. Fabricæ S. Petri ſuper adimplemento cujuſdam oneris Miſſarum, obtinuerunt definitivam Sententiam, qua pronunciatum fuit, ipſos eſſe abſolvendos per ſpatium 50. annorum, & deinceps loco Miſſarum applicaſſent Orationes, jejunia, aliaque opera pia, quæ a tota Religione peragi conſueverunt; Sed contendente Congregatione deputata ſuper adimplemento onerum Miſſarum, interpretationem in enunciata ſententia

captam quoad onera perpetua maximam pati difficultatem, sa. me. Clemens XI. ad ejusdem Congregationis instantiam, prævia avocatione causæ quocumque Tribunali Sacro huic Cœtui commisit; ut, auditis Procuratore Generali Ordinis Minorum, & Fiscali Sacræ Visitationis Apostolicæ, memoratum Decretum Alexandri VII. declararet; quocirca discusso Dubio ,, An, & quomodo ex vi De-
,, creti Alexandri VII. Patres Ordinis Minorum S. Francisci de
,, Paula teneantur adimplere onera Missarum perpetua suscepta
,, tam ante, quam post editionem Decretorum Urbani VIII. super
,, celebratione Missarum. *Eminentissimi Patres die* 28. *Julii* 1708.
,, *responderunt*, quoad onera perpetua suscepta ante Decreta Urbani
,, VIII. de celebratione Missarum teneri sub generalitate suffragio-
,, rum ad formam eorum Constitutionis, quo vero ad suscepta post
,, dd. Decreta usque ad Decretum Alexandri VII. teneri ad ratio-
,, nem sc. 40. pro qualibet Missa perpetua ad formam Decreti In-
,, nocentii X., quo vero ad onera suscepta post d. Decretum Ale-
,, xandri VII. teneri juxta formam Decretorum Urbani VIII., &
,, cum Sanctissimo ,, factaque per Secretarium eidem Sanctissimo relatione sub die prima Augusti 1708. in solita Audientia -- ,, San-
,, ctitas Sua d. Sacræ Congregationis Sententiam benigne approba-
,, vit, ac jussit, ut quolibet anno in singulis Conventibus celebretur
,, Missa cantata de Requie cum applicatione pro dd. oneribus, & in
,, horum memoria, ultra Suffragia generalia, ad quæ tenentur pro
,, illis & destinetur a Provinciali dies celebrationis d. Missæ in quo-
,, libet Conventu apponenda in Tabella onerum Missarum.

Pontificio Indulto Alexandri VII., & mox enunciato Decreto Sacræ Congregationis facile innixi Fratres S. Andreæ de Fractis ejusdem Ordinis Minorum S. Francisci de Paula jamdiu omiserunt celebrare tres Missas lectas, & Anniversarium in suffragationem Animæ Ludovici Anguisciola olim utriusque Signaturæ Referendarii, tametsi ab isto sub annum 1721. vendita fuit quædam Vinea extra Portam Salariam existens prædictis Fratribus pretio scutorum 4000. ea lege conventa, quod *Fratres Emptores* (sunt
,, verba Instrumenti desuper exarati),, scuta 1000. monetæ in
,, pecunia numerata solvere promiserunt, statim facta recollecta
,, fructuum; alia vero sc. 3000. Ludovicus dedit, cessit atque dimi-
,, sit eisdem Fratribus ex eo, quia ex Causa hujus Eleemosinæ scu-
,, tor 3000. monetæ præfatæ &c. pro se, eorumque Successoribus
,, quibuscumque in perpetuum promiserunt, & se obligarunt, ac
,, assumpserunt onus, incipiendo a die quo possessionem dictæ
,, Vineæ habuerint in posterum perpetuis futuris temporibus, du-
,, rante Mundo, celebrare, & celebrari facere in d. eorum Ecclesia
,, S. Andreæ de Fractis Missas tres parvas qualibet die, durante vita
,, ipsius Ludovici pro remissione suorum peccatorum, & pro sua,
,, & suæ Familiæ felici conservatione, & post ejus obitum pro re-
,, frigerio ejus Animæ, & in die sui obitus Anniversarium &c. & sic
,, semper, & perpetuo inviolabiliter observare, & adimplere,
,, & in eventum, in quem quandocumque ipsi Fratres, aut eo-
,, rum successores deficerent in adimplendo prædicta onera, tunc
,, cogi, atque eos compelli posse voluerunt, licitumque sit ipsi
Ludo-

„ Ludovico, & suis &c. ipsos Correctorem, & Fratres, eorum-
„ que Successores in eventum prædictum ad sibi solvendum dd.
„ scut. 3000., & illa dare, & applicare possit alteri Ecclesiæ,
„ etiam alterius Religionis &c. pro quorum faciliori consecutio-
„ ne ultra rigorem præsentis contractus, & infrascriptæ obliga-
„ tionis Cameralis, & alia juris remedia tam in casibus prædictis,
„ quam in quocumque alio Casu etiam inopinato, & hic non
„ expresso, & de necessario exprimen., & signanter sub præ-
„ textu temporis, ex cujus causa prædictum onus sufferre non
„ possent, aut nollent &c. e contra idem Ludovicus, & sui &c.
„ habeant, & habere possint, & valeant liberum regressum,
„ & accessum, ac recursum, necnon liberam, atque specia-
„ lem hypothecam semper, & perpetuo super d. Vinea, Can-
„ neto &c. de quibus omnibus in casibus prædictis liceat eidem
„ venditori, & suis propria authoritate absque Judicis mandato
„ itaut directum dominium d. Vineæ, & aliorum prædictorum ul-
„ lo umquam tempore in prædictos DD. Emptores translatum
„ censeatur pro dd. sc. 3000. tantum veram, realem, actualem, &
„ corporalem possessionem capere, captamque retinere &c. Et
„ quia ne RR. Correctores, & Fratres Successores in d. Con-
„ ventu futuris temporibus de hujusmodi onere ignorantiam
„ prætendere possint, promisserunt describere in Libris Sacristiæ
„ Ven. Ecclesiæ, & etiam in Tabula marmorea in literis majuscu-
„ lis sculptam notam hujus oneris cum expressa mentione præ-
„ sentis Instrumenti, & d. Tabulam ponere in Pariete publico
„ d. eorum Sacristiæ in loco, ut ab omnibus videri, ac facile
„ legi possit &c.

Id vero cum nuper agnoverint Ministri Rev. Fabricæ S. Petri provocarunt memoratos Fratres coram Judice Tribunalis ejusdem Fabricæ ad docendum de celebratione dictarum Missarum, alias *videndum mandari applicari* favore Fabricæ prædictæ *annualitates decursas*, *& mandatum de applicando*, *& executivum respective in forma decerni*, *& relaxari* eo nimirum sub fundamento, quod memorata Pontificia Indulta, & Decretum Sacræ Congregationis nequeant Fratribus Ordinis Minimorum in casu isto suffragari, in quo controversa Missarum celebratio fuit per contractum inter vivos ultro citroque obligatorium, & subenunciatis amplissimis Clausulis favore Ludovici, suorumque Successorum conceptum; Hujus autem negocii examen putantes sæpedicti Fratres e re sua esse, ut in hoc supremo Senatu fieret, cum obtinuerint ab Emo ProAuditore SSmi, prævia Causæ avocatione a Tribunali Rev. Fabricæ, ad eumdem remitti, onus hodie erit EE. VV. ex juribus utrinque afferendis, nec non ex iis, quæ in similibus terminis fuerunt adnotata *in Romana Reductionis Missarum* 18. *Apr.* 1733. deliberare.

An sub Decreto edito die 18. *Julii* 1708. *comprehendatur onus Missarum de quibus agitur in casu &c.*

Dilata ad primam post Aquas.

Die

Die Sabbathi 23. Novemb. 1737.



EMinentiſſimi PP. dignabuntur reſumere Folium poſtremæ Congregationis habitæ ſub diem 28. Septembris proximè præteriti, Dubioque in ſequenti Cauſà propoſito reſpondere.

Seſs.22. Decr. de obſervat. & evit. in celebr. Miſs.

ROMANA ONERIS MISSARUM.

An ſub Decreto edito die 18. Julii 1708. comprehendatur onus Miſſarum, de quibus agitur in caſu &c.

Affirmativè.

Seſs. 24. c. 4. de Ref.

SYPONTINA. Propugnante Archiepiſcopo, ſuſtineri Decretum, quod ipſe in noviſſima viſitatione Parochialis Eccleſiæ S. Leonardi Oppidi S. Joannis Rotundi adversùs Sacerdotes, & Capitulares Participantes ejuſdem Eccleſiæ renuentes Archipresbyterum in curæ animarum exercitio coadjuvare, in hæc verba ediderat -- *Come che tutti li Sacerdoti, e particolarmente li Partecipanti ſono chiamati in partem ſolicitudinis, e per Coadjutori dell'Arciprete nella Cura dell'anime ſecondo le diſpoſizioni del Sagro Concilio di Trento, e perciò partecipano delle decime, per tanto non hanno ſcuſa di non volere coadjuvare il proprio Paroco in detto peſo, maſſime nell'aſſiſtenza a' Moribondi, e ſi rendono rei della fraude delle decime, quando ciò traſcurano; pertanto ordiniamo a tutti li Sacerdoti Capitolari ſotto pena di non partecipare di dette decime, ſe chiamati mancheranno a tal doveroſo impiego, come appunto ordinò la Sagra Congregazione del Concilio a' Preti Partecipanti d'Iſchitella ſotto il dì 12. Maggio 1731.* ad petitionem eorumdem Sacerdotum die 1. Decembris ſuperioris anni diſcuſſum fuit Dubium -- *An Presbyteri Capitulares Terræ S. Joannis Rotundi teneantur præſtare aſſiſtentiam Morientibus in caſu &c.*; prodiitque Reſcriptum -- *Dilata ad ſex menſes, & interim Archiepiſcopus cogat in caſu neceſſitatis*, -- ut in *lib.86. Decret. pag.*433.

Cum autem à die enunciati Reſcripti elapſi jamdiu ſint dicti ſex menſes, memorati Presbyteri Capitulares è re ſua putantes præfati Dubii reſolutionem prodire, hanc ab EE. VV. enixè flagitant, eamdem ſibi blandientes votis ſuis conſentaneam aſſequi, præſertim quia ſæpiùs laceſſiti tam Archipresbyter dictæ Eccleſiæ S. Ioannis Rotundi, quàm Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis nihil ultrò, quod ipſorum petitioni adverſetur, hactenus attulerunt. Decidendum itaque denuò proponitur.

An

An Presbyteri Capitulares Terræ S. Joannis Rotundi teneantur præstare assistentiam Morientibus in casu &c.

Teneri in casu necessitatis.

MATHERANEN. PARTICIPATIONIS. Sub obtentu veteris consuetudinis in Ecclesia Metropolitana vigentis, non admittendi quemquam ad Massæ participationem, qui prius eidem Ecclesiæ quatuordecim annorum spatio gratis non inservierit, ac ultimis duobus annis tres, aut quatuor Missas qualibet hebdomada non celebraverit, relicto earum stipendio ipsis Canonicis, & Sacerdotibus Participantibus, adeout absentes etiam causa infirmitatis pœnam punctaturæ solvere, imò & servitium per quadrimestre antea præstitum cogantur amittere, contenderent Canonici, aliique Presbyteri Participantes Ecclesiæ prædictæ Canonicum Vincentium Duni in nullam emolumentorum partem vocari debere, quippe quia, licet ipse fuisset usque ab anno 1721. Ecclesiæ adscriptus, ei tamen nonnisi spatio septem annorum hactenus inservierit, proindeque authumantes, nil eidem prodesse, quod munitus Ordinarii licentia per quinquennium à Civitate Matheranensi abfuerit causa studiorum, quibus operam dedisse asserebat tum Neapoli, tum Romæ, productis etiam quibusdam literis assertæ Laureæ Doctoralis à Delegato Prothonotariorum Urbis obtentæ, curarunt disputari duo hæc Dubia -- *I. An asserta consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ Matheranensis, quod Clerici adscripti in ea teneantur inservire per annos quatuordecim distributos juxta ordines, quos assequuntur, antequam admittantur ad participationem, sit servanda*; & quatenus affirmativè -- *II. An favore Canonici Vincentii Duni sit computandum quinquennium, quo prætensam operam dedit studiis in Civitate Neapolis, & in Urbe in casu &c.*; die verò 24. Septembris 1735. rescriptum fuit -- *Ad I. Affirmativè, præterquàm quoad servitium præstandum ab absentibus causa infirmitatis, & quoad onus celebrandi Missas gratis in ultimo biennio. Ad II. Affirmativè, dummodo reportet Lauream Doctoralem juxtà consuetudinem*, ut in *lib.*85. *Decr. pag.*387. Sess.24. c.14. de Ref.

At adversus hanc resolutionem cum novæ audientiæ beneficium postea impetraverint tum Canonici, & Presbyteri Participantes in eà parte, quà responsum fuerat dictam consuetudinem servandam non esse *quoad servitium præstandum ab Absentibus causa infirmitatis, & quoad onus celebrandi gratis Missas in ultimo biennio*, tum Canonicus Duni quoad conditionem secundi Dubii rescripto adjectam, quà gravatur onere assequendi Lauream Doctoralem juxtà consuetudinem, oportet hodie præmissam resolutionem, inspectis potissimum binis Archiepiscopi relationibus, quæ ad instantiam utriusque Partis collitigantis fuerunt interea super peculiaribus quibusdam facti circumstantiis petitæ, ad novam trutinam revocare sub Dubio, *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

MELE-

Seſs.22: Decr. de obſerv. & evit. in celeb. Miſs.

MELEVITANA ONERUM MISSARUM. In Paſtorali viſitatione anni 1621. deprehendens Epiſcopus Balthaſſar Cagliares, implementum onerum Miſſarum, quæ ex Beneficiorum fundatione, pluribuſque legatis, ac Fidelium eleemoſynis celebrandæ erant in Eccleſia Matrice Inſulæ Gaudiſii ſub titulo Aſſumptionis B.M.V. erecta negligi, Capſam Miſſarum nuncupatam inſtituit, conſtituto Procuratore, ſeu Adminiſtro, qui earumdem Miſſarum celebrationi ſedulò incumberet, deinde verò ſub annum ſcilicet 1623., cum tot Presbyteri, qui ſatis eſſent pro dictarum Miſſarum celebratione, in memorata Inſula non reperirentur, ut Teſtatorum, aliorumque piorum Largitorum mens meliori, qua poſſet, ratione impleretur, ſatiùs duxit prælaudatam Eccleſiam, reſervato Apoſtolico Beneplacito, in Collegiatam erigere, eamque ex Archipresbytero, & ſex Canonicis conſtare præſcripſit, quorum ſinguli deberent una quaque die Miſſam celebrare, Divinumque Officium in ſatisfactionem dictorum onerum in Choro perſolvere, accepto ſtipendio unius Tareni pro quotidianis diſtributionibus, & alterius Tareni pro cujuslibet Miſſæ celebratione, & demum anno 1625. hæreditatem à quodam Nicolao Angelo Marcanutio relictam, & per Patres Societatis Jeſu hæredes inſtitutos, necnon per PP. Dominicanos ſubſtitutos ſubinde repudiatam, unà cum ſuis oneribus prælaudatæ Eccleſiæ applicavit, additiſque ex hujuſmodi hæreditate binis aliis Canonicatibus, obtinuit, enunciatam applicationem à Sacra Congregatione per ſuas literas ſub die 31. Maii 1631. expeditas approbari.

At dubitantes poſtea memorati Canonici de validitate præmiſſæ erectionis Eccleſiæ in Collegiatam ab Epiſcopo factæ impetrarunt anno 1663. a fa:me: Alexandro VII. Apoſtolicas literas, quibus eadem Eccleſia fuit iterum in Collegiatam erecta cum uno Archipresbytero, & octo Canonicis, injuncto ipſis inter cetera onere recitandi ſingulis diebus Horas diurnas, & nocturnas, necnon celebrandi Miſſam Conventualem, & alias duas Miſſas, atque in eorum Sacrificiis, & Officiis rogandi Deum pro Benefactoribus etiam ignotis. Habita verò ejuſmodi literarum executione ſub annum 1668. cæperunt iidem Archipresbyter, & Canonici Miſſam dumtaxàt Conventualem unà cum duabus Miſſis lectis celebrare, authumantes nimirum ab onere aliarum Miſſarum vi præfatæ Bullæ Alexandrinæ exemptos eſſe.

Cum autem Epiſcopus David Cocco Palmeri in ſua viſitatione Paſtorali expleta ſub annum 1689. id agnoverit, contendens onera á Teſtatoribus injuncta haud ſatis adimpleri per ſolam dictarum Miſſarum celebrationem, curavit in Sacro hoc Conſeſſu diſcuti ſequentia Dubia -- *I. An omnes, & ſinguli reditus Beneficiorum, legatorum, & eleemoſynarum fundatorum, & reſpectivè relictorum ante Bullam ſan.mem. Alexandri VII. pro celebrandis Miſſis ſint in eamdem celebrationem eroganda, & quatenus non omnes. II. An ſaltem aliqua eorum portio, & quæ. III. An, & pro quo tempore Canonicis liceat vacare à Choro* --, primùm autem die nempe 26. Martii 1689. reſcriptum fuit -- *firmandum ſtatum antiquum, & modernum coram Eminentiſſimo Præfecto*, -- ut in *lib.*39.*Decr.pag.*125. *& ſeq.*: deinde verò, repropoſita die 6. Auguſti ejuſdem anni Cauſa ſub iiſdem Dubiis, prodiit Reſolutio -- *Ad I., & II. non immutata diviſione facta inter Ca-*

Canonicos ſuper hæreditate Marcanuta, ex fructibus ejuſdem, & ex aliis provenientibus ex Capſa Eleemoſynarum erogentur ſcuta 35. *pro diſtributionibus quotidianis, reliqui verò fructus applicentur pro Præbenda Canonicali, & pro Eleemoſyna Miſſarum, quas quilibet Canonicus, vel per ſe, vel per alium quotidie celebrare, & Sacrificium pro Animabus Benefactorum applicare teneatur, ita tamen, ut, ſi quando augeatur reditus, augeatur etiam proportionabiliter numerus earumdem Miſſarum; quod in actu viſitationis præſertim inſpicere curæ eſſe debebit Ordinario pro tempore* --, ut in *lib.*39.*Decr.pag.*291.

In obſequium hujuſmodi Reſolutionis memorati octo Canonici unà cum Archipresbytero novem Miſſas ſingulis diebus hactenus celebrare conſueverunt, eaſque in Benefactorum ſuffragationem offerre; At, cum idem Epiſcopus Cocco prædictam Collegiatam Eccleſiam iterum perluſtrans anno 1699. deprehenderit, Rectores dictorum beneficiorum unum dumtaxàt Tarenum pro qualibet Miſſa juxta veterem taxam Synodalem præfatis Archipresbytero, & Canonicis tradere, tametſi tenerentur eleemoſynam cujuſque Miſſæ ad rationem unius Tareni, & granorum decem præſtare ad normam recentioris Taxæ nùnc vigentis, & in dictis granis decem, in quibus valor Tareni decreverat, adauctæ, indeque unum Tarenum ex cujuſque Miſſæ celebratione lucrari, alteram inſtituit *Capſam ſupplementorum* nuncupatam, præcepitque memoratis Beneficiorum Rectoribus, ut dictos granos decem Procuratori novæ hujus Capſæ perſolverent ad effectum celebrari faciendi in Parochialibus Eccleſiis ejuſdem Inſulæ tot Miſſas, quot ad rationem unius Tareni poſſent celebrari, atque ita uſque ad hæc noviſſima tempora ſervatum eſt.

Hodie verò Canonici, & Archipresbyter prædicti putantes, memoratum Epiſcopum Cocco non potuiſſe enunciatam novam Capſam inſtituere ſub onere celebrandi tot Miſſas in dictis Parochialibus Eccleſiis, ſed enunciatos granos decem, quos ipſe juſſit in augmentum eleemoſynæ Miſſarum juxta recentiorem taxam Synodalem à Rectoribus Beneficiorum perſolvi, ſibi pro novem Miſſis, quas in dies celebrant, deberi, humillimè rogant Eminentias VV., ut, inſpecta relatione moderni Antiſtitis Melevitani unà cum juribus eorum nomine circumferenda, reſcribere dignentur.

An ſupplementum granorum decem ab Epiſcopo Cocco demandatum in viſitatione anni 1699. *applicandum ſit Archipresbytero, & Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ Inſulæ Gaudiſii in caſu &c.*

Affirmativè.

LARINEN. Conſulente Epiſcopo Larinenſi Sacram hanc Congregationem, an ſibi jus eſſet viſitandi Eccleſiam exiſtentem in Abbatia Sanctæ Agathæ ad Monaſterium Tremitarum Canonicorum Regularium Lateranenſium ſpectante, Sacra eadem Congregatio ſub diem 20. Decembris anni 1653. reſpondit -- *Sacrum Concilium aſſiſtere Epiſcopo, necnon Conſtitutionem Gregorii XV. de exemp. Privileg. ideo exequendum* --, ut in *lib.*19. *Decr. pag.*296., At idem Epiſcopus cum in ſequenti anno 1654. viſitationem dictæ Eccleſiæ in iis, quæ verſabantur circa Sacramentorum adminiſtrationem, ag- *Seſs.*11. *c.*4. *de ref.*

gredi vellet, quia sese opposuit Abbas memorati monasterii affirmans, nullam ibidem animarum curam in Laicos exerceri, decretū hoc edidit -- *Non esse visitandam dictam Abbatiam pro Cura Animarum, nisi in casu, quod rursùs deputaretur Curatus, & erigeretur Fons Baptismalis, & exerceretur in ea Cura Animarum non inservientium Monasterio* .

Cum autem modernus Larinensis Antistes sub annum 1733. comperiisset, in prælaudatâ Ecclesia S. Agathæ Baptismum conferri, aliaque Sacramenta Incolis administrari, putans, circa hæc liberum sibi esse eamdem Ecclesiam visitare, curavit ab hoc Supremo Senatu disputari Dubium -- *An liceat Episcopo Larinensi visitare Ecclesiam Sanctæ Agathæ Insulæ Tremitanæ quoad Sacramenta, & Sacramentalia, itaut sit standum, vel recedendum à decisis die* 20. *Decembris* 1653. *in casu*, -- cui primùm die nempè 27. Junii dicti anni 1733. rescriptum fuit -- *Dilata, & interim Canonici Regulares abstineant ab exercitio curæ Animarum in Ecclesia S. Agathæ* --; sub diem verò 23. Januarii 1734. responsum est -- *Affirmativè*, *& amplius* --, ut in *libro* 84. *Decr.pag.*42.

Post editam Resolutionem hanc ad tollendas ulteriores contentiones actum fuit inter Episcopum, & Abbatem de stabilienda concordia, fueratque inter ipsos sub reservatione Apostolici Beneplaciti, & assensus Procuratoris Generalis Congreg. Canonicorum Regularium, in hæc potissimè conventum; primò, quod Ecclesia S. Agathæ deberet ab Episcopo in Parochialem erigi; secundò, quod Territorium dictæ Paræciæ sese extenderet ad Feuda *di San Leuci, di Ranitelli, & di Citta a Mare*, itaut ejusdem Ecclesiæ Parochus posset ibi eo modo, quo ceteri Parochi, Animarum curam exercere: tertiò, quod nominatio personæ, quæ Animarum curæ deberet præfici, ad Abbatem, ejus autem approbatio, & institutio cum titulo Œconomi ad Episcopum pertineret: quartò, quod præfatus Œconomus Episcopo subesse deberet in iis, quæ ad Animarum Curam, & Sacramentorum administrationem spectant; quintò, quod idem Œconomus teneretur ea omnia explere, quibus ceteri obligantur Parochi ex præscripto Synodalium Constitutionum; sextò, quod Episcopus, postquam dicta Ecclesia fuisset in Parochialem erecta, nequiret in illa jurisdictionem sibi asserere nisi in concernentibus Animarum Curam; & septimo demùm, quod salva, & intacta intelligeretur Episcopi authoritas, & jurisdictio in dictæ Paræciæ Territorio.

Verùm quia Congregatio Canonicorum Regularium noluit transactioni huic assentiri, prælaudatus Episcopus hodie contendens, jampridem in memorata Grancia S. Agathæ erectam fuisse Parochiam, eamque ad pristinum statum esse reintegrandam, in loco tamen sibi beneviso, & sumptibus Abbatis Monasterii Tremitani, novamque proindè Parochiam alibi nequaquam fore erigendam, multoque minus locum esse deputationi Vicarii, qui Curam Animarum degentium in Oppido S. Agathæ sive in Districtu Civitatis ad Mare, & in aliis duobus Feudis S. Leuci, & Ramitelli, eorumque Territoriis exerceat, quin verò Abbatem Tremitanum, donec nova construatur Ecclesia in loco per Episcopum designando, teneri commoditatem præstare pro exercitio Curæ Animarum in dicta Ecclesia S. Agathæ,

eum-

eumdemque obstringi congruam subministrare, sive nova instituatur Paræcia, sive Vicarius, qui Animarum Curam gerat, præficiatur, ac deputationem Parochi, seu Vicarii liberè, & exclusa etiam nominatione Abbatis, ad se spectare, sibique tum ordinariam jurisdictionem in Clerum, & Populum dictæ Parochiæ competere, tum jus quoque esse exigendi Decimas prædiales, ac personales ex Incolis, & Colonis dictæ Paræciæ, itaut nedum attentata ipse non patraverit, si eas anno 1730. exegit, sed imo, quod Coloni, & Indigenæ præfati loci, seu Civitatis mox enunciatas decimas imposterum quoque sibi persolvere teneantur, oportet proinde decem Dubia ad omnes hasce dirimendas controversias exposita decidere.

I. *An constet de existentia antiquæ Parochiæ, & in quo loco*, & quatenus affirmativè.

II. *An sit locus reintegrationi*, & quatenùs affirmativè.

III. *An sit locus dismembrationi, & respectivè erectioni novæ Parochiæ, seu potiùs deputationi Vicarii pro exercitio Curæ Animarum existentiũ, tam in loco S. Agathæ, seu Civitatis ad Mare, quam etiam in aliis duobus Feudis S. Leuci, & Ramitelli, eorumque Territoriis spectan. ad Monasterium S. Mariæ Tremitarum*, & quatenùs affirmativè quoad primam partem.

IV. *An, & in quo loco, & cujus expensis sit construenda dicta Parochia.*

V. *An Abbas Tremitarum, donec constituatur nova Ecclesia Parochialis, teneatur pro exercitio Curæ Animarum præstare commodum in Ecclesia S. Agathæ in eodem loco.*

VI. *An, & a quo sit subministranda congrua tam in casu erectionis novæ Parochiæ, quam in casu deputationis Vicarii.*

VII. *An deputatio Parochi, seu Vicarii pro exercitio Curæ Animarum debeat esse liberæ collationis Episcopi Larinen., seu potiùs fieri debeat ad nominationem Abbatis Tremitarum.*

VIII. *An idem Episcopus exercere possit ordinariam Jurisdictionem in Clerum, & populum ejusdem Parochiæ.*

IX. *An Incolæ, & Habitatores S. Agathæ, seu Civitatis ad Mare Sanctorum Leuci, & Ramitelli teneantur solvere Decimas prædiales, & personales tam Episcopo, quam Parocho, vel alteri eorũ tantùm, & cui in casu &c.*, & quatenus negativè &c.

X. *An exactio dictarum Decimarum per Episcopum facta sit attentata, & quomodo illa sit purganda in casu &c.*

Dilata, & ad Mentem, & acriter moneatur Procuratur Abbatis.

ULIXBONEN. ORIENTALIS PENSIONIS. Joseph de Mello Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Ulixbonensis noscens, se crebris adeo corporis infirmitatibus afflictari, ut debitam haud posset servare residentiam, minusque præscripto Ecclesiæ servitio defungi, statuit in perpetuum Coadjutorem sibi adlegere Raphaelem Monteiro de Sylva. Re itaque inter ipsos conventa, tam dictus Joseph de Mello, quàm præfatus Raphael suos pro impetranda à Sanctissimo ejusmodi Coadjutoria insimul, ac in solidum constituerunt Procuratores Comitem Angelum Bentivolum, & Augustinum Rodriguez in Romana Curia residentes, his potissimùmque hodiernæ liti *Sess. 24. c. 12. de Ref.*

 cau-

causam dedere, in mandato Procuræ adjectis -- ,, Supplicandum
,, itaque Sanctissimo, quatenus dignetur super fructibus ejusdem
,, Canonicatus annuam Pensionem biscentum ducatorum auri de
,, Camera, qui secundùm communem æstimationem quatuor centum
,, tum sexaginta sex petiarum, & vulgò dicitur de otto, & duos
,, tertios constituunt post obitum ejusdem R. D. Josephi de Mello
,, reservare ad favorem Francisci de Mello Clerici Ulyssippone
,, Occidentalis ejus Nepotis, eidemque tunc, sivè ejus Procura-
,, tori in duobus terminis æqualibus, ac Nativitatis Dominicæ, &
,, S. Joannis Baptistæ respectivè Festivitatibus solvendum, quæ li-
,, bera esse debeat ab omni onere, & antiquo sivè subsidio imposi-
,, to, vel imponendo, etiam ex causa Belli contra Turcas, sive In-
,, fidelis, ac defensionis Patriæ, vel intuitu Seminarii, ac impe-
,, trandi itidem Indultum a sua Sanctitate, ut dicta pensione ad
,, melius se sustentandum gaudere possit in quocumque statu etiam
,, conjugali, vel etiam si professus fuerit in aliquo ex tribus Ordi-
,, nibus militaribus. Hujusmodi autem Indultum, sicut etiam aliud
,, pro dispensatione, ut præfertur, a residentia locali ipsius Coa-
,, djuti expedire teneatur propriis sumptibus d. D. Raphael Mon-
,, teiro, & non aliàs, alitèr, nec alio modo. Qui ibidem, ut præ-
,, fertur, præsens constituere dixit, & constituit eosdem Procura-
,, tores ad consentiendum sui respectivè nomine d. resignationi ad
,, sui favorem per viam Coadjutoriæ cum futura successione, &
,, reservatione d. Pensionis biscentum ducatorum auri de Camera
,, ad favorem dicti D. Francisci de Mello, necnon Indulto, ut ea
,, gaudere possit in quocumque statu, ac d. Indulto etiam residen-
,, tiæ localis expedito, ut præfertur, sumptibus ejusdem Don Ra-
,, phaelis Monteiro &c. seque obligavit cum omnibus suis bonis ad
,, omnes præmemoratas conditiones, &; expensas, & ratihabere
,, promisit omnia per dictos, ut præfertur, constitutos Procurato-
,, res super præmissis facienda.

Delato ad Urbem hujusmodi Procuræ mandato, supplicatum fuit Sanctitati Suæ pro concessione dictæ Coadjutoriæ, necnon pro reservatione enunciatæ Pensionis favore Francisci de Mello Nepotis d. Josephi; Summus autem Pontifex & in perpetuum Coadjutorem constituit prælaudatum Raphaelem, & enunciatam Pensionem dicto Francisco in hæc verba reservavit -- ,, Tibi, ut, etiamsi dein-
,, ceps in habitu, & Tonsura Clericalibus juxta formam Constitu-
,, tionis fel. rec. Sixti Papæ V. Prædecessoris nostri desuper editæ
,, non incedas, vestesque talares non deferas, ac Matrimonium
,, cum quavis muliere, etiam ex pluribus viris vidua nullo aliàs ti-
,, bi jure prohibita, aut ex dispositione Apostolica permissa, se-
,, mel, vel pluries, successivè tamen, & legitimè contrahes, ac
,, ipso matrimonio constante, ac ante, aut post illud, alicui mili-
,, tiæ à Sede Apostolica approbatæ, & cum Matrimonio compati-
,, bili, te adscribas, & in illa professionem per milites emitti soli-
,, tam, quam nondum emisisti, expresse emittas regularem, nihi-
,, lominus Pensionem prædictam, quoad vixeris, retinere, ac an-
,, nuatim percipere, exigere &c. liberè, & licitè possis, & valeas,
,, eadem Apostol. auctoritate tenore præsentium concedimus &c.

Nec-

„ Necnon te ratione dictæ Pensionis ad habitum, & Tonsuram Cle-
„ ricales deferendum, aut in eis incedendum a quoquam cogi &c.
„ deinceps posse, minusque dictam pensionem per contractum,
„ Matrimonium hujusmodi etiam cum vidua, ut præfertur, ac ob
„ habitus, & Tonsuram Clericalem hujusmodi non delationem,
„ & militiæ adscriptionem, ac in ea professionis emissionem hu-
„ jusmodi in toto, vel parte cessare, neque extinctam esse, sed
„ d. Raphaelem, & successores prædictos, ac integram illius solu-
„ tionem tibi faciendam, non secus, ac si Tu in habitu, & Tonsu-
„ ra Clericalibus incederes, Matrimonium non contraxisses, ac
„ militiæ hujusmodi te non adscripsisses, ac Professionem in ea
„ non emisisses, teneri, & obligatos esse &c. & compelli posse.

Apostolicis jam verò literis sub diem 18. Augusti 1718. expeditis, memoratus Raphael earum vigore optatamCoadjutoriam una cum ipsius possessione fuit pacificè assecutus, nec ulla inter eumdem Raphaelem Coadjutorem, & Josephum Coadjutum usque ad annum 1736. emersit contentio; At e vivis sublato Josepho, cum Franciscus de Mellò ejus Nepos, cui post obitum Patrui reservata fuerat annua pensio, ejusdem solutionem exposceret, objecit Raphael, Franciscum a jure illam exigendi cecidisse, eo quia superiori anno 1735. armatæ militiæ Lusitani Regis nomen dedisset; contra vero Franciscus authumans, Pensionis privationem ob hanc causam non incurrisse, vel saltem in iis se versari circumstantiis, ut ampliandum sibi sit Indultum, quo dictam pensionem valeat percipere *in quocumque statu*, *ac etiam si Castra sequatur*, recursum habuit ad Apostolicam Datariam pro dicti Indulti extensione. Quia verò hisce precibus contradictorem se præbuit Raphael, totius controversiæ inde obortæ cognitio fuit ex Decreto Emi Pro-Datarii ad Sacrum hunc Senatum remissa; Quocirca duo, quæ inferius describentur, Dubia, contingit hodie disputari: alterum concernens inspectionem, num Franciscus de Mello per adscriptionem Militiæ Seculari ceciderit a jure exigendi assertam pensionem; alterum verò, quo quæritur, an debeat Sanctissimo consilium præstari pro petita Indulti ampliatione.

Ad decissionem primi ex enunciatis Dubiis, expendenda occurrit vulgata juris sanctio, qua cautum est, Clericum, qui dimisso Clericali habitu, secularem, seu armatam militiam amplectitur, non Beneficia modo, verùm etiam pensiones quascumque ecclesiasticas ipso facto, & absque ulla monitione amittere, ne Deo simul, & seculo ipso videatur militare, ut inquit *Textus in Can. Quicumque ex Clero* 23. *quæst.*8. ibi -- *Quicumque ex Clero esse videntur, arma Militaria non sumant, sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus*, *& Religioso habitu præbeant*; *quod, si contempserint*, *tanquam Sacrorum Canonum Contemptores*, *& ecclesiasticæ Sanctitatis prophanatores*, *proprii gradus amissione multentur*, *quia non possunt simul Deo*, *& Seculo militare*, -- & tradunt *Gloss. in cap. fin. verb. redierint de Cleric non resident. Rebuff. in prax. part.*2.*tit. de tacit. renunc. in fin. versic. duodecimò tacitè renunciat. Ricc. in prax. part.*3.*resol.*149. *num.*4. *Gigas de pens. quæst.* 55. *per tot. Vivian. de jurepatr. lib.*13.*cap.*9. *num.*55. *in fin. vers. vel si fiat miles. Ciarlin. contr. foren. lib.*1.*cap.*36.*num.*37., *& seqq.*, *& lib.*2. *cap.*136.

cap.136. num.7. Barbos. de jur. Eccl. lib.1. cap.39. §.2. num.79. , *&* *Rot.cor.Celf. decif.69. num.19.* , *&* *dec.216. num.3.* , *&* 4.

Hæc autem Canonici juris cenfura locum fibi vindicare comperitur, etiamfi Clericus feculari Militiæ adfcriptus nunquam in bello fuerit, nec quicquam fævi exercuiffe doceatur, fecundum ea, quæ notant cum aliis *Barbof.de jur.Eccl.lib.3.cap.14.num.31..* *&* *32.*, & alii adducti per *Rot.cor. Celf. dicta dec.69. num.19.*, & in fortioribus terminis Equitum levis Armaturæ cuftodiæ corporis Summi Pontificis deftinatorum refolvit Sacra hæc Congregatio in *Romana Indulti 7. Decembris* 1720. ad I. Dubium; itidemque procedere etiam in cafu, quo facultas retinendi, ac percipiendi penfionem indulta fuerit Clerico habitum, & tonfuram Clericalem non deferenti, quin, & carnales nuptias ineunti; hæc enim facultas, feu difpenfatio non fuffragatur illi, qui ad fecularem, feu armatam Militiam tranfierit, cum neceffe fit, ut fuper hoc fpecificè difpenfetur, quemadmodum advertit *Rot.cor.Celf. decif.216.num.9.*, & confonat Refolutio Sacræ Congregationis *in Nicien.*, in qua, fupplicante Epifcopo pro refolutione hujus dubii -- *An Clericus, cui fuit refervata penfio ex difpenfatione poftea eidem conceffa illam retinendi, etiamfi non incedat in habitu Clericali, & Matrimonium contrahat, fi idem Clericus tranfierit ad armatam Militiam, poffit dictam penfionem ampliùs exigere* --, die 19. Decembris 1648. eadem Sacra Congregatio cenfuit *per D. Secretarium infinuandum Agenti Epifcopi oretenus, non poffe penfionem exigere, nec difpenfationem fuffragari, nifi fpecificè etiam difpenfetur quoad Militiam armatam*, -- ut in *lib.18.Decr.pag.563.*

Circa fecundum Dubium, præter ea, quæ nomine Francifci de Mello tàm in facto, quam in jure proponuntur, duo hujus Sacræ Congregationis Refcripta præftat recenfere.

Scilicèt in *Romana* inter fupplices Libellos relata fub diem 10. Junii 1693., cum expofita fuiffet hæc facti feries -- *Jacobus Sorbolongus Clericus Conjugatus Forofempronien. quatuor penfiones in fumma centum triginta quinque fcutorum monetæ Romanæ fuper trium Archipresbyteratuum* Ferrarien. *Diœcefis, ac alteram fuper manfionariæ pariter Ferrarien. fructibus, reditibus, ac proventibus Apoftolica authoritate fibi refervatis, feu translatis annuatim percipit; verum quia tribus ab hinc annis in Vexilliferum Equitum levis Armaturæ vulgo* Cornetta *a fa:me: Alexandro VIII. deputatus, & in eodem officio cuftodiæ Summi Pontificis adhuc continuat, licet in eo, ut notum eft, fæva non exerceat, fupplicat propterea orator, cui fuper folutione, nec extinctione Penfionum præfatarum, numquam fuit mota lis, pro fecuritate fuæ Confcientiæ declarari -- An dd. penfiones validè retinere, & percipere poffit, ita ut per exercitium fupradicti officii non poffint dici extinctæ*, -- Sacra Congregatio cenfuit, *Oratorem effe difpenfandum, facto verbo cum Sanctiffimo, & facta per Secretarium de præmiffis relatione fub die 24. ejufdem Menfis Junii Sanctitas Sua Sacræ Congregationis Sententiam benignè approbavit, Oratorem abfolvit ad cautelam in præteritum, penfiones hucufque perceptas condonavit, ac in futurum cum eo difpenfavit, itaut, durante fervitio inter Cohortes, & ad Cuftodiam Summi Pontificis Indultum in ftatu Clerici Conjugati ampliandum, & extendendum fit ad hujufmodi ftatum militarem; ac proinde penfiones*

præ-

prædictas percipere, & retinere valeat, ac si Militiæ adscriptus non esset — ut in *lib. Decr.* 43 *pag.* 320

In altera vero *Romana Indulti*, in qua Galeatius Torsi cum à clar.me: Cardinali Marescotto sub annum 1717. obtinuisset translationem pensionis pro quantitate scutorum 30., subinde verò a fa:me: Clemente XI. inter Equites levis Armaturæ fuisset adscriptus, & demum sub annum 1718. cogitans Matrimonium inire, Indultum retinendi prædictam pensionem obtinuisset, etiamsi Castra sequeretur, non incederet in Habitu, & Tonsura, & Matrimonium contraheret cum qualibet Muliere etiàm Vidua, nullam autem mentionem in d. Indulto fieri curasset, quod ipse tempore intermedio, hoc est a translatione pensionis ad ejusdem Indulti concessionem fuisset adscriptus inter Equites levis armaturæ, Summo Pontifici supplicavit pro concessione novi Indulti, aut pro veteris Indulti sanatione, seu pro Gratia, quam vocant *Perinde valere*: At remissis à Sanctitate Sua Galeatii precibus ad Sacrum hunc Consessum, discussa fuerunt duo hæc Dubia -- I. *An officium custodiæ Corporis Pontificis Equitum levis Armaturæ obstet retentioni Pensionis, & quatenus affirmative,* II. *An Indultum suffragetur Galeatio, vel potius sit locus sanatoriæ, seu gratiæ Perinde valere in casu &c.*, licet Orator sese ob reverentiam abstinuisset ab exactione d. pensionis, neque eidem ulla lis fuisset à Beneficiato promota, die 7. Decembris 1720. responsum fuit -- *Ad I. Affirmativè -- Ad II. negative*, ut in *libro* 70, *decr. pag.* 532.

Hæc in jure perpendi possunt; Sed quia Franciscus de Mello peculiares facti circumstantias, easque præsertim ex enunciato Procuræ mandato scatentes, quas ipsius Patronus latè exponit, sibi plurimum favere arbitratur, & e diverso nihil hactenus Raphaelis nomine allatum est, onus proinde erit EE. VV. sapienter decernere.

I. *An Franciscus de Mello ceciderit a jure exigendi pensionem in casu, de quo agitur*; & quatenus affirmativè.

II. *An sic consulendum Sanctissimo pro revalidatoria in casu &c.*

Ad primum Affirmativè. Ad secundum Negativè, & ampliùs.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Franciscus Stanchi olim in Urbe Advocatus in Testamentariis Tabulis anno 1710. conditis, & sub annum 1713. apertis, jussit, post obitum Margaritæ Piani suæ Uxoris, quam hæredem ex asse scripserat, distribui „ una Dote di „ sc. 60. ogn'anno in perpetuo il giorno di S. Francesco d'Assisi mio „ particolare Avvocato ad una Zitella per monacarsi, ò maritarsi; „ conche sempre sia preferita quella a me piu congiunta di sangue, „ ò parentela compresa, dopo con la medema prelazione ogn'altra „ Zitella tenuta da me, ò dalla mia Consorte a Battesimo, ò Cresi- „ ma: Ma quando vi sia, è comparisca alcuna mia Pronipote, sotto „ il dicui nome dichiaro compresa la Figliola della Sig. Agnese „ Capecci nata dalla quond. Teresa Stanchi mia Cugina, allora vo- „ glio, che per cinque anni continui si dia detta Dote di sc. 60. all' „ istessa mia Pronipote; E per fondo, e Capitale assegno adesso per „ allora venti luoghi de Monti Camerali non vacabili, e mancati, „ che saranno li miei Sig. Esecutori Testamentari, voglio, che la col- *Sess.* 24. *c.* 4. *de Ref.*

lazio-

„ lazione di tal Dote ricada, e spetti al P.Priore pro tempore della
„ Madonna della Vittoria, a cui concedo la facoltà di darla ancora
„ a qualche Donna di cattiva vita per monacarsi, ò maritarsi -- in Testamentarios verò Exequutores deputavit Nicolaum Raffaelini, Alexandrum Melmi, Gualterium Sestili, & Clementem Milli, iisque deficientibus, suffecit P.Priorem dicti Conventus vulgò nuncupati *della Vittoria*.

Defunctis tàm Francisco Testatore, quàm Margarita hærede, Elisabetha Testatoris ex Theodora sorore proneptis sub diem 4. Octobris 1717. fuit á prælaudatis testamentariis Executoribus ad subsidium dotale sexaginta dumtaxat scutorum nominata; Anna verò Milli ex Theresia ejusdem Testatoris Consobrina proneptis, licèt ex dicto subsidio dotali spatio quinque annorum scuta 500. fuisset assecuta, supplicem anno 1726. san.mem. Benedicto XIII. porrexit Libellum, quo exponens, se Monasticum habitum in Monasterio nuncupato *dell' Orsoline* induisse, nequire tamen in eo Professionem emittere ob deficientiam scutorum mille, quæ tum pro residuo dotis, tum pro alimentis decursis, & non solutis sibi necessaria erant, facileque contigere posse, ut é Monasterio dimitteretur, si diutiùs professionem protraheret, enixe postulavit, ut Sanctitas Sua dignaretur præcipere -- *che si possa alienare parte di dd. luoghi di Monte per sodisfare, e pagare respettivamente detti alimenti, e constituire l'intera Dote a detto Monastero, potendosi reintegrare li dd. Sussidi dotali colli frutti delli rimanenti luoghi di Monte, che dovranno avvenire, tanto perche la medema Oratrice Pronipote e più prossima di d. Testatore, non potendo in altro modo sperare di conseguire il residuo di detta Dote, & alimenti come sopra dovuti al d. Monastero da dd. propri Genitori, quali non sono in stato di poterlo pagare, ne in altro modo dare congruo, & espediente assegnamento per la loro impossibilità, & impotenza* --, atque per organum cla:me. Cardinalis Marefuschi tunc Pro-Auditoris Sanctissimi sub diem 7. Junii ejusdem anni 1726. obtinuit Rescriptum hoc -- *Constito, quod Pater Oratricis sit impos ad solvendum residuum Dotis solitæ solvi Monasterio, & accedente Consensu Exequutorum Testamentariorum bo.mem. Advocati Francisci Stanchi, Sanctitas Sua mandavit solvi tot annua subsidia dotalia sufficientia pro residuo præfatæ Dotis, compræhensis tamen quinque subsidiis dotalibus relictis per supradictum Testatorem, necnon etiam aliis scutis centum Oratrici relictis per bo.me. Margaritam Planam de Stanchis &c.*

Hoc ità impetrato Rescripto, eadem Anna amplissimam exaravit Bonorum omnium renunciationem favore Clementis sui Patris hisce verbis conceptam „ Essendo imminente il tempo di fare la di lei So-
„ lenne Professione, prima di farla, per poi con maggior fervore ser-
„ vire a Dio di sua spontanea volontà &c. rifiuta, e rinuncia perpe-
„ tuamente al sudetto Sig. Clemente Milli suo Padre presente, &
„ accettante tanto l'Eredità, e Successione paterna, e materna, quan-
„ to ancora tutta la di lei parte, e porzione ereditaria della qu.Mar-
„ garita Piani Vedova relitta del qu. Avvocato Francesco Stan-
„ chi &c., -- subindeque, solemni emissa Professione, exegit in vim d. Rescripti scuta 600. præter alia sc.300., quæ sibi ex Testatoris judicio fuerant pridem ab Executoribus Testamentariis assignata.

Verum

Verum quia memorata Elisabetha Capecci contendit præfatum Rescriptum fuisse obreptitie obtentum sub ea scilicet falsa narratione, quod Anna non reperiretur de sufficienti, & congrua dote provisa, quodque ipsa præ cæteris esset Testatori sanguine magis conjuncta, primoque loco ad controversum dotale subsidium vocata, prætereaque idem Rescriptum nulliter etiam fuisse executioni demandatum arbitratur, quippe quia contra formam in eo statutam duorum tantum ex quatuor executoribus Testamentariis accessit consensus, inde propugnans, scuta sexcenta a Clemente Annæ renunciatario restitui debere, eaque repartienda fore inter Casimiram, & Isabellam Filias suas, tum pro summa scutor.240. quæ ultra scuta 60. jam habita sibi, uti Testatoris proximiori tradi debuissent, tum etiam pro ea quantitate, quæ juxta præmissam dispositionem dictis suis filiabus ex eod. pio Legato est assignanda; idcirco, remissa ad hunc Sacrum Consessum ab Eminentissimo Pro-Auditore SSmi causæ cognitione opportet hodie,ut EE.PP. dignentur aggredi examen duorum Dubiorum, quæ ad decisionem duplicis instantiæ a d.Anna præpositæ subscripta sunt.

Eminentissimus Urbis Vicarius rem hanc perpendere, suamque rogatus aperire sententiam, in accuratissima, quam dedit Relatione, post expositam facti seriem mox descriptam hæc habet -- Ambi-
„ gendum non puto, rem Pontifici minus fideliter fuisse narra-
„ tam, prætermissa enim indagine, an gratia fuerit valide exequ-
„ uta ob non requisitum assensum omnium Exequutorum, eo
„ quod unus jam de eo tempore (ut asseritur) esset absens, num-
„ quam se immiscuisset in hac administratione. Hoc unum certum
„ est quod filiæ Elisabeth Capecci recurrentes erant testatori proxi-
„ miores, ut ex præinserta Arbore, quam introclusam remitto,
„ ideoque erronee exposuit Anna Milli, se esse proximiorem, &
„ primo vocatam, dum prius Testator literaliter expressit -- Che
„ sempre sia preferita quella a me più congiunta di sangue, o pa-
„ rentela -- Neque hic sistit obreptio supplicationis, exageravit
„ enim Oratrix angustiam rei familiaris, quinimo expresse dixit
„ sibi deficere ad professionem emittendam scuta mille, quando
„ jam de eo tempore fere cumulaverat scut.900. ex diversis subsi-
„ diis dotalibus, ut formaliter recognovi ex deposito cedularum
„ exhibitarum in Secretaria mei Tribunalis, & pro acconcio scu-
„ torum 500. habebat portionem hæreditatis sibi pridem obventæ
„ ex dispositione quondam Margaritæ Pianæ ascenden. ad scuta
„ circiter 700., quæ portio de tempore professionis, si non inte-
„ gra, saltem in majori parte existebat, dum ex fide jurata Mo-
„ nialium Ursolinarum coram me producta ab ipso Clemente Mili
„ patre Annæ oratricis constat -- Che la Signora Agnese Capece
„ sua madre allora vivente li consegnasse, come li consegnò tutte
„ le gioje dell'eredità della quondam Signora Margarita Piani toc-
„ cate ad essa Sig. Anna, come una delle Eredi di d. Margarita in
„ conto della sua porzione ereditaria, parte delle quali gioje per
„ mezzo del fu Sig. Mario Piccolomini furono vendute, e parte
„ impegnate per sc.200. al Monte della Pietá -- Excipit Clemens
„ Milli pater, se nullam hac in re habuisse partem, sed omnia ex-

,, pleta fuisse a filia, quæ eo etiam reluctante, voluit in illo Monasterio profiteri; utrum autem exceptio hæc possit sibi quoquo modo prodesse, præsertim cum ipse sit non solum pater, sed etiam Renunciatarius suæ filiæ, atque ulterius non probet Monasterium plus debito exegisse, judicandum relinquo Eminentiis VV. &c;

His igitur perpensis, pronunciandum erit.

I. *An constet de subreptione, & obreptione gratiæ per Annam Milli obtentæ pro consecutione subsidii dotalis Stanchi die 8. Junii 1726.* & quatenus affirmative.

II. *An, & quis teneatur ad restitutionem ejusdem subsidii, & cujus favore d. subsidium sit distribuendum in casu &c.*

Dilata, & coadjuventur probationes super exactiones subsidiorum Dotalium, & credito dotis.

Sess. 24. c. 12. de ref.

JANUEN. JURIUM PAROCHIALIUM. San. me. Gregorius XIII. annuens præcibus hæredum, & successorum Bandinelli Sauli, qui in exequutionem piæ dispositionis ejusdem Bandinelli Ecclesiam conspicuæ magnitudinis cæperant construere ,, dictam Ecclesiam ,, ex nunc prout ex tunc, postquam constructa fuerit in Collegiatam Ecclesiam cum Bursa, & arca communibus, & aliis collegialibus insignis, nec non in ea unam Abbatiam secularem, quæ inibi dignitas principalis existat &c. duodecim Canonicatus &c. ,, nec non quatuor perpetua Beneficia Ecclesiastica servitoria Clericatus nuncupata erexit, atque instituit, prætereaque concessit, ,, quod ipsi -- Abbas, & Canonici d. Ecclesiæ in illa jus sepulturæ, ,, omniaque jura Parochialia pro omnibus prædictis Canonicis, ,, Presbyteris, & Clericis, ac Ministris, & aliis personis ipsius ,, Ecclesiæ, dictisque Descendentibus, ac in testamento prædicto ,, vocatis, & nominatis, cæterisque prædictis, ac eorum hæredibus, descendentibus, & successoribus, ipsorumque, & eorum ,, familiaribus, & domesticis, aliisque supradictis, sine tamen ,, præjudicio Parochiæ, in qua ipsa Ecclesia fundata est, perpetuo ,, habere, & sequi, nec non etiam cæmeterium in dictis hospitalibus virorum, & mulierum construere, & jus sepulturæ pro dictis infirmis, & ministris habere, vel, si magis commodum fuerit, ,, aut ipsis Abbati, & Canonicis videbitur, dictos infirmos, & ,, ministros in cæmeterio prædictæ Ecclesiæ sepelire, ac alia in præmissis, & infrascriptis omnibus, & singulis necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, gerere, & exercere libere, & licite valeant ,, uti constat ex literis ad perpetuam rei memoriam ab eodem Pontifice datis anno 1583.

Ad normam ejusmodi literarum Archidiaconus Metropolitanæ Ecclesiæ, veluti unus eorum, quibus dictarum literarum executio commissa fuerat, ita postulante Marchione Dominico Maria Ignatio Sauli in jus patronatus laudatæ Ecclesiæ Successore, sub annum 1722. sic pronunciavit -- Auctoritate apostolica vigore dictarum literarum nobis commissa, & qua fungimur in hac parte ,, omni meliori modo, quod de jure possumus, ac debemus, inhærendi dd. literis, ipsarumque integro tenori, dicimus, pronunciamus

„ ciamus, & declaramus, Ecclesiam prædictam S. Mariæ, & Sanctorum Fabiani, & Sebastiani a præfato fel. rec. Gregor. Papa XIII. vigore dictarum ejus literarum apostolicarum erectam in insignem Collegiatam usque de anno 1671. die 25. Aprilis, ut ex actis Joannis Baptistæ Badarachi Notarii, & Curiæ Archiepiscopalis Genuæ Cancellarii, declaramus inquam, parochialem Ecclesiam, quantum tamen sit, & ad effectum, quod abbas, & canonici ejusdem Ecclesieque in dicta Ecclesia uti, potiri, & gaudere, habere, & consequi possint, & valeant jus sepulturæ, omnia jura Parochialia pro omnibus prædictis Abbate, Canonicis, Presbyteris, Clericis, Ministris, & aliis personis ipsius Ecclesiæ, dictisque descendentibus, & eorum hæredibus, & successoribus in prædicto Testamento dicti quondam Illustrissimi Bandinelli Sauli senioris vocatis, & nominatis, ceterisque prædictis, & illorum familiaribus, ac domesticis, aliisque supradictis, sine tamen præjudicio Parochiæ, in qua dicta Ecclesia fundata est, in omnibus, & per omnia ad formam dictarum literarum Apostolicarum, & ad tenorem earumdem, & prout in hac parte petitum fuit, & sic in dicta parte eædem literæ suum sortiantur effectum, & exequutionem, ut supra, nedum prædicto, sed & omni alio meliori modo.

Hac itaque declaratione sequuta, Canonici præfatæ Ecclesiæ ad animarum curam exercendam selecti cœperunt personas, quas curæ suæ subjectas crediderunt, in consueto libro quotannis describere, eisdemque, ubi occasio tulit, Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Paschali præsertim tempore, & Extremæ Unctionis administrare, Matrimoniis inter ipsos initis debitam præstare assistentiam, cadavera Parochianorum, qui alibi Sepulturam sibi non elegissent, in dicta Ecclesia sepelire, ceteraque omnia ad Parochi munus spectantia libere, & absque ullius contradictione peragere, quinimmo etiam Sacrorum Oleorum portionem ab Ecclesia Metropolitana recipere, juxta Rescriptum sub diem 31. Martii ejusdem anni 1722. a clar. mem. Cardinali Laurentio Flisco tunc temporis Januensi Archiepiscopo hisce verbis editum -- Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus Laurentius Cardinalis Fliscus Archiepiscopus Januen. &c. attenta instantia sibi facta a M. RR. DD. Angelo Francisco Priaraggia, & Bartholomeo Giara Canonicis Curatis Ecclesiæ Collegiatæ S. M., & SS. Fabiani, & Sebastiani de Carignano &c. decrevit, quod Illustrissimus, & Reverendissimus D. Marcus Hyacinthus Gandulphus Episcopus Naulen. de Oleis Sacris per eum conficiendis de licentia Eminentiæ Suæ congruam portionem tradat uni ex dictis Curatis Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ, & SS. Fabiani, & Sebastiani de Carignano.

Quoniam vero superiori anno Minister a Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ pro distributione Sacrorum Oleorum deputatus consuetam Baptismalis aquæ, sacrorumque olerum portionem Canonicis sæpedictæ Ecclesiæ illam requirentibus tradere detrectavit, institere isti cor. Vicario Generali, ut dictum Ministrum ad controversam aquæ Baptismalis, & sacrorum oleorum traditionem compelleret, cui petitioni favens Vicarius Generalis sub diem 17. Aprilis 1736.-- „ man-

,, mandavit Distributori sacrorum oleorum, & aquæ baptismalis
,, nuperrime confectorum congruam portionem tradi uni ex dictis
,, M. RR. DD. Curatis dictæ Ecclesiæ, & hoc nisi intra triduum a
,, die notitiæ personaliter dandæ de præsenti Decreto dicto R. D.
,, Dominico Roscelli, qui se opposuit, idem in actis concludenter
,, docuerit judicio D. S. Reverendissimæ, de suo interesse in dictis
,, præcibus, & de subsistentia exceptionum sibi competentium, aut
,, quæ competunt, aut competere possunt contra instantiam, &
,, preces prædictas.

Cum autem adversus hoc decretum Canonici, & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ suam interiecerint appellationem in actis, subindeque eidem inhærentes supremum hunc Senatum adiverint, habita jam relatione Archiepiscopi, quæ circumferetur, ad sedandas controversias inde excitatas rogantur EE. VV. decidere.

I. *An ad formam Bullæ Grægorii XIII. constet de Parochialitate Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Carignano Civitatis Januæ in casu &c.*

II. *An, & quæ jura Parochialia, & super quibus competant eidem Ecclesiæ ad formam dictæ Bullæ in casu &c.*

III. *An Decretum factum ab Archidiacono Serra sub die 3. Februarii 1721. sustineatur in casu &c.*

IV. *An Decreta Curiæ Archiepiscopalis Januen. pro traditione aquæ Baptismalis, & oleorum sanctorum sit exequendum in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. Decr. de observat. & evit. in celebr. Miss.

CASERTANA CAPPELLANIARUM. Jacobus Landulphus in Testamento sub annum 1656. condito Laicis administratoribus Ecclesiæ sub invocatione Sanctissimi Corporis Christi in Civitate Magdaluni pridem erectæ, & ab ipso hæredis institutæ præcepit —
,, Che debbano eriggere, e fare quattro Cappellanie dentro detta
,, Venerabil Chiesa, ed in quella istituirci quattro RR. Sacerdoti,
,, a due de' quali ordino, e comando, che per ciascuno di quelli se
,, li dia ducati cinquanta l'anno con obligo uno di essi pregare *pro*
,, *una defuncta*, cioè per l' anima della quondam Cornelia Piron
,, mia Madre, e l'altro pregare *pro uno defuncto*, cioè per il quond.
,, Ovidio Landolfi mio carissimo padre, e similmente altre due
,, Cappellanie per due altri RR. Sacerdoti, quali voglio, ordino,
,, e comando, che uno di dd. RR. Sacerdoti sia il Rev. D. Gio. An-
,, tonio Suppa mio carissimo Nipote con obligo a detto Rev. Gio.
,, Antonio di pregare Iddio per l'anima mia, e nell'altra Cappella-
,, nia voglio, che sia instituito il Rev. Ovidio Landolfo similmente
,, mio parente, quale debba pregare Iddio per una defonta, cioè
,, l'anima della quondam Geronima de Benedictis mia moglie, ed
,, espressamente comando, che alli RR. D. Gio. Antonio, ed Ovi-
,, dio se li diano per li Maestri di detta Chiesa miei Eredi ducati 80.
,, per ciascuno l'anno: E questo s'intenda vita durante di essi, e
,, non altrimenti, atteso seguita la morte delli RR.D.Gio.Antonio, e
,, D. Ovidio voglio, che alli susseguenti Cappellani, che saranno,
,, se li dia ducati cinquanta solamente, ed il restante voglio, che
,, resti a beneficio di detta Venerabil Casa mia Erede —, *Additis*
subin-

subinde hisce declarationibus; primo scilicet -- , che al Rev. D. Gio. „ Antonio sia lecito celebrare tanto in detta chiesa, quanto in altra „ chiesa, dove li piacerà, ben ver sia tenuto tutte le Messe, che „ detto Giovanni Antonio celebrarà, quelle le debba applicare per „ l'anima di me predetto Testatore, e così voglio, ordino, e co- „ mando, che l'altri tre Cappellani inclusici in quelli il R. D.Ovi- „ dio siano tenuti tutte le Messe, che celebraranno, quelle le „ debbano applicare per le anime delle prenominate persone: *se-* „ *cundo*; Che delli due Cappellani, ut supra, non espressati con „ provisione di ducati cinquanta per ciascheduno, voglio, ordino, „ e comando, che uno di essi sia il Rev. D. Antonio Jorio, e l'al- „ tro voglio, che resti in elezione del d. R. D. Gio: Antonio Suppa „ quello eliggerse questa potestà s'intenda vita durante dal d. Don „ Antonio, e non altrimente; *& tertio demum*, che li Cappellani „ non siano obligati a peso ne di Coro, ne d'altro, come sono „ obligati l'altri Cappellani di d. Chiesa.

Testamentariam hanc dispositionem memorati Administratores cu-rarunt post obitum præfati Jacobi debitæ exequutioni, prævia di-ctarum quatuor Cappellaniarum erectione demandari, subindeque anno nempe 1701. exoptantes, Divinum Cultum, Ecclesiæque servitium augeri, scuta decem ex propriis Ecclesiæ reditibus ad-didere Doti cujuslibet ex dd. Cappellaniis in annuis sc.50. a Testa-tore constitutæ, injuncto tamen earumdem Cappellaniarum Re-ctoribus onere, ut instar aliorum sexdecim Cappellanorum, qui in eadem Ecclesia reperiebantur instituti, tenerentur singulis die-bus Choro interesse, Ecclesiæque servitio incumbere; Cumque novum hoc onus prælaudati quatuor Cappellani acceptaverint, cæperunt deinde Choro interesse, ac veluti ex antiquis Cappella-nis reputari.

At quia in veteri dictarum sexdecim Cappellaniarum erectione cau-tum fuerat, singulos earumdem Rectores posse semel in hebdo-mada a Missæ celebratione vacare, tempore autem infirmitatis teneri alios, qui Missas celebrent, aliaque subeant onera, sub-stituere, si ipsorum ægritudo ultra tres menses protraheretur; sæpedicti quatuor recentiores Cappellani dubitantes, num ipsi quo-que frui possent indulto vacandi una die singulis hebdomadis à Missæ celebratione, & an oneri substituendi alios in casu infirmi-tatis subjiciantur, duo ab hac Sac.Congregatione in supplici libel-lo eidem porrecto postularunt declarari; alterum, quod instar veterum Cappellanorum una die cujuslibet hebdomadæ sint a Mis-sæ celebratione, & applicatione immunes; alterum vero, quod infirmitate aliqua detenti minime obstringantur, uti veteres Cap-pellani, Missas per Substitutum celebrare, tametsi infirma ipso-rum valetudo ultra tres menses perduraverit; Ut autem utrique eorum petitioni, quod æquum, justumque sit, rescribatur, bina inferius exponenda Dubia sapientissimo Eminentiarum VV. judi-cio subjiciuntur.

Prior Oratorum postulatio his præsertim rationum momentis fulci-ri videtur; primo, quoe unusquisque Cappellanus quotidiana Missæ celebratione gravatus ex benigna quadam juris dispositione semel in hebdomada ab illa vacare queat, nisi id ei fuerit in Cap-pel-

pellaniæ fundatione expreſſe prohibitum, juxta ſententiam, quàm per *Text. in cap. ſignificatum de Præben.*, *& Dignit.* tuentur *Fagnan. ibid. num.4. Navar. conſ.6. de Præben. tom.1. lib.3. Gavant: in rubr. Miſſal. part.3. tit.12. num.27.* & reſolvit Sacra Congregatio *in Collen.* 18. *Septembr.*1683. *lib.*33. *Decr. pag.*311.; ſecundo quod præfatus Jacobus Landulphus Teſtator nullum certum præſcripſerit Miſſarum numerum, ſed eum tacite remiſerit Cappellanorum arbitrio in his verbis = *Che gli altri tre Cappellani, incloſoci in quello il Rev. D. Ovidio, ſiano tenuti tutte le Meſſe, che celebraranno, quelle le debbano applicare per le Anime delle prenominate perſone*; adeoque circa eumdem Miſſarum numerum ſe ſe conformare voluerit veteri dictæ Eccleſiæ conſuetudini, juxta quam Cappellani antiquiores a Miſſæ celebratione, ſive applicatione ſemel in hebdomada vacare poſſent; & tertio demum, quod idem Teſtator Cappellanis a ſe inſtitutis indulſit: *che non ſiano obbligati ne a peſo di Coro, ne ad altro come ſono obligati li altri Cappellani di detta Chieſa*: Inde enim arguitur, Teſtatorem, qui ab onere Chori Cappellanos exemit, facilius eiſdem voluiſſe poteſtatem tribuere, ut uno hæbdomadæ die pro ſui libito Miſſæ celebrationem omitterent.

Ad alteram verò communiendam inſtantiam, qua dicti quatuor Cappellani efflagitant decerni, ut ipſi ægritudine detenti nequaquam teneantur ſive in adimplendo Miſſarum onere, ſive in canendis Horis canonicis per alium ſupplere, etiamſi adverſa eorum valetudo ultra tres menſes protendatur, præmiſſo, quod ii in hac ſuſtinenda ſarcina parem cum veteribus Cappellanis cauſam non habeant, magna vis ſit in vulgata juris cenſura, juxta quam receptum videtur, Cappellanum ægrotantem quotidianæ Miſſæ onere obſtrictum non teneri per alium Miſſas celebrare, ſed ab earum celebratione ita immunem eſſe, ut poſtquam convaluerit, etiamſi liber deinde foret, non obſtringatur Miſſas, quas tempore infirmitatis omiſit, ſupplere; Prætereaque profertur generalis conſuetudo, quæ vigere dicitur in Neapolitano Regno, ut nempe Cappellani, ſeu Beneficiati toto ægritudinis tempore Miſſas per aliũ celebrare non teneantur, niſi id ipſis fuerit a Teſtatore exprèſſe demandatum.

Epiſcopus ſuper hiſce precibus requiſitus in relatione, quam huc pridem tranſmiſit, poſt enarratam facti ſeriem ſupra deſcriptam ita concludit: *Ego vero, quoniam legitime auditis iiſdem intereſſe habentibus de præmiſſis, quæ retuli, certior factus ſum, recognitoque Teſtamento Joannis Jacobi Landulfi comperii, nullum ab ipſo Cappellanis, quos ordinavit, præfinitum fuiſſe Miſſarum numerum, quinimo illorum potius favorem ſupra reliquos manifeſte voluiſſe, cum ab onere intereſſendi Choro immunes renunciaverit, ac voluerit: exiſtimarem propterea quatuor ejuſmodi Cappellanos iiſdem antiquorum legibus ſubjiciendos eſſe, necnon pari æquitate, & vacationis, atque exemptionis favore frui debere, ſi ita judicaverint EE. VV., ſapientiori quarum oraculo me ſubmitto.*

Definiendum itaque erit.

I. *An quatuor Cappellanis quondam Jacobi Landulphi Eccleſiæ receptitiæ*

tiæ Sanctissimi Corporis Christi Civitatis Magdalunæ ad instar antiquorum Cappellanorum, competat beneficium vacandi a celebratione unius Missæ in singulis hebdomadis.

II. *An iidem quatuor Cappellani impediti ex causa adversæ valetudinis teneantur supplere per alium in Missis adimplendis, ac in canendis horis Canonicis in casu &c.*

Non proposita.

Die Sabbathi 14. Decembris 1737.



Ogantur EE. PP. resumere Folium superioris Congregationis habitæ sub diem 23. Novembris proxime præteriti, ac tres sequentes Causas ibi descriptas in hodierno consensu desinire.

MATHERANEN. PARTICIPATIONIS.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c. *Sess.24. c.14. de ref.*

In Decisis in omnibus, dempta conditione reportandi novam lauream doctoralem.

JANUEN. JURIUM PAROCHIALIUM.

Sess.24. c.4. de ref.

I. *An ad formam Bullæ Grægorii XIII. constet de Parochialitate Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Carignano Civitatis Januæ in casu &c.*

II. *An, & quæ jura Parochialia, & super quibus competant eidem Ecclesiæ ad formam dictæ Bullæ in casu.*

III. *An Decretum factum ab Archidiacono Serra sub die 3. Februarii 1721. sustineatur in casu &c.*

IV. *An Decretum Curiæ Archiepiscopalis Januen. pro traditione aquæ baptismalis, & Oleorum Sanctorum sit exequendum in casu &c.*

Ad primum Negative, præterquam in iis, quæ dependent a jure sepeliendi. Ad secundum quoad primam partem provisum in primo, & quoad secundam competere super omnibus personis expresse nominatis in Bulla. Ad III., & IV. Negative.

CASERTANA CAPPELLANIARUM.

Sess.22. Dec. de obs. et evit. in celebr. Miss.

I. *An quatuor Cappellanis quondam Jacobi Landulphi Ecclesiæ receptitiæ Sanctissimi Corporis Christi Civitatis Magdalunæ ad instar antiquorum Cappellanorum competat beneficium vacandi a celebratione unius Missæ in singulis hebdomadis.*

II. *An*

II. *An iidem quatuor Cappellani impediti ex causa adversæ valetudinis teneantur supplere per alium in Missis adimplendis, ac in canendis horis canonicis in casu &c.*

Ad primum negative, & quoad celebrationem juxta mentem Fundatoris videatur particulariter. Ad secundum negative.

Sess. 24. c. 12. de ref.

TUSCULANA REPARATIONIS ECCLESIÆ. Eminentissimus Cardinalis Corradinus Episcopus Tusculanus cum in Pastorali Visitatione novissime, & indefesso zelo peracta conspexerit Ecclesiam olim *S. Mariæ de Vivario*, nunc vero *S. Rocchi* nuncupatam Civitatis Tusculi undique fatiscentem, sacræque supellectili destitutam, atque insuper intellexerit, sex ejus sepulchra cadaveribus repleta esse, ut provida, qua solet, vigilique cura Ecclesiæ hujus calamitati consuleret, statim decrevit, ut eadem Ecclesia una cum Campanili, & Sacaario, undecumque opus esset, repararetur, & sacra instrueretur suppellectili, ejus vero sepulturæ cadaveribus, quibus abundant, expurgarentur. At, oborta inter Capitulum Cathedralis, ejusque Archipresbyterum, & Communitatem præfatæ Civitatis controversia, cujus sumptibus ea omnia deberent adimpleri, idem Eminentissimus Episcopus dissidium istud decidendum remisit huic Sacro Consessui, coram quo proponuntur idcirco quinque Dubia juxta mutuas Partium Collitigantium petitiones subscripta,

Rationum momenta, quibus Capitulũ authumat, toto onere sumptuum controversorum gravandam esse Communitatem, hæc potissima esse videntur; primo, quod memorata Ecclesia antiquitus Cathedralis simul, & Parochialis erat, quodque, licet Cathedra, & animarum cura fuerit postmodum ab ea ad novam Ecclesiam S. Petri translata, semper tamen ad hanc usque diem consueverit in beneficium, & majorem populi commoditatem in illa retineri Cappellanus, qui spirituali animarum saluti incumbens ibi Sacramenta administret, ac alia, quæ Parochialis sunt muneris exerceat; secundo, quod Communitas eamdem Ecclesiam proprio ære construxerit, atque de sacra providerit supellectili, adeoque ratione Patronatus honorifici inde acquisiti tum illam reaptare, tum ibidem posita expurgare sepulchra, ejusque Sacrarium de necessariis utensilibus instruere teneatur; tertio, quod clar. mem. Cardinalis Alderanus Cybo olim Episcopus Tusculanus in Visitatione dictæ Ecclesiæ sub diem 11. Aprilis 1680. habita hoc ediderit Decretum: *Visitavit Ecclesiam totam antiquitate, atque temporis injuris pene fatiscentem, præcipue in latere dextero in ingressu Ecclesiæ circumquaque ob ruinæ periculum ligneis fulcris, atque trabibus substentatam, cujus restaurationem ad Magnificam ejusdem Civitatis Communitatem de jure communi Ecclesiastico pluribus etiam aliis rationibus spectare declaravit, eamdem idcirco restaurari mandavit ejusdem Communitatis expensis, cujus est ejusdem Ecclesiæ manutentio, idque unius anni termino a die emanati hujus Decreti sub pœnis Interdicti localis ejusdem Ecclesiæ, & suspensionis a Divinis respectu Sacerdotum, qui in ea celebrare tenentur*: quarto, quod toties

toties memorata Communitas in obſequium tam præmiſſi, quam aliorum plurium Decretorum, quæ antea, & poſtmodum occaſione Viſitationis prodierunt, curavit eamdem Eccleſiam propriis ſumptibus reſtaurare; quinimo non ſemel faſſa fuerit id oneris ad ipſam pertinere; & quinto demum, quod Capitulum adeo tenues percipiat reditus, ut Canonici vix neceſſariam inde obtineant ſuſtentationem, ideoque in præſenti themate locum ſibi vindicet Juris cenſura, juxta quam Populus, ſeu Communitas, deficientibus reditibus Parochiæ, tenetur Parochialem Eccleſiam propriis ſumptibus reficere, uti ex ſanctione Tridentini *Seſſ.21. c.7. de ref.* tradunt adducti per *Barboſ. de Epiſc. alleg.64. n.6.*

Præter hæc Eminentiſſimus Epiſcopus rogatus Sacram Congregationem de hac re inſtructam reddere, ſuamque aperire ſententiam in accuratiſſima ſua relatione addit: *quod hæc communitas pingues reditus habet, & hos colligit ex affictu plurium Tabernarum, in quibus venduntur omnia victualia, ita ut Populus majori pretio emere cogatur omnia victualia, quæ longe minori pretio emeret, ſi Communitas dictas Tabernas non locaret, & permitteret aliis eadem victualia vendere; hinc factum eſt, quod Communitas iſta, ut populum ab oneribus publicis ſublevaret, ea omnia ſolvere conſuevit de proprio, prout ſemper ſuccubuit, & ſolvit etiam nunc onera Cameralia, viarum taxas, Medicorum, & Chirurgi mercedes, Magiſtros Scholaribus præpoſitos, aliaque omnia onera publica. At, ſi deveniendum eſſet ad taxam vigore S. Concilii contra Parochianos, & Populum, prout regulariter fieri ſolet, quando Parochus vix habet congruam, qua ſuſtentari valeat, id onus publicum reſpiciens Dei cultum, & ſalutem animarum Parochianis, & Populo eſſet adjiciendum contra morem hucuſque ſervatum, & in perniciem ejuſdem Populi, qui carius emendo victualia, ſuccubuit majori oneri,* & *Communitatem divitem facit.*

Deinde vero prædictam Relationem in hæc verba concludit -- *Hæc ſunt, quæ exponenda duxi EE. VV., & conſtant ex authenticis documentis R. P. D. Secretario traditis, ex quibus deſumere poſſunt EE. VV. ad quos ſpectet reſtaurare prædictam Eccleſiam, an ſcilicet ad Archipresbyterum, & Capitulum, an ad Populum, & Parochianos, an vero ad Communitatem. Quo vero ad expurgationem ſepulchrorum in eadem Eccleſia exiſtentium, jam EE. VV. intellexerunt ex ſuperius relatis quatuor ſepulchra ad Communitatem ſpectare, ideo onus illa expurgandi ad eamdem pertinere debet. Adſunt, & alia duo ſepulchra unum pro pueris, alterum vero pro Sacerdotibus, quorum expurgatio poterit fortaſſe ad Capitulum, & Archiepresbyterum pertinere, cum uterque omnia emolumenta mortuorum, & funeralia percipiat, tametſi Capitulum aſſerat pactum initum inter idem Capitulum, & Communitatem, quo emolumenta aſſociationis cadaverum ad parvam ſummam fuerunt redacta, quod factum eſſe prætendit Capitulum, quod ſciebat Communitatem id onus ſepulturas expurgandi in ſe aſſumpſiſſe. At, cum hujuſmodi probatio mihi prorſus ignota ſit, videbunt EE.VV. ea, quæ Capitulum ad id juſtificandum adducere valeat, & juxta ſummam eorum prudentiam decernent, quid ſtatuendum ſit, & an*

Decretum Congregationis Sacræ Visitationis editum Partibus auditis superius relatum sit, etiam respectu dd. duorum sepulchrorum expurgationis confirmandum. Quo vero ad controversiam subortam inter Archipresbyterum Cathedralis, & Capitulum super manutentione, & refectione Sacrorum utensilium Sacristiæ dictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Vivario, censerem, hoc onus pertinere ad totum Capitulum Cathedralis; cum enim cura habitualis resideat penes idem Capitulum, & Archipresbyter habeat dumtaxat exercitium, & ex hac ratione Capitulum una cum Archipresbytero lucretur omnia emolumenta funerum, ita ad ipsum pertinere debet dd. suppellectilium manutentio, quemadmodum statuit Visitator Apostolicus, prævio Decreto in actu Visitationis de anno 1703. edito.

Jura Communitatis nondum allata sunt. Vestrum itaque erit, Eminentissimi PP., *decidere*.

I. *An reparatio Ecclesiæ S. Mariæ de Vivario, sive S. Rocchi Civitatis Tusculi ad formam Decreti Sac. Visitationis factæ ab Eminentissimo Episcopo spectet ad Communitatem, sive potius ad Capitulum Cathedralis ejusdem Civitatis*; & quatenus negative quoad utramque partem.

II. *An pro dicta reparatione sit locus impositioni taxæ solvendæ a Parochianis, & Populo d. Civitatis in casu &c.*

III. *An reparatio, & expurgatio respective quatuor sepulturarum existentium in d. Ven. Ecclesia, ac inservien. pro Laicis adultis fieri debeat sumptibus dictæ Communitatis, sive potius dicti capituli in casu &c.*

IV. *An reparatio, & expurgatio aliarum duarum sepulturarum pariter in dicta Ecclesia existen., ac inservien. pro Pueris, & Sacerdotibus fieri debeat sumptibus capituli, vel Archipresbyteri, sive potius communitatis in casu &c.*

V. *An refectio, & manutentio sacrarum supellectilium, & utensilium in Sacristia dictæ Ven. Ecclesiæ spectet ad capitulum, & Archipresbyterum, sive potius ad Communitatem in casu &c.*

Dilata ad primam omnino.

Sess. 24. c. 1. de ref. Matr.

SANCTI SEVERINI MATRIMONII. Lucretia Riccardi sub diem 4. Octobris superioris anni nupsit Severino Gregoretti; postquam vero Conjuges usque ad diem 16. Decembris ejusdem anni cohabitarunt, eadem Lucretia tum ad Episcopum S. Severini, tum ad supremum hunc Consessum proclamavit, exponens, Matrimonium nunquam fuisse consummatum, nec ei consummando idoneum esse præfatum Severinum, postulavitque primum, invalidum declarari Matrimonium, deindeque illud cepit consilium supplicandi Summo Pontifici, ut super Matrimonio tamquam rato, & non consummato Apostolicam dispensationem elargiretur; Sacra vero Congregatio, cui a Sanctitate Sua remissæ fuerunt hujusmodi preces, eisdem inter summaria relatis, die 27. Julii proxime præteriti rescripsit -- *Nihil de dispensatione, & proponatur Dubium*, quod in calce præsentis Restrictus describetur, num scilicet dissolvi modo debeat controversum Matrimonium, vel potius illius disso-

dissolutioni experimentum triennalis cohabitationis præmitti oporteat.

Inter plurimas Decretales super similibus controversiis editas extat præclarissima sanctio *Cap. Accepisti 1. de frigid., & malefic.* hisce verbis concepta -- ,, Accepisti Mulierem, & per aliquod tempus ,, habuisti per mensem, aut per tres, aut per annum; & nunc primum dixisti, te esse frigidæ naturæ, ita ut non potuisses coire cum illa, quæ uxor tua esse debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis, ,, & probari potest per verum judicium, ita esse, ut dicitis, separari potestis: ea tamen ratione, ut si tu post aliam acceperis, reus ,, perjurii diudiceris; & item post peractam poenitentiam, priora ,, connubia reparare debebis. Illa autem, si prior post annum, aut ,, dimidium ad Episcopum, aut ejus Missum proclamaverit, dicens, quod non cognovisses eam, tu autem contrarium affirmas, tibi credendum est, eo quod caput es Mulieris; quia si ,, proclamare voluit, cur tandiù tacuit? citò, & in parvo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa ,, novitate, post mensem, aut duos ad Episcopum, aut ejus Missum proclamaverit, dicens, volo esse Mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi; sed vir, quem accepi, frigidæ ,, naturæ est, & non potest illa facere, propter quæ illum accepi; Si probari potest per rectum judicium, separari potestis: & illa, si ,, vult, nubat in Domino.

Ex hoc autem textu, licet Mulieri ad Episcopum, vel alium Ecclesiasticum Iudicem proclamanti adversus Matrimonium, illudque invalidum asserenti ob naturalem, & perpetuam viri impotentiam fides non sit adhibenda, sed credendum potius sit viro affirmanti, Matrimonium consummasse, juxta *Can. si quis acceperit* 33. *quæst.* 1. ibi -- *Si quis acceperit Vxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipsa fœmina dicit, quod nunquam coisset cum ea, & idem vir dicit, quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir caput est mulieris.* -- & *Cap. continebatur de desponsat. impuber.* ubi sic habetur -- *Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum in Decretis habeatur expressum. quod si Vir dixerit, quod Vxorem suam cognoverit, & Mulier negaverit, Viri standum est veritati; præfato Viro, qui dicit se Mulierem ipsam cognovisse, fides est adhibenda, si id firmaverit juramento* --, colligunt communiter Doctores, procedendum esse cum distinctione, nimirum ut credatur Viro, non autem Mulieri, quando ipsa Mulier Matrimonii invaliditatem ex præmisso capite perpetuæ impotentiæ diù distulit proponere; secus vero, si ab initio, vel ante elapsos duos menses a die initi Matrimonii Virum super illius nullitate coram Episcopo provocarit, uti Scribentes in dictum *cap. Accepisti* explicant inter Antiquiores *Innocen. num.* 1. *vers. Tertia pars dicit, Hostien. in princ. versic. In tertia. Abb. n.* 1., & 5., & ex Recentioribus adducti *per Reiffenstuel. in jus can. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 55.

Hinc itaque ea videtur ex Sacrorum Canonum præscripto in hisce quæstionibus servanda regula, ut si certo constet, ac evidens sit, Virum haud quaquam pollere naturali facultate consummandi Matrimonium ob vitium oculis patens, quod nulla valeat arte, seu me-

medicina vinci, tunc ſtatim Matrimonium irritum declaretur, ac ſine mora, & citra ullum aliud experimentum diſſolvatur; itidemque promptæ diſſolutioni locus fiat, ſi impotentiæ ſigna moraliter certa ſint, dummodo utriuſque conjugis juramentum cum ſeptima Propinquorum, aut Vicinorum manu accedat, nec non concors Peritorum judicium ſuper expoſita impotentia adſtipuletur, *ad Textus literales in Cap. Laudabilem, & in cap. fin. de frigid., & malefic.*, quos fuſe exornant adducti *per Sanchez de Matr. lib.7. diſp.*107., *& ſeqq. de Juſtis de diſpenſat. lib.*2. *cap.*17. *Smalzgrueber in decretal. lib.*4. *tit.*15. *num.*78., *& ſeq.* & conſonant Reſolutiones Sacræ Congregationis *in Januen.* 13. *Martii, &* 8. *Maii* 1706., *&* 12. *Febr.*, *&* 9. *Aprilis* 1707. *lib.*56. *Decr. pag.*78., *&* 149., *& lib.*57. *pag.*44., *&* 124.

Si vero argumenta aſſertæ impotentiæ dubia, ac incerta appareant, aut Periti deſuper conſulti ſint inter ſe diſcordes, in hac hypotheſi nequit Matrimonium ſtatim diſſolvi, ſed, antequam dirimatur, neceſſe eſt præmittere conſuetum triennalis cohabitationis experimentum *ex lege Juſtiniani in novell.*22. *de Nupt. cap.*6. inductum -- ibi -- „ Non enim biennium numerari ſolum ex ipſo tempore co-„ pulationis, ſed triennium volumus. Edocti namque ſumus ex „ iis, quæ ante hoc provenerunt, quoſdam amplius quam biennium „ tempus non valentes, poſtea potentes oſtenſos miniſtrari filio-„ rum procreationi „, ac ſubinde a Celeſtino III. redintegratum *in cit. cap. Laudabilem de frigid., & maleficiat.*, ubi ita cavetur -- *Si frigiditas prius probari non poſſit, uſque ad triennium ſecundum authenticum legale cohabitent* --, uti in ſimilibus caſibus reſcribere conſuevit Sacra hæc Congregatio, & ſignanter in *Romana Matrimonii* 10. *Maii* 1698., *&* 15. *Novembris ejuſdem anni lib.*48. *decr. pag.*522., & noviſſime *in Ariminen. Nullitatis Matrimonii*, in qua ad Dubium -- *An conſtet de validitate Matrimonii, ſeu potius ſit locus illius diſſolutioni in caſu &c.* die 16. Martii 1720. Reſponſum fuit -- *Dilata, & fiat experimentum triennalis cohabitationis, vel alterius brevioris temporis arbitrio Sacræ Congregationis* --; ut in *lib.*70. *Decr. pag.*85.

Hæc ſunt, quæ in jure ſancita habentur. Num autem in præſenti themate ea concurrant ſigna, & argumenta, quæ certam reddant aſſertam præfati Severini impotentiam, ut in hodierno Conſeſſu decerni poſſit, locum eſſe petitæ Matrimonii diſſolutioni, erit tum maxime ab Eminentiſſimis PP. inſpiciendum, colligendumque ex juribus, quæ in utramquæ partem circumferentur. Ubi vero enunciata ſigna haud ſatis manifeſta comperiantur, ſed dubia, atque incerta præſertim ob aſſertionem Severini, qui Matrimonium conſummaſſe juravit, proindeque cenſeatur, exaudiri modo non poſſe Lucretiam ſuper petita ejus diſſolutione, tunc deliberandum erit, num ſaltem eadem Lucretia exaudienda ſit in precibus ſubalternis, quibus poſtulat ab hac Sac. Congreg. juberi, *ut conficiatur per Epiſcopum Proceſſus, ſervatis ſervandis, atque recipiantur formales depoſitiones Teſtium, necnon recognoſcatur ad formam juris corpus ejuſdem Lucretiæ, iterumque exploretur corpus Severini per alios Peritos deputandos ex officio a Sacra Congregatione, atque idem Severinus*

rinus teneatur interim intra certum terminum adhibere medicamenta per Peritos benevisos præscribenda --, uti alias demandatum fuit a Sacra Congregatione *in Romana Dissolutionis Matrimonii* 27. *Julii* 1697., & 11. *Januarii* 1698. *in Januen. Matrimonii* 21. *Maii* 1701., & 18. *Julii* 1703., & *in Giennen. Nullitatis Matrimonii* ubi discussis binis hisce Dubiis -- I. *An sit locus recognitioni Viri in casu &c.*, & quatenus affirmative II. *An sit præfigendus terminus Viro se subiiciendi eidem recognitioni in casu &c.*, sub diem 15. Maii 1723. rescriptum fuit -- *Ad* I. *esse locum recognitioni tam Viri, quam Mulieris, & eam Viri esse explendam, attentis circumstantiis, in Oppido Matritensi authoritate Nuncii Apostolici, & eam Mulieris esse explendam in Civitate Giennen. authoritate Ordinarii tamquam delegati Sacræ Congregationis. Ad* II. *Affirmative, & præfigendum terminum quatuor mensium tam Viro, quam Mulieri computandum a die præsentis Decreti* --, ut in *lib.*73. *Decr. pag.*205., & *seq.*, vel potius annuendum sit Severino, qui petitioni huic obsistens pro experimento triennalis cohabitationis respondendum esse, contendit, ubi Mulieris instantia pro Matrimonii dissolutione statim, ut ipse vellet, non reiiciatur.

Placeat igitur EE. VV. statuere.

An sit locus dissolutioni Matrimonii; vel potius experimento cohabitationis triennalis in casu &c.

ROSSANEN. TRANSITUS AD RITUM LATINUM. Sacerdos Belvederius Arcundizza Albanensis Italo græcus, cujus natale solum est Oppidum S. Georgii intra Rossanensis Diœceseos confinia existens, tametsi omnibus Ordinibus fuerit Græco ritu inauguratus, servitioq; Archipresbyteralis Ecclesiæ d. Oppidi, ubi Ritus Græcus observatur, adscriptus, Neapoli primum, deindeque in hac Alma Urbe aliquot mensium spatio Missam Latino Ritu celebravit, posthabita consultissima lege a S. Pio V. præscripta in Const. incip. *Providentia*: hisce verbis: „ Sane cum ad notitiam nostram „ pervenerit, quod nonnulli Presbyteri tam Græci, quam Latini „ antiquum S. R. E. Ritum tam in celebratione Missarum, quam „ aliorum Divinorum Officiorum pervertere satagentes, diversas „ licentias, & facultates, Missas, & alia Divina Officia Græci Latino more, ac Latini græco Ritu celebrandi ab Apostolica Sede, „ vel ejus Legatis, ac etiam majore Penitentiario pro tempore existente variis prætextibus impetrarunt, illisque jampridem utuntur, hoc ab antiquo Catholicæ Ecclesiæ instituto, Sanctorumque Patrum Decretis deviare considerantes, propterea hunc abusum ab Ecclesia Dei extirpare, & submovere volentes, omnes, „ & singulas licentias, & facultates hujusmodi hactenus etiam motu proprio, vel quorumvis etiam Imperatorum, Regum, & „ aliorum Principum contemplatione, & ex quibusvis causis quomodolibet concessas, ac Apostolicas, & alias literas desuper „ confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes, Apostolica authoritate ex certa scientia hac præsenti „ nostra perpetuo valitura Constitutione revocamus, cassamus, annullamus, & irritamus, quibusvis Presbyteris tam Græcis, quam Lati-

Can. 13. *de Sacr. sess.* 7. *c.* 5. *sess.* 22. & *c.* 9. *sess.* 14. *de ref.*

,, Latinis in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub indignationis no-
,, stræ, ac perpetuæ suspensionis a Divinis pœnis districtius inhi-
,, bentes, ne deinceps Presbyteri Græci præcipue uxorati Latino
,, more, & Latini Græco Ritu hujusmodi licentiarum, & faculta-
,, tum, aut alio quovis prætextu Missas, & alia Divina Officia ce-
,, lebrare, vel celebrari facere præsumant.

At conscientiæ stimulis postmodum vexatus supplicem Sanctissimo Domino Nostro porrexit Libellum, quo exponens, se tam Neapoli, quam in Urbe Missam Latino Ritu celebrasse, tum quia commoditatem Ministri, & librorum, quibus Missam Græco Ritu celebraret, nequivisset reperire, tum etiam quia, celebrando Missam Ritu Græco, ejus stipendium, quo sustentaretur, a nemine recepisset, postulavit absolvi a suspensione a Divinis ex vi memoratæ Constitutionis incursa, & respective dispensari ab irregularitate ob præfatam Missæ celebrationem subinde contracta; cumque a Sacro Pænitentiariæ Tribunali, ad quod Sanctitas Sua ejus preces cum facultatibus necessariis, & opportunis remiserat, exaudiri obtinuerit, in altero posthac ad eumdem Summum Pontificem dato libello supplex petiit facultatem celebrandi Missam etiam imposterum latino ritu saltem in Urbe, & Neapoli, ubi aliàs sub eodem Ritu, uti præmissum est, Sacrum peregit: Ejus autem precibus ad Supremum hunc Senatum remissis, hodie discutiendum proponitur Dubium, quod infra describetur.

Petitionem suam hisce rationum momentis satagit Orator communire; primo, quod licet ipse Sacerdos sit Ritu Græco inauguratus, ex Parentibus tamen Italis ortum duxit, neque conjugatus reperitur, sed celebs, adeout nemini admirationem paritura sit ipsius celebratio in Ritu Latino, quemadmodum forte contingeret, si ageretur de Græco in Oriente una cum idiomate, ac moribus exteris natalia sortito; secundo, quod Ritus Latinus, quem ipse jam bene callet, sit Græco perfectior, ideoque decentius sibi sit illum persequi, quam ad Græcum reverti; tertio, quod cum statuerit domicilium in Urbe figere, nonnisi Latino Ritu Missam potest ibi commode celebrare, atque pro ea eleemosynam congruæ vitæ suæ sustentationi necessariam reperire; & demum nonnulla exempla, quæ sibi plurimum suffragari arbitratur, hisce verbis recenset: *Il Sommo Pontefice Paolo V. nell'* 1611. *permise il passaggio dal Rito Greco a quel de' Latini a Nicolò Modafaro Sacerdote Greco da Reggio in Calabria, come riferiscono Leone Alazio de consensu utriusque Ecclesiæ lib.*3. *cap.*7. *num.*8. *Vghell. Ital. Sac. de Episc. Boræ novissimæ editionis in additionibus; Alessandro VII. un tal passaggio permise anche egli al Sacerdote Agazzeita Evangelista Orientale; Clemente IX. similmente permiselo a Beccuso Greco Orientale: Clemente X. permise sotto li* 2. *Aprile* 1677. *un tal passaggio al Sacerdote Greco Orientale Francesco Scaffi, come apparisce nel registro della Segretaria de' Brevi; Clemente XI. finalmente permise un tal passaggio al Sacerdote Samuele Rodatà oggi Arcivescovo di Beria, come ancora a Gabriele de Marchis fù Vescovo di Sora.*

Transitum è Ritu Græco ad Latinum veluti perfectiorem faciliùs permitti, difficilius verò e Latino ad Græcum, satis compertum est,

est, & colligitur ex Resolutione hujus Sacræ Congregationis edita in una *Missanen. Transitus ad Ritum Græcum* 23. *Junii* 1708. Præterea communiter receptum habetur, Presbyteros Græcos, qui, relicto suo Ritu, Latinum amplexi sunt, prohibendos esse, ne ad illum revertantur, sed per censuras quoque compellendos, ut Latinum Ritum semel assumptum retineant, serventque, uti pluries rescripsit Supremum hoc Tribunal, & signanter *in Meliten. Mense Febr.* 1590., *lib.6. Decr.pag.*109. *in Montis Regalis* 10.*Julii* 1671. *ad II. III.*, & *IV. Dub. lib.*37. *Decr. pag.*139.; Quod tamen procedit, quoties ii e Græco ad Latinum Ritum legitime, ac necessariis facultatibus instructi transierint.

At in præsenti themate ponderandum est, num expediat, petitum transitum ad Latinum Ritum indulgere Oratori, cujus indolem, mores, & gesta Archiepiscopus Rossanensis jussus a Sacra Congregatione super ejus precibus referre, in hæc verba describit -- „ Nonnullis ab hinc annis, dum in Carceribus tum ob grave æs „ alienum, tum ob nonnulla Crimina detineretur, violenter fra- „ cto Carcere, aufugiens in Patriam, ibi ad Ecclesiam, ut Immu- „ nitate frueretur, se contulit, verumtamen confugio abutens, „ frequenter armis igneis munitus, ac sociis æque armatis stipatus, „ a loco immuni prodiens, temere venationem clamorosam (ut „ dicunt) exercebat. Cumque Archiepiscopalis Curiæ Ministri ar- „ mis, minisque territi illum capere non auderent; statui a Sac. „ Congregatione Immunitatis Ecclesiasticæ exorare, ut illum ab „ Ecclesia extrahendi, atque in Carcere nomine ipsiusmet Congre- „ gationis detinendi facultatem facere dignaretur; Id, ut ad noti- „ tiam istius pervenit, statim a Diœcesi discessit, at Neapolim ap- „ pulsus, cum sine literis testimonialibus, seu dimissoriis, licen- „ tiam peragendi Sacrum in locis publicis consequi non valeret, in „ Oratorio privato cujusdam Nobilis Fæminæ Missam celebrare, „ & quod pejus est, Latino Ritu, non dubitavit. De quibus a Teste „ omni exceptione majori monitus, Vicarium Generalem Ar- „ chiepiscopalis Curiæ Neapolis certiorem facere non neglexi; Post „ hæc audivi alibi ipsum vagatum fuisse, ac tandem petiisse Ro- „ mam, ubi, quid egerit, ac quomodo se gesserit, me latet. Id „ unum scio, quod scilicet semel, atque iterum literas Sacræ Con- „ gregationis Supremæ Inquisitionis accepi, quibus mihi Eminen- „ tissimi Patres imperabant, ut super expositis in supplici libello „ ejusdem Sacerdotis Belvederii Arcondizza supplicantis pro tran- „ situ a Ritu Græco ad Latinum, Sac. illud Tribunal instructum „ redderem, quod obtemperans humiliter præstiti, eadem prorsus, „ quæ hic præmisi, de origine, ac moribus Oratoris fideliter enar- „ rans --, *deinde vero ita subjungit* -- Ad hæc non mihi licet silen- „ tio præterire, Patriam Oratoris, in qua, ut jam dixi, Ritus Græ- „ cus omnino exercetur, extrema laborat penuria Sacrorum Mi- „ nistrorum, quippe quia, unus tantummodo Sacerdos, qui Ar- „ chipresbyter existit, non satis valet Populo mille, & ultra In- „ colarum Sacramenta ministrare, in mortis articulo præsto esse, „ atque Ecclesiæ Sacras functiones exercere, præcipue cum fre- „ quenter ægritudine detineatur. Neque tenues Pareciæ reditus

sinunt

„ finunt exterum Græci Ritus Sacerdotem pro ei coadjuvando in „ cura Animarum advocare; Id etenim pluries expertus sum, at„ que ex aliis Albanensium Pagis allicere Sacerdotem aliquem „ Græcum Ritum servantem, statuta mercede curavi, at post bre„ vem moram abscessit, quo convenerat, salario non contentus --, „ *& tandem Relationem prædictam hisce verbis absolvit* -- His „ stantibus, an expediat Oratori unico, præter Archipresbyterum „ illius Oppidi, Græci Ritus Presbytero, ad Latinum ut transeat, „ suæque Patriæ Ecclesiæ inservire non valeat, viam aperire, Emi„ nentiarum Vestrarum, qua præditi sunt sapientia, atque pru„ dentia, erit definire.

His itaque ponderatis, rescribendum erit.

An transitus è Ritu Græco ad Latinum sit permittendus in casu &c.

Sess. 24. c. 5. de Ref. Mat.

ELNEN. LEGITIMITATIS PROLIS, & MATRIMONII. Contendentibus primum Carolo, deindeque Salvatore fratribus de Reart, sibi post secutum obitum Francisci alterius fratris primogeniti delatum fuisse in exclusionem Mariæ filiæ præfati Francisci jus succedendi in Bonis, quæ Joseph communis pater sub vinculo fideicommissi, seu primogenituræ in hæc verba reliquerat - „ *In tutti però li restanti Beni miei &c. instituisco mio Erede universale Francesco, e se morrà in qualunque modo senza figli legitimi, e naturali, e di legitimo, e carnale Matrimonio nati, e procreati, in tal caso sostituisco il detto Carlo, e se morirà senza figli legitimi, e naturali, e di legitimo, e carnale Matrimonio nati, e procreati, in tal caso sostituisco li altri figli, e figlie mie* --, Anna Vidua relicta memorati Francisci, & Mater prælaudatæ Mariæ deprehendens, præcipuum dictorum Caroli, & Salvatoris fundamentum pro excludenda præfata Maria a controversis Bonis fideicommissariis in eo constitui, quod eadem non fuisset ex legitimo Matrimonio procreata, ideoque deberet tum a paterna, tum, & præsertim ab avita hæreditate arceri, ut obicem hunc posset coram Judice laico, ad quem lis inde exorta delata fuerat, tutius reiicere, Sacrum hunc adiit Consessum, exposuitque facti seriem in Folio diei 16. Junii 1682. resumptam, cujus circumstantiæ, ut accuratius perpendi possint, hic iterum sub iisdem verbis exponentur.

Franciscus Reart in secundo gradu affinitatis conjunctus cum Anna Jaque, & y Fabrè eamdem sub fide, & promissione contrahendi Matrimonium carnaliter cognovit, & prægnantem reliquit. Detruso postea dicto Francisco in Castro Perpiniani alia de causa, ambo ordinem dederunt pro impetranda a Sanctissimo dispensatione; quapropter Agens in Urbe precibus pro obtinenda dispensatione Sanctissimo porrectis, & per Sanctitatem Suam signatis, ad eosdem responsum dedit, gratiam fuisse concessam, & se protinus missurum fore illius expeditionem Vicario Capitulari directam, Interim, & antequam literæ hujusmodi dispensationis ad eos pervenissent, Franciscus Reart fuit ob gravem morbum e Castro dimissus, & in extremis laborans, exhibita dicta epistola Agentis Urbis Vicario Capitulari, iste, constito sibi de imminenti periculo mortis Francisci, prædictamque Annam esse gravidam, ne ipsa nobilissimi generis diffamata remaneret, sub die 22. Mensis Septembris

bris 1653. diſpenſavit, licentiamque impertitus eſt, ut inter eos Matrimonium celebraretur, quo inito poſt biduum deceſſit Franciſcus, pauloque poſt literæ Apoſtolicæ diſpenſationis præfatæ ſupervenerunt ſignatæ uſque ſub die 1. ejuſdem menſis Septembris, & reſpective præſentatæ fuerunt eidem Vicario, & ſubinde poſt modicum tempus Anna ex copola prædicta filiam peperit; -- propoſitis autem ad petitionem prælaudatæ Annæ, ejuſque Parentum hiſce Dubiis -- *An proles ſit legitima*; & quatenus affirmative II. *An ſit legitima in radice Matrimonii* --, primum dicta die 6. Junii 1682. dilata fuit Reſolutio, die vero 11. Julii ejuſdem anni, licet compertum fuiſſet, dd. literas Apoſtolicas diſpenſationis fuiſſe erronee directas Officiali Elnenſi, eum autem, qui diſpenſationem executioni demandavit, fuiſſe Vicarium Capitularem, prodiit hæc reſolutio -- *Sacra Congregatio ad I. reſpondit affirmative; ad II. non reſpondit*, ut in *l.* 32. *Dec. p.* 359.

Poſt Reſolutionem hanc enunciata lis ſiluit, donec eam noviſſime reſumpſit Joſeph Reart junior coram Suprema Curia Elnenſi, a qua poſtulavit definiri, perpetuum, & reale fideicommiſſum primogeniale inſtitutum fuiſſe a Joſepho ſen. favore lineæ maſculinæ, itaut ſibi veluti in defectum Filiorum Franciſci ſubſtituto debita ſit ſucceſſio in bonis eidem Fideicommiſſo, ſive Primogenituræ ſubjectis; Sed quia memorata Curia cenſuit, declarandum prius eſſe, num Matrimonium contractum inter Franciſcum Reart, & Annam Jaqui eſſet validum, Partes collitigantes pro ejuſmodi declaratione remiſit ad forum Eccleſiaſticum, cujus Officialis die 8. Jan. 1727. pronunciavit, controverſum Matrimonium fuiſſe valide, riteque celebratum, prolemque ex eo ſuſceptam legitimam fuiſſe.

At huic Sententiæ non acquieſcens Ioſeph Reart conſilium cœpit adeundi hanc Sacram Congregationem, a qua duo Dubia inferius deſcribenda decidi flagitat, ita tamen ut parum ſua intereſſe putans, qualiſcumque prodeat reſolutio circa primum Dubium, totus ſit in oſtendendo, juxta quæſtionem in altero inſtitutam, quod Sacer iſte Senatus declarare debeat, legitimitatem præfatæ Prolis ſub dicta die 12. Julii 1682. ab eo pronunciatam ſuffragari tantum illi poſſe pro effectu ſucceſſionis in bonis paternis, ſecus vero in bonis memorati Fideicommiſſi vinculo mancipatis; quocirca, num petitæ declarationi ſit locus, videtur hodie potiſſime diſceptandum.

Honorius III. in literis ad Ludovicum Francorum Regem datis, de quibus in *Cap. Tuam de Ordin. cognit.* ſic habet -- „ Tuam non credimus latere prudentiam, cauſam natalium Reginæ Cypri ad examen noſtrum (utpote quæ ad forum Eccleſiaſticum pertinet) eſſe delatam, & infra. Quid vero, antequam natalium cauſa terminata eſſet, dependentem ex illa ſucceſſionis cauſam incipere, nihil aliud eſſet, quam diverſis Proceſſibus intricare negotium, & confuſione quadam judicii ordinem perturbare: ſi forte ab ipſa Regina fueris ſuper hoc requiſitus, donec jam dicta cauſa natalium Apoſtolico judicio finem acceperit, patienter expectes -- „ ex hac autem Decretali Epiſtola, cui etiam conſonant *Textus in Cap. Lator.* 5., & *Cap. Cauſam* 7. *Qui fil. ſint legit.* ſtatuunt communiter Juris Canonici Interpretes, quod, ſi pendente circa hæreditatem lite, incidat quæſtio, utrum, qui hæreditatem petit, ſit filius Defuncti, ſive legitima ſortitus fuerit natalia,

vel an Matrimonium fuerit rite celebratum inter ipsius Parentes, solus Judex Ecclesiasticus id cognoscere possit, ad Judicem vero Laicum post expeditam præfatam legitimitatis controversiam pertineat definire, cuinam hæreditas debeat adjudicari, secundum ea, quæ docent *Jo: Andr. in cit. Cap. Tuam de ord. cogn. n.9. Hostien. n.7. Bellamer. n.41. Ancaran. n.12. Imol. n.7. Abb. n.10. Fagnan. n.41. Gonzal. n.3. Smalzgrueber. in jus can lib.2. tit.10. n.9.*, & cum aliis *Piring. eod. loc. n.15.* His igitur ob oculos habitis una cum relatione Episcopi Elnensis, aliisque juribus nomine Collitigantium circumferendis, partes erunt Eminentiarum VV. definire.

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die* 11. *Julii* 1682., & quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An sit locus declarationi quoad effectus legitimitatis, & quomodo in casu &c.*

Sess.21. c.4. de Ref. CREMONEN. DISMEMBRATIONIS. Incolæ Loci, quem vocant *Gera di Pizzichettone*, conspicientes, Collegiatam, & Parochialem Ecclesiam Oppidi Piceleonis, cui parochiali jure suberat præfatus Locus, a Flumine Abdua interscindi, indeque contingere, ut perraro proprium Pastorem, a quo fidei rudimentis imbuerentur, adire possent, quin etiam sæpe sæpius eorum aliqui sine extrema Sacramentorum expiatione, & Parochi assistentia decedere cogerentur, sub annum 1544., ut animarum suarum saluti consulerent, Capitulo præfatæ Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ præsentarunt Sacerdotem Bernardum Levisclli, postulantes, eum in Curatum dicti Loci constitui; memoratum vero Capitulum, ut eorum votis obsecundaret, eidem Bernardo Levisclli tribuit facultatem exercendi animarum curam in Ecclesia SS. Sebastiani, & Rocchi in sæpedicto Loco *di Gera* jampridem erecta, hac tamen adjecta multiplici lege; -- Primo, *quod in omni casu Homines prædicti Glareæ pro administratione Sacramentorum accipere possint Rectorem Piceleonis, vel alium ex Capitularibus, & eo casu prædictus Bernardus Cappellanus in actu quolibet curam animarum gerendi in dicta Ecclesia S. Rocchi cedere debeat prædicto Rectori, vel aliis ex Capitulo & ei subditus sit, si tamen prædictus Rector, vel alius ex Capitularibus a dictis Hominibus ab hoc requisitus fuit*; Secundo, *quod in Exequiis, vel Festivitatibus, ubi Cappellano S. Rocchi opus esset aliis Presbyteris, vel Crucibus, ipse Cappellanus, & dd. Homines Glareæ non possint accipere alios Presbyteros Forenses, sed primo accipere debeant Presbyteros, & Cruces Capituli, & exinde alios* -; Tertio, *quod Cappellanus Sabbatho Hebdomadæ Majoris benedictioni Cerei, & Fontis, & pariter in Vigilia Pentecostes, ac Officio, & Missæ in Ecclesia S.Bassiani, & in solemnitate SS.Corporis Domini Processioni more aliorum Presbyterorum interesse debeat, necnon primis Vesperis, Missæ, & secundis Vesperis Festi S.Bassiani Protectoris, & Patroni d.Terræ, & similiter adesse aliis Festivitatibus, & Processionibus, quando invitatus fuerit per Capitulum, quia Processioni SS.Corporis Christi die Dominica sequenti post festum suum totum, & integrum Capitulum in Loco Glareæ interesse curabit*. Quarto, *quod Sabbatho Sancto Oleum Sanctum, Chrisma, & alia ejusmodi sumi debeant a Sacristia Ecclesiæ præfatæ, & Capituli ejusdem pro usu Ecclesiæ S. Rocchi; neque audeat Cappellanus Vexillum levare, Processiones facere sine expressa licen-*

licentia Capituli -- ; Quinto, *quod Homines dicti loci saltem in Paschate Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta (exceptis illis tamen qui vel infirmitate, vel alio impedimento detenti legitime fuerint, aut devotione, vel affectione erga ipsum D. Bernardum ducti ab eodem Sacramenta sumere velint in Ecclesia S. Rocchi (a prædicto Rectore, vel alio de dicto Capitulo in prædicta Ecclesia S. Bassiani eorum Matrice sumere teneantur* -- ; Et sexto demum, *quod ob debitam subjectionis reverentiam erga Ecclesiam S. Bassiani dictus Cappellanus Cereum unum librarum duarum in die solemnitatis S. Bassiani offerre habeat Altari majori dictæ Ecclesiæ, & si quandocumque in aliquo prædictorum contra factum fuerit, dictus Cappellanus ipso facto pœnam unius floreni Mensæ Capituli applicandi incurrat, & nihilominus ad nutum prædicti Capituli eo casu amoveri possit.*

Verum quia idem Capitulum post obitum præfati Bernardi Levisclli cœpit ceteros Cappellanos, seu Vicarios ad dictæ Curæ animarum exercitium deputare sub ea conditione, quod ad ipsius libitum forent amovibiles, non solum scilicet, si præmissas leges transgrederentur, verum etiam in quocumque alio casu sibi beneviso, eisque præterea studuit injungere nonnulla onera, illudque præsertim interveniendi Ecclesiasticis functionibus, ac Processionibus, quæ bis quolibet mense in dicta Collegiata peraguntur; idcirco memorati Habitatores dicti Loci *della Gera* ad avertenda plura incommoda, quæ inde in grave suarum animarum detrimentum provenire noverunt, non semel apud Cremonenses Episcopos institere, ut dictam Ecclesiam SS. Sebastiani, & Rocchi erigerent in Parochialem absolutam, adeout a Capitulo prædicto ea non esset dependens nisi in iis, quæ obsequium, & honorem Matricis Ecclesiæ concernunt, cumque ipsorum preces fuerint semper rejectæ, novissime curarunt eas Sanctissimo Domino Nostro porrigi mediante supplici libello, quo plurimum dolentes, Cappellanum, seu Vicarium præfatum ad nutum Capituli amovibilem constitui, eumque tempore, quo obstringitur functionibus, & Processionibus Collegiatæ Ecclesiæ interesse, oves sibi commissas deserere, nec semper posse ad Locum *di Gera* statim redire, si contingat, ad præstandam Infirmis assistentiam evocari, sive quia enunciatum Flumen Abdua quandoque ob magnam aquarum copiam transmeari nequit, sive quia Portæ dicti Loci nocturno tempore clauduntur, Sanctitati Suæ enixe supplicarunt, „ degnarsi di erigere la Chiesa di „ Gera in perfetta Parochia assoluta, ed independente dal Capi- „ tolo, e Preposto di Pizzighettone, ma da conferirsi dalla Dataria „ Apostolica, ed Ordinari, respettivamente per concorso, salva „ la sola subordinazione di essa alla Chiesa di Pizzighettone, come „ Matrice a norma del Sac. Concilio di Trento, a norma di cui „ gl' Oratori collettandosi tutti, e singoli gli constituiranno l' as- „ segnamento Conciliare fisso in tante Case, o Terreni, come pia- „ cerà alla Santità Vostra per mantenimento del Paroco, inclusici „ trentacinque Uffizi, e centoventitre Messe annue per legati fatti „ a pro della Chiesa, che è quanto ha ora il Rettore di fisso, ri- „ ducendo all' esser di fisso, e perfettamente perpetuo l' assegna- „ mento, che ora e avventizio, e con titolo di elemosine colleti- „ zie gli si somministra, oltre l' offerirsi di sortirla, e fondarci il

,, mantenimento di Paramenti, cera, ed altro bisognevole, quali cose fin' ora si sono mantenute con limosine, che al presente
,, per varii disturbi, che vanno accadendo, mancano.

Remissis hujusmodi precibus ad Sacram Congregationem, subindeque ab ista transmissis ad Episcopum Cremonensem, ut cognosceret, num ea, quæ in memorato supplici libello exposita fuerunt, veritate niterentur, dedit ille sub diem 20. Augusti superioris anni literas suas, in quibus post relatam facti seriem supra descriptam, collectaque summatim rationum momenta in utramque partem proposita hisce verbis concludit -- ,, Restat modo pro coronide,
,, ut in obsequium jussionum istius Sacræ Congregationis animi
,, mei sensus aperiam. Ecclesiam Loci Glareæ intra limites Eccle-
,, siæ Parochialis, & Collegiatæ Piceleonis, ultra tamen flumen
,, Abduæ constructam fuisse, & esse membrum ejusdem Collegia-
,, tæ, ac Sacerdotem pro cura animarum in illa deputatum ab an-
,, no 1634. citra fuisse a Capitulo electum sub lege amovibilitatis
,, ad nutum, & superioritatem ejusdem Collegiatæ hinc retro
,, semper recognitam, in dubium revocari non debet. Innegabile
,, tamen etiam est, ipsam Ecclesiam Glareæ duobus ab hinc secu-
,, lis, & ultra ad consulendum saluti animarum illius Populi, fuis-
,, se constitutam ad istar veræ Parochialis, omnibusque necessariis
,, instructam, & uti talem ab Episcopis declaratam, distinctim
,, visitatam, atque relictam sub directione Sacerdotis pro tempo-
,, re ad illius Paræciæ, & curæ regimen deputati, qui facultate
,, opportuna hujus Curiæ meæ munitus in illa semper publice, &
,, libere, & de per se exercuit ea omnia, quæ ad Parochi munus
,, spectant, Sacramenta ministrando, Matrimonia publicando,
,, eisque assistendo Parochiali nomine, Processiones habendo, &
,, præ ceteris solemnem agendo Dominica immediate sequenti
,, post Festum Sanctissimi Corporis Christi, cum interventu ip-
,, siusmet Capituli Collegiatæ, Edicta Ecclesiastica, Festa, jeju-
,, nia, & alia Decretis Conciliaribus, & Synodalibus præscripta
,, denunciando, libros Parochiales Baptizatorum, Confirmato-
,, rum, Matrimoniorum, Mortuorum, & Status Animarum di-
,, stinctos ab illis Ecclesiæ Piceleonis asservando, & attestationes
,, ad verum Parochum spectantes edendo, quæ omnia certe non
,, Ecclesiis simplicibus, sed tantummodo Parochialibus, & Sa-
,, cerdotibus vere curatis permittuntur. Piceleonis locus totus est
,, ad Arcem redactus, mæniis circumquaque cinctus, propugna-
,, culis exterioribus, & interioribus, ac militari præsidio muni-
,, tus, cujus Portæ noctis tempore clauduntur, & clausæ custo-
,, diuntur, & insuper ex intermedio flumine Abduæ a loco Glareæ,
,, ut pluries innui, divisus, ideoque ex hisce circumstantiis, sicuti
,, Glareæ Habitatores pro Sacramentis habendis, divinisque au-
,, diendis Officiis non sine magno incommodo, ac periculo Colle-
,, giatam Ecclesiam adire potuerunt, neque possunt, ita jure me-
,, rito fuit ad eorum commodum, & spirituale beneficium consti-
,, tuta antiquitus Ecclesia Glareæ ad instar Parochialis per Sacerdo-
,, tem cum speciali facultate curam Animarum gerendi deputa-
,, tum, recta, & separatim jugiter administrata. Ceterum spiri-
,, tuali illorum Habitantium saluti, experientia teste, nunquam
,, satis

,, satis consultum remansit, obsistente lege subjectionis, servitutis,
,, & amovibilitatis, quam hinc retro Capitulum imposuit Sacerdo-
,, ti ad munus Parochi deputato, & quam adhuc sustinere con-
,, tendit &c. Unice igitur saluti animarum consultum erit, quo-
,, tiescumque petita fiat erectio novæ Parochialis, & constituatur
,, Parochus titularis, liber, & independens, aliàs habere Paro-
,, chum amovibilem, alienæ Ecclesiæ servitio addictum, & tot
,, aliis oneribus distractum idem est, ac non habere.

Ponderatis itaque juribus nomine tam Populi dicti loci Glareæ, quam Capituli, necnon resolutionibus in similibus casibus editis in *Lunen. Sarzanen. Dismembrationis* 8. *Martii*, *&* 27. *Septembris* 1732. *in Asten. Dismembrationis Parochiæ* 6. *Decembris ejusdem anni*, *&* 16. *Maii* 1733., *& in Derthonen. Dismembrationis* 28.*Jan*.1736., onus erit Eminentiarum VV. rescribere.

An sit consulendum Sanctissimo pro gratia erectionis in Parochialem, & respective dismembrationis in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

COLONIEN. JURIS MULTANDI. Cum Domianus Meyer Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ S. Georgei Civitatis Coloniæ sub diem 7. Decembris superioris anni palam in Comitiis Capitularibus exprobaverit Decano ejusdem Ecclesiæ, quod nullo jure Capitularia Protocolla sibi detineret, ac plura in eis contra expressam Capituli mentem inservisset, præfatus Decanus, ne inde Dignitas Decanalis imposterum vilesceret, & Ecclesiastica Capitularium disciplina paulatim collaberetur, die 22. dicti Mensis edidit Decretum, quo eidem Canonico Meyer salutarem hanc injunxit pœnam, nimirum,, quod per Mensis spatium ab instante Nativitatis Dominicæ ,, festo incipiendum stricte penes Ecclesiam Georgianam resideret, ,, itaut omnibus Horis Canonicis majoribus, & minoribus continuo ,, a principio usque ad finem interesse teneretur, sin secus, aut in ali- ,, quo præmissorum deficiens, rigorosiorem expectaret disciplinam. *Sess. 24. c. 2. Sess. 25. cap. 6. de Ref.*

Præterea, cum alter Canonicus Wolff. junior in Capitulo perstrepere cœpisset, ac relicto loco, in quo una cum aliis Canonicis sedere debebat, huc illuc excurrere, jussusque semel, iterum, ac tertio a Decano, ut locum suum repeteret, ibique conquiesceret, hisce Decani mandatis obtemperare detrectasset, quinnimo, adscitis aliis Capitularibus, tumultum studuisset inire, eoque vehementius ante Capitularibus Aulæ Ostium clamare non desineret, memoratus Decanus sub diem 14. Januarii 1736. alterum adversus dictum Canonicum Wolff. juniorem edidit Decretum, quo, recensitis ejusdem Canonici excessibus mox descriptis, in hæc verba concludit -- *Hinc pro salutari aliqua hujus inobedientiæ, temeritatis, & audaciæ disciplina, & correctione per tres Hebdomadas continuas stricte penes Ecclesiam residebit, itaut in omnibus Horis majoribus, & minoribus teneatur a principio usque ad finem continuo interesse, inque primis hodie Vesperis incipere, sin secus, & in aliquo horum deficiens rigorosiorem expectaturum Disciplinam* --; innovatoque per tres vices enunciato Decreto, auctaq. pœna, seu multa usque ad 20. Aureos, tandem die 5. Decembris dicti anni 1736. declaravit, illum *in pœnam 20. aureorum sub 2. Maii ipsi comminatam damnabiliter incidisse, eique pro quinta vice, & peremptoria monitione Canonica serio* injun-

xit --

xit-- *debitam paritionem in servanda per mensem residentia stricta in crastrino Sancti Nicolai festo inchoanda sub pœna suspensionis a Capitulo, & perceptione fructuum, mandando interim sub pæna arbitraria Dominis Officiantibus Cellerario, & Præsentiario, ne huic Domino Vvolff. juniori reditus Canonicales, pecunias, aut frumenta extradant, usque dum ex integro paruerit, refutatis non minus hujus contumacis Rei frivolis appellationibus a nullo hucusque Judice acceptatis, & præter hæc in disciplinalibus, & morum correctione effectum suspensivum non sortientibus, quam rejectis omnino nuperis de prætensa sua innocentia a nemine desuper cognoscendi jus, & facultatem habente, vel superiore aliquo agnita exceptionibus miserrime, & frustra nunc ingestis.*

At contendens Capitulum dictæ Collegiatæ, nulla Decanum potiri facultate puniendi, seu multandi Canonicos, & Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ, proindeque multas, & pœnas præfatis duobus Canonicis ab illo inflictas, sive alias a Decanis pro tempore in Canonicos, seu Beneficiatos delinquentes infligendas minime sustineri, vel saltem a quibuscumque pœnalibus ipsorum Decretis appellationem, ut ajunt in suspensivo, competere, ne ullum assertis hisce juribus suis detrimentum, & præsertim ex subsecuta dicti Canonici Meyer acquiescentia inferretur, appellationem adversus utraque enunciata Decani decreta interposuit in Archiepiscopali Curia, a qua cum illa subinde irrita, & attentatorum labe infecta fuerint pronunciata, hodie ad instantiam Decani reclamantis, qui novissime supremam totius controversiæ decisionem obtinuit ab Eminentissimo Pro-Auditore Sanctissimi ad Sacrum hunc Cætum remitti, tria, quæ mox describentur, disputanda sunt Dubia.

Circa I., in quo proponitur, num Decano prædicto competat jus privative multandi, & corrigendi Canonicos, aliosque Capitulares, adducitur juris communis censura, qua cautum est, nullam Capituli Dignitatem potiri privative quoad ipsum Capitulum facultate puniendi per modum fraternæ correctionis alios Canonicos, & Beneficiatos, seu Ministros Ecclesiæ servitio addictos in eorum munere delinquentes, sed id ad universum Capitulum pertinere, secundum ea, quæ per *Text. in cap. Quanto, & in cap. Irrefragabili de offic. Ordinar.* late tradunt *Scarfant. in animadvers. ad lucubr. Can. Ceccop. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 39. *& seq. Piton. disc. Eccl.* 60. *t.* 3. *& Rot. in Illerden. Juris multandi super negotio principali* 23. *Jan.* 1702. *per tot. cor. Muto, & in Leodien. Juris multandi* 9. *Jan* 1728. *cor. Crescent.*

Contra vero memoratus Canonicus Decanus præter assertum vetustissimum morem in nonnullis d. Ecclesiæ Statutis enunciatum, atque ex pluribus actibus comprobatum, juxta quem Decani ejusdem Ecclesiæ in exclusionem Capituli consueverunt Canonicorum, aliorumque Ministrorum delicta extrajudicialiter corrigere, eisque leves pœnas, seu multas imponere, in medium profert non solum Constitutiones in Provincialibus Conciliis sub Archiepiscopo Conrado editas, in quibus *cap.* 9. ita sancitum legitur -- *Consistente autem penes Decanos Ecclesiarum potestate, lege, ac gubernatione Canonicæ disciplinę exercenda, ipsis propter hoc firmiter pręcipiendo injungimus, tota eos ad id niti solertia, quod in Ecclesiis disciplinalis observantia vigeat honestatis, & sicubi enervata extiterit, ipsam studeant reformare, commissam sibi excessuum correctionis potestatem, & regimen*

sui

sui officii taliter exequenda, ut boni dispensatores in domo Domini super ejus familiam digna possint commendatione censeri -, & alias sub Archiepiscopo Friderico anno 1536. promulgatas, ubi *par.* 3. *c.* 15. *fol.* 359. in hæc verba sancitum fuit -- *Si quis Decanus Rebelles cernat, si divini Cultus, atque sui officii negligentes, si rixosos, si litigiosos &c. atque hi fraternam correctionem audire recusaverint, aget, quod jubet Paulus &c. Peccantes coram omnibus arguat tum si resipiscere nolint, arceat a sacris, probibeat participare fructus, donec ad meliorem vitæ frugem revertantur* --, verum etiam Synodalem legem anno 1598. ab Archiepiscopo Ernesto indictam cap. 12. hisce verbis -- *Quo strictius vero ea omnia observentur, mandamus Decanis, & Ecclesiarum Prælatis ut in suorum Canonicorum, & Vicariorum vitam, & mores sedulo animadvertant, & quos in prædictis culpabiles offenderint, debitis pœnis coerceant*: & ab Archiep. Ferdin ando sub annum 1612. *tit.* 1. *cap.* 2 *fol.* 10. hisce verbis innovatam. *Refractarii autem per suspensionem ab Ordinibus, ac Officio, & fructibus, reditibus, & proventibus ipsorum Beneficiorum a suis Decanis coerceantur*.

Postremo in uberiorem sui assumpti comprobationem addit duo Decreta ab Archiepiscopo Maximiliano edita in Pastorali dictæ Ecclesiæ visitatione anno 1664. peracta, quorum alterum sic habet -- *Et nisi modestius egerit, a Decano, vel Seniore exire jussus parebit, carebitque aliquandiu voce in Capitulo, aut etiam ab eodem suspendetur pro qualitate delicti, & arbitrario judicio Decani, eritque in potestate Decani pro rei exigentia &c. controvenientes vero voce in Capitulo ad tempus sibi benevisum privare, vel a Capitulo suspendere*, alterum vero sub *c.* 7. *de offic. Decani* insertum ita conceptum est; *Complectatur & illos sane quidem intime, sed, & castiget, quem diliget, faciet id Decanus debite, ac recte, si in laudabilium Decretorum observantiam ferventer intendat; in prævaricantes autem juxta canonicas sanctiones serio animadvertat; nos vero authoritati illius tuendæ nunquam deerimus si quando mandatis discoli, aut inobedientes contravenire præsumpserint*.

Quod autem attinet ad II. Dubium, in quo quæritur, an pœnæ, seu multæ per Decanum inflictæ Canonicis Meyer, & Wolff. sustineantur, Capitulum authumat triplici nomine invalidas, iniustasque esse; primo scilicet, quia Canonicus Decanus, ut præmissum est, nequiverit easdem pœnas independenter a Capitulo imponere; secundo, quod idem Decanus sæpedicta Decreta ex odio adversus dictos Canonicos concepto, non autem ex fraterna correctione ediderit, eisque controversas inflixerit pœnas contra juris regulam, quæ Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum tribuit facultatem puniendi Canonicos, cæterosque Ministros leviter delinquentes per modum fraternæ dumtaxat correctionis, quemadmodum cum aliis notant Doctores supra citati; & tertio demum, quod enunciatæ pœnæ tam Canonico Meyer, quam alteri Canonico Wolff. in dictis Decretis impositæ graves sint, ac immoderatæ.

Nomine autem Decani asseritur, ipsum controversas pœnas non ex odio in vindictam iniuriæ sibi a Canonico Meyer illatæ, sed per modum simplicis correctionis dd. Canonicis inflixisse, easque leves, quin imo minores esse delictis per ipsos patratis, datoque summatim responso iis, quæ Capitulum pro evincenda dictarum pœnarum injustitia proponit, in eo potissimum insistitur, quod Canonicus

nicus Decanus polleat omnimoda facultate Canonicos, aliosque Capitulares dictæ Ecclesiæ extrajudicialiter pro levibus delictis puniendi privative quoad Capitulum; hoc enim posito, neque de invaliditate, neque de injustitia redargui posse supradictas pœnas, sed omnino sustinendas esse, contenditur, uti in consimili casu rescriptum fuit ab hac Sacra Cong. *in Oriolen. Decretorum* 23. *Jan.*, *&* 5. *Junii* 1734. *lib.*84. *Decr. pag.*41., *&* 120.

Demum ad decisionem III. Dubii, an & quomodo liceat apppellare ad Curiam Ordinarii a Decretis per Decanum latis adversus Capitulares in Ecclesiæ servitio, vel alio pacto delinquentes, expendenda proponitur vulgata Tridentini sanctio *Sess.*24. *cap.*10. ibi -- *Episcopi, ut aptius, quem regunt, populum possint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis, quæ ad Visitationem, ac morum correctionem Subditorum suorum spectant, jus, & potestatem habeant, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi juxta Canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro Subditorum emendatione, ac Diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione, aut de morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita executionem eorum, quæ ab his mandata. decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediat, aut suspendat*, necnon inspiciendæ sunt peculiares Cleri Coloniensis Constit. in quibus ita statuitur, *Canonici, seu Vicarii talium Ecclesiarum nullam possint ab Officialibus nostris inhibitionem, per quam disciplina hujusmodi quovis modo impediatur, impetrare: seu impetratam uti secus obtentam, vel obtinendam nullius roboris, vel firmitatis declarantes.*

Rescripta, quæ in simili controversia ab hac Sac. Congr. edita fuerunt, quæque ad hujus Causæ definitionem conferre poterunt, relata fuerunt *in Causa Civitaten. Provinciæ Compostellanæ Juris multandi*, ubi, propositis quatuor hisce Dubiis -- *I. An Capitulo competat jus multandi Capitulares, ceterosque Ecclesiæ Ministros nedum pro levibus, sed etiam pro gravibus excessibus*; Et quatenus affirmative *quoad primam partem, & negative quoad secundam. II. An pro excessibus in Choro, Aula Capitulari, & Ecclesia dumtaxat, vel etiam extra commissis. III. An multis pecuniariis tantum, & in qua summa. IV. An, & quomodo a multa per Capitulum imposita competat appellatio ad Episcopum in casu &c.* -- die 3. Decembris 1735. prodiit Resolutio - *Ad I. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad II. competere pro levibus excessibus etiam extra Chorum, & Ecclesiam commissis, in functionibus tamen Ecclesiasticis tantum, in quibus Capitulum procedit sub Cruce. Ad III. affirmative multis pecuniariis tantum, nempe duorum, vel quatuor, & ad summum sex ducatorum, ita tamen ut multa erogetur in usus pios. Ad IV. affirmative ad utrumque effectum, & amplius in omnibus*, ut in *lib.*85 *Decr. p.*450.

Omnibus igitur perspectis, partes erunt EE. VV. decidere.

I. *An Decano Ecclesiæ S, Georgæi Coloniæ competat jus privative multandi. & corrigendi suos Canonicos in casu &c.*

II. *An pœnæ per eumdem Decanum inflictæ Canonicis Meyer, & Vuolff sustineantur in casu &c.*

III. *An, & quomodo liceat appellare ad Curiam Archiepiscopi a Decretis per Decanum latis in materia correctionali in casu &c.*

IN-

INDEX CONCLUSIONUM, ET RESOLUTIONUM,

Quæ in singulis Foliis anni MDCCXXXVII. fuerunt adnotatæ.

D

E

Hære-

L

M

Matri-

Præ-

Q

R

S

T

Vica-

V

INDEX RESOLUTIONUM,

Quæ in Causis sub Annum MDCCXXXVII. propositis prodierunt.

A

B

C

D

De-

E

Manu

M

N

P

Pœni-

Q

R

Re-

FINIS.

THESAURUS
RESOLUTIONUM
Sacræ Congregationis
CONCILII
Anni 1738.

INDEX
TITULORUM CAUSARUM,
Quæ Anno 1738. *in Sacra Congregatione Concilii propositæ sunt.*

Leo-

Die Sabbathi 11. Januarii 1738.



ROSSANEN. TRANSITUS AD RITUM LATINUM. Causa hæc altera est ex illis, quæ descriptæ in Folio postremæ Congr. habitæ sub diem 14. Dec. anni mox elapsi, cum nequiverint ob aliorum negotiorum copiam definiri, hodierno examini sunt reservatæ; Quia vero circa preces Belvederii Arcondizza Sacerdotis Italo Græci supplicantis pro transitu ad Ritum Latinum, de cujus permissione tunc potissima quæstio debuisset institui, graviores quędam circumstantiæ interea temporis peculiarius innotuere, ad aptiorem ineundam deliberationem in Causa necesse est, ut EE. VV. pateſiat, d. Presbyterum per quatuor vices eumdem transitum a S. Congreg. S. Officii pridem efflagitasse, ejusque petitionem fuisse semper rejectam, adjectis quoque nonnullis animadversionibus, quas Emi Generales Inquisitores rati sunt opportunas, ne forte Missam ille latino ritu temere celebraturus ejusdem generis piacula, quæ dudum patraverat, præsumeret iterum attentare; deinde vero ipsum Oratorem ut gratiam, quam nequiverat a Supremo S. Inquisitionis Tribunali obtinere, a SS. D. N. subriperet, supplicem eidem Pontifici porrexisse libellum, quo præmissam rerum gestarum seriem penitus reticens, Sanctitatem Suam in hæc verba exoravit: *Che si degni ordinare, come deve contenersi l'Oratore in avvenire, poichè, avendo celebruto in Rito Latino, e veduto da tutti publicamente, portarebbe un grand' assurdo, reassumendo il Greco anche contro la comune opinione de' Teologi, li quali espressamente proibiscono una tal reassunzione; onde nuovamente ne supplica la Santità Vostra, che si degni accordarli la facoltà di celebrare in d. Rito Latino saltem per Urbem, & per Civitatem Neapolis, dove è stato veduto per non rendere scandalo al popolo, che lo conosce.* Iste autem est libellus, quem SS. D. N. ad hanc S. Congreg. expendendum remisit, quoque huc delato, Sacerdos Orator gratiam optati transitus implorare satagit.

Can. 13. de Sacr. sess. 7. c. 5. sess. 22. & c. 9. sess. 14. de ref.

His itaque retentis, fas est ob oculos habere Decretum f. m. Innoc. XII. in parvo ejus Bullar. p. 222. registratum, quo expresse interdicitur, ne ullus imposterum, postquam preces, sive supplices libellos in materia gratiæ, vel justitiæ alicui ex S. Congr. Urbis quomodolibet obtulit, seu præsentavit, itaut ipsa S. Congr., mediante præfata præsentatione precum præventa manus quomodocumque desuper apposuerit, queat *ullo modo idem negotium, causam, vel petitionem ad alteram ex S. Congreg., etiam mediante Rescripto Sanctitatis Suæ (quod in hoc casu importune, & subreptitie Sanctitas Sua censeri voluit extortum) sub quovis prætextu, causa, vel quæsito colore etiam simplicitatis, & ignorantiæ deferre, vel alias primam Congreg. sponte a principio aditam declinare*, ac præter indictam nullitatem Rescriptorum, & Decretorum, quæ a secunda, vel ab altera Congreg. extorqueri contigerit, ad compescendam similium impetratorum calliditatem, sancitur, *quod tam iidem Oratores, ac partes principales, quam illorum, illarumque Procuratores, Sollicitatores, Agentes, aut Expeditores quicumque, quive adversus hujusmodi Decretum attentaverint, non solum*

puniri valeant, etiam pœna carceris, vel altera arbitrio alterutrius Congregationis, mediante organo Secretarii pro tempore, facto tamen verbo in ipsa Congregatione; sed ulterius quod Procuratores, Sollicitatores, Agentes, & Expeditores hujusmodi, ubi ipsi sint, qui, ignara Parte, seu Principali, attentaverint, omnino teneantur ad refectionem omniũ expensarum, atque damnorum, quas, vel quæ personas Principales hac de causa pati contingeret, vel contigisset, atque ad id summarie per eumdem Secretarium, facto tamen, ut supra, verbo in ipsa Congregatione, opportunis juris, & facti remediis compelli possint, & valeant; inde enim poterunt EE.PP. sapientissime de more statuere, num quidquam sit in hoc negotio decernendum, vel præstet magis, rem totam ad Supremum S. Inquisitionis Tribunal deferri; cum de cetero juxta instantiam ab Oratore promotam disputandum foret.

An transitus e ritu græco ad latinum sit permittendus in casu &c.

Non proposita, & ad Emũm Urbis Vicarium juxta mentem.

Post editam præinsertæ Causæ definitionem, dignabuntur EE.PP., Dubiis mox describendis aliarum quinque Causarum, præfata die 14. Dec. proxime præteriti non discussis, eximia, qua pollent, doctrina, respondere.

Sess. 21. c. 7. & Sess. 23. c. 1. de Ref.

TUSCULANA REPARATIONIS ECCLESIÆ.

I. *An reparatio Ecclesiæ S. Mariæ de Vivario, sive S. Rocchi Civitatis Tusculi ad formam Decreti S. Visitationis factæ ab Eminentiss. Episcopo spectet ad Communitatem, sive potius ad Capitulum Cathedralis ejusdem Civitatis;* & quatenus negative quoad utramque partem,

II. *An pro d. reparatione sit locus impositioni taxæ solvendæ a Parochianis, & populo d. Civitatis in casu &c.*

III. *An reparatio, & expurgatio respective quatuor sepulturarum existentium in d. Ven. Ecclesia, ac inservien. pro Laicis adultis fieri debeat sumptibus dictæ Communitatis, sive potius dicti capituli in casu &c.*

IV. *An reparatio, & expurgatio aliarum duarum sepulturarum pariter in dicta Ecclesia existen., ac inservien. pro Pueris, & Sacerdotibus fieri debeat sumptibus capituli, vel Archipresbyteri, sive potius communitatis in casu &c.*

V. *An refectio, & manutentio sacrarum supellectilium, & utensilium in Sacristia dictæ Ven. Ecclesiæ spectet ad capitulum, & Archipresbyterum, sive potius ad Communitatem in casu &c.*

Ad I. Affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam. Ad II. Provisum in primo. Ad III. IV. & V. Affirmative quoad primam partem, & negative ad secundam.

SAN-

SANCTI SEVERINI MATRIMONII. *Sess. 24. c. 1. de Ref. Mat.*

An sit locus dissolutioni matrimonii, vel potius experimento cohabitationis triennalis in casu &c.

Esse locum experimento cohabitationis triennalis, & ad D. Secretarium juxta mentem.

ELNEN. LEGITIMITATIS PROLIS, ET MATRIMONII. *Sess. 24. c. 5. de ref. Matr.*

I. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub die* 11. *Julii* 1682; & quatenus affirmative ad primam partem.

II. *An sit locus declarationi quoad effectus legitimitatis, & quomodo in casu &c.*

Dilata, & proponatur una cum Dubio, an constet de validitate Matrimonii.

CREMONEN. DISMEMBRATIONIS. *Sess. 21. c. 4. de Ref.*

An sit consulendum Sanctissimo pro gratia erectionis in Parochialem, & respective dismembrationis in casu &c.

Negative, & ad mentem.

COLONIEN. JURIS MULTANDI. *Sess. 24. c. 12. Sess. 25. c. 6. de Ref.*

I. *An Decano Ecclesiæ S. Georgei Coloniæ competat jus privative multandi, & corrigendi suos Canonicos in casu &c.*

II. *An pœnæ per eumdem Decanum inflictæ Canonicis Meyer, & Volffi sustineantur in casu &c.*

III. *An, & quomodo licet appelalre ad Curiam Archiepiscopi a Decretis per Decanum latis in materia correctionali in casu &c.*

Dilata, & coadjuventur probationes juxta instructionem D. Secretarii.

VALVEN. RESIDENTIÆ. Populus Civitatis Pentimæ in supplici libello usque ab anno 1734. Supremo huic Consessui porrecto exposuit, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ ibi erectæ ex una Dignitate, & duodecim Canonicis constare, eorumque singulis juxta Tridentini præscriptum incumbere onus penes dictam Ecclesiam residendi, necnon in ea Divinis defungendi Officiis, sed veterem in grave servitii Ecclesiæ, divinique cultus detrimentum irrepsisse abusum, ut tres ex præfatis Canonicis residentiam suæ Ecclesiæ deserentes moram trahant in Castro Hyllaris quinque milliaris a dicta Civitate Pentimæ dissito, ibique veluti Parochi actuales Animarum Curam Capitulo adnexam in Parochiali Ecclesia Assumptionis B. M. V. Grancia, seu membro dicti Capituli per turnum exerceant: hisce autem expositis, supplicavit, ut EE. VV., sublato *Sess. 23. c. 1. de ref.*

 hoc

hoc abusu, compellerent memoratos tres Canonicos ad residendum in Cathedrali Ecclesia, Capitulum vero ad deputandum Vicarium, qui in dicto Castro Hyllaris animarum curam obire teneatur; cumque praces hujusmodi fuerint de more ad Episcopum remissæ pro *informatione*, *&* *voto*, *auditis interesse habentibus*, accepta pridem Episcopi relatione, cumulatisque juribus, quæ prædictus Antimæ Populus censet petitioni suæ patrocinari, modo suas instaurat preces, ut Dubia, quæ novissime fuerunt in contradictorio judicio subscripta, EE. VV. decidantur.

Episcopus, qui sub annum 1730. jussus fuerat ab Emo Pro-Datario, consuetam attestationem super vita, & moribus tradere nonnullis optantibus ad duos ex tribus dictis Canonicatibus tunc vacantes concurrere, ipsumque certiorem reddere circa dictorum Canonicatuum qualitatem, num scilicet iis esset adnexa Animarum Cura, post exposita tum jura, quibus Universitas dicti Castri Hyllaris contendit, memoratam Parochialem Ecclesiam fuisse ab ipsa fundatam, & congrue dotatam, tum documenta, quæ Capitulum protulerat, ut ostenderet, habitualem Animarum Curam in dicta Ecclesia sibi esse adnexam, in hæc verba suam aperuit sententiam -- „ Prendo perciò motivo di congetturare, che più verisimilmente „ abbia potuto sortire, che ne' tempi andati, essendo caduta la provista dei Canonicati della Catthedrale a Preti Cittadini di detto „ Castello, i medesimi si siano a poco a poco intromessi a quella „ Cura, o per necessità, oper altro evento: ne l' esempio addotto „ dal Capitolo nel Foglio di essere al medesimo annessa la Cura „ della Città di Pentima, crederei, che possa tirarsi al caso presente, „ da cui e molto differente, poichè in detta Città, ove risiede il „ Capitolo, questi assegna una certa mercede all' Economo Curato, che si approva dal Vescovo, prævio examine, ed il più delle „ rendite appropria a se: che non e così per la Cura dell' Anime „ di detto Castello, di dove il Capitolo non esigge cosa veruna, e „ per conseguenza non può dirsi, che la Chiesa di detto Castello „ sia sua Grancia; ne costa di qualche assegnamento fatto dallo „ stesso Capitolo per il sostentamento de Curati, ma bensì da' Vescovi pro tempore coll' unione de Benefici. E per altro verso, essendo chiaro, che il Reverendo Capitolo della Catthedrale di „ Valva e composto di dodici Canonici, li quali devono risiedervi, „ e servire, e di vantaggio, che li sudetti tre Canonici non sono „ onorari, e di mero titolo, ma precisamente destinati al continuo servizio della stessa Catthedrale, come si riconosce dalle sudette Bolle antiche, ne di presente si controverte, godendone „ nella medesima la Prebenda, come ogn' altro Canonico, e lo „ confessa nel Foglio lo stesso Capitolo. Chiudo in poche parole il „ mio debole sentimento, che stimarei non pregiudiziale alla mia „ Catthedrale, ne a quella Università, e per togliere altresì tra le „ Parti stesse li contrasti in ogni futuro tempo, e sarebbe, che i tre „ Canonici abbiano da resiedere al continuo servizio della Cattedrale in avvenire, & in questa occasione della collazione delli „ due delli suddetti tre Canonicati vacauti, istituirsi l' officio della „ Penitenziaria, e la Teologale -- „ in literis vero, quas usque ab anno

anno 1735. ad Sacram hanc Congregationem dedit, indicatis iterum juribus, quæ coram ipso allata sunt tam a Capitulo Cathedralis, & Communitate Pentimæ authumante, præfatos tres Canonicos ad residentiam penes dictam Cathedralem esse revocandos, quam ab Universitate Castri Hyllaris una cum nonnullis ex dictis Canonicis contendentibus, eosdem tres Canonicos a dicto Castro non posse discedere, sed debere ibi Animarum curam obire, rescribit, se in ea, quam Emo Pro-Datario pridem exposuit sententia permanere.

Placeat igitur Emis Patribus definire.

I. *An tres illi Canonici Ecclesiæ Cathedralis Valven., qui modo vacant in Castro Hyllaris pro exercitio Curæ Animarum, revocandi sint ad residentiam in dicta Cathedrali*, & quatenus affirmative.

II. *An dicti Canonici, residendo in d. Cathedrali, participare debeant de distributionibus quotidianis, legatis piis, Anniversariis, aliisque emolumentis certis, & incertis, prout alii Canonici*.

III. *An imposterum pro exercitio Curæ Animarum in d. Castro Hyllaris deputandus sit Parochus perpetuus ab Ordinario, servata forma Concilii, & an ei dandi sint Coadjutores in casu &c.*

Reliquæ non propositæ.

CATACEN. DISPENSATIONIS. Inter cætera, quæ Laura Zaccone in testamento sub annum 1602. condito disposuit, ita cautum legitur -,, Item voglio, che doppo mia morte detti miei Eredi abbiano da pagare ducati ottocento per una volta tantum, delli quali se ne abbiano da comprare tanti stabiti, o Censi, li quali Stabili, o Censi comprandi, ut supra, s' intendano, e siano per Dote, ovvero aumento di Dote del juspatronato di Casa Zaccone posto nella Catthedrale, e Chiesa di Catanzaro con dichiarazione, che stia nell' elezione de' miei Eredi, e loro Eredi, e Successori, alli quali vi sia la facoltà, e potestà di presentare Rettore, o Cappellano in detto juspatronato, di potere presentare Rettore, o Cappellano, che si ritrova instituito in detto juspresentandi, che gia e stato fondato di detta Casa Zaccone, ovvero presentare altro Rettore, e Cappellano separato in quello nuovo juspresentandi, che lo lascio colla Dote predetta, di sorte, che sian due, e che quello, che sarà presentato da essi separatamente abbia d' avere l'Entrate di detta nuova Dote da me lasciata, delle robbe, e Censi comprandi con detti ducati ottocento. *Sess.24.c.6. de Ref.*

Præterea circa reservationem jurispatronatus tam activi, quam passivi super enunciato simplici Beneficio, seu Cappellania hæc adjecit. ,, Dichiarando ancora, che, mentre ci sarà Persona di Casa Zaccone della mia Famiglia però che sia, o voglia essere Chierico, li detti miei Eredi, e loro Successori, alli quali spettarà presentare Rettore di detto Juspatronato, siano obligati, e debbano presentare Persone di detta Casa, ed essendone più, debbano presentare così, preferire quello, che sarà più propinquo a me Testatrice, e non essendo, possano presentare Persone, che a loro meglio parerà - & *infra*, voglio ancora, che detti miei Eredi, ,, e suc-

,, e successori, come di sopra li Maschi tantum di Casa Zaccone
,, mentre ce ne averanno, abbiano la facoltà, e potestà di presentare Cappellano in d. juspatronato, e non le Femine, e mancando li Maschi allora abbiano la facoltà le Femine Eredi, e Successori di detti miei Eredi; e perchè al presente si ritrova presentato, ed istituito Cappellano di detto juspatronato di Casa Zaccone Vitagliano Zaccone Figlio di Francesco Zaccone mio Erede, voglio che succedendo la mia morte, vivente esso Chierico Vitagliano, essi miei Eredi abbiano, e siano obligati presentare etiam in questo nuovo juspræsentandi l' istesso Vitagliano, e non altra Persona etiam che fosse più idonea, e dopo la morte di esso Vitagliano possano presentare l' istesso Cappellano, se si troverà præsentato in d. juspræsentandi antico di d. Casa, o altro separatamente alla loro volontà, & elezione, come sopra, con peso in ogni caso, che tanto detto Chierico Vitagliano, quanto qualsivoglia Cappellano, e Rettore supra il d. nuovo juspræsentandi oltre l' obbligo ordinario di d. juspræsentandi antico abbian da celebrare, e far celebrare ogni giorno una Messa per la mia Anima --

Sequuto Testatricis obitu, Ferdinandus Zaccone sub annum 1625. in libello, quem exhibuit Vicario Generali Cathacensi, summatim exposita serie dispositionis prædictæ, tam proprio, quam nomine Vincentii cohæredis præfatæ Lauræ præsentavit pro assecutione memorati Beneficii Clericum Fraciscum suum Filium -- *con patto però espresso, e condizione, che detta presentazione s' intenda fatta ad nutum, & libitum d' esso Supplicante, e del d. Signor Vincenzo suo Zio, e che l' Erezione di detto nuovo juspræsentandi lo stabiliscono, che il Rettore, e Cappellano non sia perpetuo, ma amovibile ad nutum, & libitum d' essi Ferrante, e Vincenzo Eredi, e successori in perpetuum, ed Rettore, seu Cappellano præsentato da essi Ferrante, e Vincenzo s' intende prorogato, e confermato per insino a tanto, che si farà nuova elezione, senza aver bisogno il detto di espedizione di nuove Bolle, di modo tale, purchè non s' intenda giamma Rettore, o Cappellano perpetuo, ma amovibile ad libitum, & ad nutum d' esso Ferrante, e Vincenzo, delli loro Eredi, e Successori in perpetuum, li quali abbiano la potestà ed azione in perpetuum, & jus præsentandi il nuovo Rettore, ovvero juspatronato, o confermarlo lo stesso, o lasciarlo continuare, o mutarlo al loro semplice nuto, & libito come di sopra* Quo recepto libello d. Vicarius Generalis -- *admisit dotationem, & erectionem Ecclesiastici perpetui simplicis Beneficii, seu &c. tituli Visitationis Beatissimæ Virginis, atque S. Catharinæ Virginis, & Martyris in Cathedrali Ecclesia in Altari eorumdem de Zaccone, & sub eodem titulo, ejusque pro se, & hæredibus reservavit jus præsentandi Rectorem ad nutum amovibilem, & alias juxta formam supplicationis, & testamenti quondam Lauræ Zaccone, de quibus in eis actis eisque decrevit literas quascumque; necnon factam per eosdem præsentationem ad Beneficium hujusmodi recenter, ut supra erectum, & dotatum in Personam Clerici Francisci Zaccone Cathacen. similiter admisit, cui, & decrevit institutionem, & pariter literas quascumque in forma &c. omni &c.* uti præseferunt verba Decreti in calce ejusdem libelli transcripta.

Ad

Ad normam ejusmodi Erectionis Honuphrius de Nobilibus filius, & hæres Annæ postremæ de Familia Zaccone, vacata sub annum 1691. dicta Cappellania, exponens, se esse verum, & legitimum illius Patronum *ac reperiri in possessione, seu quasi præsentandi juspatronatus ad nutum amovibile* Domus de Zaccone, ad eam uti ad nutum amovibilem præsentavit Clericum Xaverium de Nobilibus, cui Vicarius Generalis die 23. Novembris ejusdem anni 1691. institutionem sub hac verborum formula tradidit -- *Visa præsentatione ad simplex Ecclesiasticum Beneficium ad nutum amovibile de Familia Zaccone sub titulo Visitationis B. V., & S. Catharinæ Virginis, & Martyris situm intus Cathedralem Ecclesiam hujus Civitatis vacan. per mortem quondam D. Joseph Malpica ultimi illius Rectoris, & Possessoris factam a Magnifico D. Honuphrio de Nobilibus existen. in quasi possessione jurispræsentandi Rectorem Beneficii prædicti fore, & esse admittendum decrevit, prout admisit, & literas in forma Bullæ in ejus Personam relaxavit, & expediri mandavit,* -- & ita quoque servatum est in vacatione ejusdem Beneficii secuta sub annum 1716., facta enim ab eodem Honuphrio præsentatione in personam Caroli de Nobilibus ad d. Cappellaniam sub expressione, quod ea esset ad nutum amovibilis, consimile alter Vicarii Generalis munus exercens edidit Decretum, quo dicta Cappellania rursus fuit enunciata ad nutum amovibilis.

At, e vivis erepto prælaudato Carolo de Nobilibus ultimo d. Cappellaniæ Rectore, alter Carolus itidem de Nobilibus unicus ex linea fœminina Testatricis descendens hodie superstes hanc assequi Cappellaniam exoptans, ut obicem sibi octavum dumtaxat annum agenti derivatum a decreto Sac. Conc. Trid. *Sess. 23. cap. 6 de Ref.* quo statuitur, nullum prima Tonsura initiatum, aut etiam in Minoribus Ordinibus constitutum ante decimum quartum annum posse Beneficium obtinere, averteret, sub initium anni mox elapsi postulavit a SS. D. N. dispensationem super ætatis defectu, cumque ipsius preces fuerint ad Sacram hanc Congregationem remissæ, atque in ista post acceptam Episcopi relationem die 6. Julii proxime præteriti inter supplices libellos propositæ, Rescriptum ea die prodiit - *Ponatur in Folio, & scribatur super puncto amovibilitatis, audito Patrono.*

Cum itaque in obsequium præmissi Rescripti discutiendū potissime sit, num asserta amovibilitas hujus Cappellaniæ dici queat rite instituta, nomine Oratoris, qui unicus, uti prænuntiatum est, modo Patronus existit, ad assequendam resolutionem infrascripti Dubii ejus votis consentaneam, præmittitur, inficiari non posse, quod ista controversæ amovibilitatis qualitas explicite apposita fuerit in Instrumento Fundationis, in quo Patroni, seu Executores testamentarii curarunt hanc adiici conditionem -- *che detta presentazione s' intenda fatta ad nutum, & libitum d' esso Supplicante, e del d. Sig. Vincenzo suo Zio, e che l' Erezione di d. nuovo juspræsentandi lo stabiliscono, che il Rettore, e Cappellano non sia perpetuo, ma amovibile, & ad nutum, & libitum d' essi Ferrante, e Vincenzo Eredi, e Successori in perpetuum* --, quodque eamdem admiserit Vicarius Generalis, dum post approbatam dotationem, factamque Beneficii ere-

erectionem reservavit præfatis Patronis, eorumque Hæredibus *jus præsentandi Rectorem ad nutum amovibilem, & alias juxta formam supplicationis, & testamenti qu. Lauræ Zaccone*, quodque demum ea fuerit confirmata ex subsecuta observantia, juxta quam Rectores omnes dicti Beneficii hactenus consueverunt a Patronis præsentari sub lege, quod possent ad eorum nutum amoveri, istæque præsentationes fuerunt semper ab Ordinario admissæ, uti patet ex Summario *n*.3. & 4.; inde enim contenditur, formam amovibilitatis ita huic Cappellaniæ impressam fuisse, ut, tametsi ea dici nequeat laicalis, sed Ecclesiastica, atque ad instar veri Beneficii consideranda sit, Apostolicis tamen reservationibus subiacere, neque a Summo Pontifice conferri debeat, proindeque petita dispensatio super defectu ætatis, quæ cæteroquin una cum Beneficii collatione facillime a Dataria Apostolica favore Clerici unici Patroni septenario majoris obtineri potuisset, per simplex Sacræ hujus Congregationis Rescriptum ex vi remissionis precum ad eamdem Sacram Congregationem a Sanctissimo factæ debeat impertiri.

Ut autem de hac re mature decernatur, prætereundum non est, Testatricem in nulla Testamenti parte præcepisse, quod sæpedictum Beneficium erigeretur in manuale, seu ad nutum amovile, sed suis Hæredibus simpliciter injunxisse onus ,, di pagare ducati ottocento ,, per una volta tantum, delli quali se ne abbiano da comprare tanti Stabili, o Censi comprandi, ut supra, s' intendano, e siano ,, per dote, overo aumento di dote del juspatronato di Casa Zaccone posto nella Cattedrale Chiesa di Catanzaro, con dichiarazione, che stia nell' elezione de' miei Eredi, e loro Eredi, e Successori, alli quali vi sia la facoltà, e potestà di presentare Rettore, o Cappellano in detto juspatronato ,, hinc enim ponderandum occurrit, num hodiernæ Oratoris petitioni officiat juris Canonici censura, quæ tam Patronis, quam Episcopis interdicit, ne Beneficiorum, seu Cappellaniarum qualitates a Fundatoribus in Testamento adjectas valeant immutare, multoque minus ea de perpetuis in manualia, & ad nutum amovibilia variare, ad tradita per *Fagnan. in Cap. Conquerente nu.*24., & 23. *de Cleric. non resident. Garz. de Benef. par.*7. *cap.*1. *n.*111., & *seq. Ricc. in prax. part.*4. *resol.*468. *n.*2., & cum aliis *Barbos. ad Conc. c.*5. *Sess.*25. *de Ref. n.*7.

Si vero natura, seu forma controversæ amovibilitatis ab exposita hæredum, & Patronorum volita conditione, a consentaneo Ordinarii Decreto, & a jugi more posthac in iteratis Cappellaniæ collationibus servato censeatur legitime impressa, tunc vestrum erit, Emi Patres, statuere, num dispensatio, quæ postulatur, per simplex Sacræ hujus Congregationis Rescriptum, nulla expediendi literas Apostolicas imposita lege, sit concedenda, cum de cetero, quod attinet ad gratiam dispensationis, non ægre illam in similibus circumstantiis, & præsertim, ubi nemo ex Patronis, sive vocatis ad Beneficium magis idoneus adspirat, a S. Sede indulgeri, testetur *Corrad. in prax. Benef. lib.*1. *cap.*6. *vers. sic pariter*, & comprobare videatur Resolutio edita in *Collen. Cappellaniæ* 12. *Decembris* 1716., & 24. *Aprilis* 1717. *lib.*67. *Decr. pag.*149.

Placeat igitur respondere.

An, & quomodo sit concedenda dispensatio in casu &c.

TU-

Sess.21.c.6. de ref.

TUDERTINA CAPPELLANIÆ. Prior Franciscus Tozzius in testamento sub diem 6. Septembris 1669. condito post scriptam ex asse hæredem Olivam ejus Neptem, ita cavit ,, Doppo la morte poi di d. Signora Oliva nella detta sua eredità sostituisse la d. Cappella di S. Sisto da farsi da d. Signora Oliva &c. per la qual Cappella dichiara, che la d. Oliva prima della di lei morte debba eleggere due Cappellani perpetui del sangue, cioè i più prossimi, se vi saranno, altrimenti due Sacerdoti di Baschi, e non forastieri, uno delli quali Cappellani sia tenuto, ed obligato in perpetuo celebrare nella d. Cappella per l' anima di esso Testatore, e suoi &c. Messe cinquanta l' anno, e sia in oltre obligato a tenere la scuola publica in Baschi, e l'altro Cappellano sia tenuto, ed obligato celebrare, come sopra, Messe cento cinquanta l' anno, ed in oltre siino anche ambedue obligati confatare alli Divini Offizi, ed ad ogni altro servizio nella detta Chiesa, ,, reservatoque Proximioribus suis Consanguineis jure præfatos Cappellanos præsentandi, eisdem præcepit, ut eligerent *Sacerdoti del sangue, e più prossimi, e se non vi fossero Sacerdoti, possino etiam Chierici, li quali poi, mentre saranno di tempo per dir Messa, debbino dire le dette Messe, e trà tanto, che non potranno dire da se stessi le dette Messe, siino tenuti a farle dire, e far tenere la scuola, ed anche siino tenuti al servizio della Chiesa, come sopra &c., non essendovi poi nè Sacerdoti, nè Chierici del sangue, debbino eleggere due Sacerdoti di Baschi, e non forastieri.*

In executionem hujus dispositionis, Vicarius Generalis ad instantiam tam Joannis Petri Mattei, quam Nicolai Santi, qui ad enunciatas Cappellanias fuerant a præfata Oliva post fundatam Cappellam a Testatore ordinatam præsentati, inspecto testamento una cum aliis documentis, easdem Cappellanias authoritate ordinaria erexit in Parochiali Ecclesia S.Nicolai Terræ Baschii sub invocatione S.Sixti *cum onoribus, & oneribus juxta formam, & tenorem prædicti testamenti cum reservatione jurispatronatus, eligendi, nominandi, & præsentandi Cappellanos, & Rectores &c. toties, quoties vacare contigerit, ad favorem omnium vocatorum in dicto testamento, & juxta formam, ac tenorem d. testamenti perpetuis futuris temporibus &c. & declaravit, d. Cappellam esse Sacerdotalem, & residentialem juxta formam, & tenorem d. testamenti*, -- sunt verba Bullæ erectionis.

Post hæc Abbas Joannes Persii occasione Pastoralis Visitationis, quam ex commissione Episcopi sub annum 1706. peregit, cum ad ipsius aures pervenerit, Joannem Petrum Mattei alterum ex dictis Cappellanis sæpe sæpius ad sui libitum extra Oppidum Baschii sese transferentem Cappellaniæ servitium deserere, & præsertim diebus festis non residere, malo huic occurrere, cultumque Dei, & Ecclesiæ promovere exoptans, eumdem Joannem Petrum ad residendum obstrinxit, *itaut* (sunt verba Decreti) *intra Parochiæ limites se contineat, Choroque intersit tempore Psalmodiæ, Missis solemnibus, Vesperis, necnon Processionibus publicis adeat, ut propria munia ex fundationis præscripto, & juxta Testatoris mentem per se ipsum sedulo exequatur sub pœna in casu &c. suspensionis eo ipso Illmo & Rmo D. Episcopo Diœcesano reservata, & aliisque &c.*

Verum quia Sacerdos Dominicus Mattei, defuncto prælaudato Joanne

ne Petro Mattei, Cappellaniam antea ab isto retentam est assecutus, nunquam vero hactenus in Oppido Baschii resedit, negligitque Chori, & Ecclesiæ servitio in detrimentum ipsius Ecclesiæ, & Populi ibi degentis incumbere, munusque Magistri publici obire, contra præmissam Testatoris dispositionem; Populus ejusdem Oppidi, qui reipsa arbitratur, dictum Dominicum teneri per se ipsum onera a Testatore injuncta adimplere, proindeque residentiam in eo loco declinare non posse, sive verisimilis ipsius Testatoris voluntas spectetur, sive inspiciatur lex in Bulla erectionis per Vicarium Generalem adjecta, sive demum attendantur Decretum in Visitatione editum, necnon observantia, juxta quam Cappellani Antecessores, excepto Petro Mattei, in d. Oppido moram semper traxerunt, Choro, & Ecclesiæ in sacris functionibus inservientes, supplex S. hanc adiit Congr., postulans declarari, nũ Cappellania, de qua agitur, sit residentialis, adeout illius Rector teneatur oneribus ei adnexis per seipsum satisfacere juxta dubium, quod eodem populo flagitante, proponitur.

Ponderatis itaque iis, quæ alias circa similes controversias in jure adnotata fuerunt in *Januen. Cappellaniarum* 14. *Aprilis*, *in Civitatis Castelli Celebrationis Missarum* 4. *Augusti*, & novissime *in Signina Cappellaniæ* 15. *Decembris* 1736., necnon inspecta Episcopi relatione, in qua rescribens, veritate niti ea, quæ nomine Populi fuerunt Sacræ Congregationi exposita, censet, Rectores dictarum Cappellaniarum posse sub quibusdam conditionibus ibi expressis substituere alios idoneos Presbyteros, qui eorum vices supplentes Choro intersint, Ecclesiæ servitium præstent, & accepta congrua mercede, Pueros sæpedicti Oppidi edoceant, grave non erit Eminentiis VV. deliberare.

An Cappellania, de qua agitur, sit residentialis, itaut Cappellani teneantur adimplere per se ipsos onera a fundatore præscripta in casu &c.

Die Sabbathi 25. Januarii 1738.



On graventur Eminentiæ Vestræ resumere Folium Congregationis habitæ die 11. vertentis Mensis, ac tres ibi descriptas, ac mox indicandas Causas definire.

VALVEN. RESIDENTIÆ.

Sess. 23. c. 1. de ref.

I. *An tres illi Canonici Ecclesiæ Cathedralis Valven., qui modo vacant in Castro Hyllaris pro exercitio Curæ Animarum, revocandi sint ad residentiam in dicta Cathedrali*; & quatenus affirmative.

II. *An dicti Canonici, residendo in d. Cathedrali, participare debeant de distributionibus quotidianis, legatis piis, Anniversariis, aliisque emolumentis certis, & incertis prout alii Canonici.*

III. *An imposterum pro exercitio Curæ Animarum in d. Castro Hyllaris deputandus sit Parochus perpetuus ab Ordinario, servata forma Concilii, & an ei dandi sint Coadjutores in casu &c.*

Ad I. & II. Affirmative. Ad III. Episcopus procedat prout de jure ad formam Concilii, & interim provideat de Œconomo expensis cujus de jure.

CATHA-

CATHACEN. DISPENSATIONIS. Seſs.24.c.6. de Reſ.

An, & quomodo ſit concedenda diſpenſatio in caſu &c.

Pro gratia expedienda per Literas Apoſtolicas, ſi Sanctiſſimo placuerit, dempta conditione amovibilitatis.

TUDERTINA CAPPELLANIARUM. Seſs.22.c.1. de reſ.

An Cappellaniæ, de quibus agitur, ſint reſidentiales, itaut Cappellani teneantur adimplere per ſe ipſos onera a fundatore præſcripta in caſu &c.

Affirmative.

FULGINATEN. IURISDICTIONIS. Cum Antonius Franciſcus de Valentibus Sacræ Rotæ Auditor, in quem communi conſenſu Eminentiſſimi Cardinalis Laurentii de Alteriis Abbatis Commendatarii Monaſterii Saxivivi contendentes, nonnullas Parochiales Eccleſias ad idem Monaſterium ſpectantes, & intra limites Fulginatenſis Diœceſis exiſtentes, ſecuta earum vacatione, a ſe prævio tantum examine, & Epiſcopi approbatione, conferendas eſſe, necnon bo. me. Joſaphat Baptiſtelli Epiſcopi Fulginei ſibi jus indicendi concurſum ad eaſdem Eccleſias aſſerentis, controverſiæ iſtius definitio fuerat compromiſſa, in lando ſub diem 8. Julii 1727. edito pronunciaſſet, „ dicto Epiſcopo, ejuſque Succeſſoribus non competiiſſe, neque competere prætenſum jus indicendi concurſum „ in vacationibus prædictarum Parochialium, ſed earumdem Eccleſiarum collationem, & omnimodam proviſionem ſpectare ad „ dictum Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Cardinalem Laurentium de Alteris Abbatem Commendatarium, alioſque Abbates Succeſſores, reſervata tantum in Literis Patentalibus ab eodem Eminentiſs., ejuſque Succeſſoribus expediendis approbatione per dictum Reverendiſſimum Epiſcopum, ejuſque Succeſſores „ Perſonæ de eiſdem Eccleſiis proviſæ facienda ad formam Conſtitutionis S. Pii V. ſub datum 5. Novembris 1567. incipien. Ad „ exequendum „; Subinde vero adverſus Laudi hujus exequutionem tam memoratus Epiſcopus, quam modernus ejus Succeſſor ſe ſe oppoſuiſſent authumantes, illud iniuſtum eſſe, nullamque mereri exequutionem, propoſita fuere in Congregatione diei 15. Decembris 1736. quatuor infraſcripta Dubia, quorum reſolutio cum dilata tunc fuerit, ac inſimul demandatum, ut probationes coadjuvarentur, hodie, perſpectis novis juribus, ac documentis utrinque cumulatis, capienda eſt. Seſs.6.c.3. Seſs.14.c.4.& Seſs.24.c.18. & 10.de reſ.

I. *An Laudum, de quo agitur, ſit exequendum*, & quatenus negative.

II. *An jus indicendi concurſum, & præeligendi digniorem in vacationibus Eccleſiarum Parochialium Diœceſis Fulginatenſis, de quibus agitur, ſpectet privative ad Epiſcopum.*

III. *An jus conferendi dictas Eccleſias Parochiales ſimpliciter ſpectet ad Eminentiſſimum Abbatem in caſu &c.*

IV. *An jus cognoſcendi Cauſas Criminales, Civiles, & mixtas competat privative Epiſcopo; ſeu potius Emo Abbati in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt Cineres.

Sess.7. c.7. Sess.14. c.10. de reform & Sess.25. c.11. de regul.

CONSTANTIEN. Contendente Episcopo Constantiensi, se posse Religiosos ex Seraphico Ordine Minorum Conventualium a quinque Parochialibus Ecclesiis, quarum curam, & regimen Magnus Prior Alemaniæ Ordinis Hierosolymitani eis comiserat, amovere, juxta Resolutionem hujus Sacræ Congregationis sub annum 1667. editum hisce verbis -- *Bajulivi Sacri Ordinis Hierosolymitani Cappellanos ad Curam Animarum exercendam collocare non possunt, nisi prævia Episcopi approbatione, qui, ut ejusmodi cura per Sacerdotes Regulares exerceatur, permittere nec potest, nec debet* --, necnon sibi licitum esse tàxas quasdam ex dictarum Parochialium fructibus exigere; ad petitionem memorati Magni Prioris e converso authumantis, neutrum præfato Episcopo permittendum fore, quinimo plurimum conquerentis, ab eodem Episcopo neglecta inhibitione Nuncii Apostolici apud Helvetios residentis, proventus dictarum Ecclesiarum sequestro fuisse mancipatos, atque præfatos Fratres ab earum cura, & regimine jussos exulare, die 20, Novembris 1734. discussa fuerunt tria hæc Dubia -- *An sit exequenda Resolutio diei* 14. *Januarii* 1667., *ita ut liceat Episcopo Constantiensi amovere Regulares exercentes Curam Animarum* -- *II. An constet de attentatis, itaut sint reficienda damna, & interesse* -- *III An Episcopo Constantiensi debeantur Taxæ in casu &c.* proditque Rescriptum ad I. *Affirmative*. Ad II. *Constare de attentatis*. Ad III. *Negative*, ut in *lib.*84. *Decr. pag.*592.

Verum quia, reproposita Causa sub consueto Dubio *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*, præmissa Resolutio die 18. Maii superioris anni quoad I., & II. Dubium confirmari promeruit, quo vero ad III. concernens Taxarum solutionem ab Episcopo prætensam, demandatum fuit, ut illud peculiari examini subiiceretur; præfatus Episcopus, pluribus cumulatis documentis, quibus demonstrare satagit, controversas Taxas sibi debitas esse jure Quartæ Decimarum, easque in pios usus hactenus impendi consuevisse, enixe flagitat, ut, resumptis Foliis distributis diebus 20.Nov.1734.,30.Mart., 4. & 18.Maii 1737. una cum novis Juribus ipsius nomine circumferendis, modo ab EE.PP. deliberetur.

An sit standum, vel recedendum a Decisis quoad III. Dubium sub die 20. *Novembris* 1734. *in casu &c.*

Dilata ad primam post Agnos.

Sess.4. c.24. de ref.

URATISLAVIEN. JURIUM PAROCHIALIUM. Cum Episcopalis Curia Uratislaviæ sub annum 1733. inhibuisset Abbati Monasterii S. Vincentii Ordinis Præmonstratensis in ea Civitate pridem erecti, ne Parochialia Jura super Sæcularibus Personis ejusdem Monasterii servitio addictis, sive intra Monasterii Septa, sive extra illa degentibus, multoque minus super earum familiis in posterum exerceret, id ægre ferens præfatus Abbas querelas suas Sacræ huic detulit Congregationi, a qua modo postulat decidi Dubium inferius describendum.

Præcipuum momentum, cui nititur memoratus Abbas, est vetustissima, & pacifica possessio, juxta quam asserit, tum suos Antecessores, tum se ipsum usque ad annum 1733. omnimodam Jurisdictionem Parochialem super enunciatis Personis, earumque Familiis exercuisse; ab hac enim contendit, quemcumque potiorem titulum,

quo

quo jus explendi etiam imposterum eosdem actus Parochiales sibi arroget, legitime derivari.

Contra vero Eminentissimus Episcopus, ad refellendam magnificatam tam possessionem nomine Abbatis propositam, folium literis suis adnexum Sacræ huic Congregationi transmisit, in quo, cum peculiares facti circumstantiæ exponantur ad Causæ decisionem plurimum conferentes, præstat hic illius tenorem maiori ex parte transcribere. *Fuit quondam celebre, & vetustum Monasterium Fratrum Ordinis Præmonstratensium sub titulo, & invocatione S. Vincentii extra Muros Vratislavienses in Elbino, quod a Senatu, & Civibus Vratislaviensibus per causationem ingruentium Bellorum, quæ tunc temporis ex motu Turcico imminebant e fundamentis demolitum, & solo æquatum est; & quandoquidem Celsissimus, & Reverendissimus D. Jacobus tunc temporis Episcopus Vratislaviensis ut Commissarius Sedis Apostolicæ cum Serenissimo Duce Carolo Principe Monasterbergensi, & Olsnensi inferioris Silesiæ Capitaneo etiam ut Commissario inter Admodum Reverendissimum D. Abbatem Joannem, ac Conventum diruti Monasterii, & ipsum Senatum Vratislaviensem habiti pro priori variis tractatibus differentias demolitionis taliter composuit, ut ipsi D. Abbati, & Fratribus ejus pro priori eorumdem loco, & Cænobio aliud Monasterium Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Domus S. Jacobi nuncupata, intra Muros Vratislavienses situm, a Vratislaviensibus evacuatum, attributum fuerit. Ad quod se etiam D. Abbas cum Fratribus suis anno Domini 1530. contulit, facta eidem D. Abbati a D. Commissario Sedis Apostolicæ in Instrumento publico facultate, & assecuratione, quod cum universis, & singulis bonis, possessionibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & privilegiis ex primo ad secundum locum transferantur, cum hac tamen clausula, quatenus in loco diruti prioris Monasterii S. Vincentii aliqua Divini Cultus memoria relinquatur, nec totaliter ad profanos usus convertatur. Et quaniam ex post Parochianis Elbingensibus Sacramenta administranda erant, forisque in Elbing nulla Ecclesia, neque Sacerdos, seu Parochus existeret, dictis Parochianis Elbingensibus a Religiosis ex Monasterio novo Sancti Vincentii intra Muros Vratislavienses Sacramenta administrare necesse fuit, & ob hanc publicam necessitatem sæpefati Parochiani usum Sacramentorum in Ecclesia S. Vincentii intra Muros tam diu habuerunt, donec expost facto anno 1592. tempellum foris in Elbing ædificaretur, ibique Sacramenta Parochialis Elbingensibus administrarentur. Et tametsi constituto in suo esse tempello in Elbing adhuc Sacramenta Familiaribus, & Domesticis a D. Abbate, seu alio ab ipso delegato in Ecclesia novi Monasterii intra Muros administrarentur, quia tamen eo tempore violente invaluit Lutheri error, ito quidem ut in tota Civitate Vratislavena nec Parochus, nec Curatus e Clero Seculari Curam Animarum exercere valuerit, idcirco Religiosis tam Mendicantibus, quam non Mendicantibus isthæc cura animarum dictæ Civitatis commissa, & in quovis Monasterio Curatus constitus est, in quorum Curatorum numero etiam unus fuit ex Conventu, & Cænobio Sancti Vincentii intra Muros, quin tamen Districtus Parochiarum in Civitate Vratislaviensi ob Catholicorum paucitatem accurate divisus, & cuilibet Parochiæ assignatus fuerit verum quilibet Curatorum*

torum

torum ex Religiosorum Conventibus Parochialia exercentibus promiscue in Territorio Civitatis Parocchialia exercuerunt usque ad annum 1707., quo Curatus ad S. Vincentium visitatus, & matriculam copulatorum, & baptizatorum Visitatori exhibere compulsus, eandem Curatiam resignarunt in manus Episcopi, & absolute noluerunt districtum quendam pro Parochia acceptare, itaut in districtu, quem alias Episcopus illis assignare cupiebat, PP. Dominicani ad S. Adalbertum, & Cruciferi ad S. Matthiam premiscue Parochialia exercuerint usque ad annum 1733., quo districtus iste auctoritate Ordinarii, designatis certis limitibus, inter prædictos PP. Dominicanos & Crucigeros divisum fuit; Quo circa ipsum S. Vincentii Monasterium intra Civitatem Parochialia amplius exercendi potestatem ab illo tempore non habuit.

Post hæc, recensitis pluribus excessibus, qui a præfato Abbate, spreta etiam inhibitione Episcopalis Curiæ dicuntur patrati, in hæc verba concluditur: *Ea propter, cum pauci actus clandestini & subreptitii legitimam possessionem non pariant, & prædictus Abbas, & Religiosi pro possessoribus minime habendi sunt, Episcopus Vratislavien. minime opus habuit, ut adversus illos tanquam possessores coram S.Congr. intentaret, aut in litem se immitteret, verum si d.Abbas, & Religiosi intra præscriptum tempus Episcopo non satisfecerint, contra eosdem authoritate ordinaria juxta Sac.Canonum præscriptum procedet. Idcirco neque suo Agenti Romæ commoranti in commissis unquam dedit aut eum sufficienti mandato munivit, ad intentandam litem coram S. Congregat. contra d.Abbatem, & Religiosos, sed ipsi dumtaxat commisit, ut S.Congr. de excessibus prædictis cum debita reverentia informaret simul, ac supplicaret, ne petituro fortassis Abbati aliquam declarationem, decisionem, privilegium, aut indultum in id, non audito Episcopo Vratislaviensi, annuere quocumque modo velit, sed causam ad cursum juris ordinarium remittere placeat*; hactenus folium ab Emo Episcopo transmissum.

Ad illustrandam vero quæstionem sub infrascripto Dubio decidendam, præter ea, quæ generaliter tradunt *Nicol. in flosc. verb. Regularis Tamburin. de sacrif. Miss. disp.5. Passerin. de stat.hom. tom.2. q.187. art.1. n.982. & seqq. Monacell. part.2. tit.16. fol.10. n.22. Pellizzar. in Manuall.Regular. tom.2. tract.8. cap.8. sect.1. n.7. Eminentiss. Petra ad Constit. 9. Innoc. III. Sect. unic. n. 43. tom.2.*, non abs re est adnotare, quod in una *Mediolanen.* discusso inter cætera hoc Dubio: V. *An Laicis, qui intra Claustra Regularium habitant, & illis actu serviunt, possint Regulares Sacramentum Eucaristiæ, & tempore Paschæ, ac extremæ Unctionis ministrare, nec non in eorum Ecclesiis eisdem Laicis sepulturam dare*: Sacra Congregatio sub mensem Junii 1587. rescripsit - *Posse* - ut in *lib.4. Decr. pag.267. & seqq.*

Omnibus itaque perpensis, deliberandum erit.

An Patri Abbati Monasterii S.Vincentii Ordinis Præmonstratensis in Civitate Vratislaviæ, sive Religiosis ab eo deputatis competat exercitium omnimodæ Jurisdictionis Parochialis quoad Personas inservientium eidem Monasterio, eorumque familias, tam degentium infra, quam extra illius septa in casu &c.

Negative, & P.Abbatem, sive Religiosos ab ipso deputatos posse tantum laicis degentibus intra septa Monasterii, eique actu inservientibus

tibus ministrare Sacramenta Eucharistiæ etiam tempore Paschatis, ac Extremæ Unctionis, necnon Sepulturam dare in propria Ecclesia juxta Decretum editum in Mediolanen.

MARTURANEN. ERECTIONIS CANONICATUUM. Pastoralem Visitationem aggressurus Episcopus Marturanensis Canonicis, & Dignitatibus suæ Cathedralis Ecclesiæ numerum duodenarium constituentibus manifestavit consilium a se initum, *di voler eriggere altri quattro, o sei Canonicati, ed a due di questi affiggere il titolo della Prebenda Teologale, e Penitenziale, ed assegnare a d. nuovi Canonicati quella competente rendita per ora, che la Divina Providenza somministrerà ad esso amorevole Prelato, tanto più che si trova in punto per dar principio al corso della sua Visita, nel quale cercherà con tutto zelo, e calore trovar modo sufficiente a poter effettuare una tal santa disposizione*; ut autem posset securius ad optatam Canonicatuum erectionem procedere, intereaq; temporis rationem, qua congruos reditus unicuique Canonicatui constitueret, investigare, dd. Canonicorum consensum curavit obtinere, quemadmodum re ipsa decem ex illis, uno tantum renuente Canonico Cajetano Frajacono, & altero, nimirum Canonico Dominico Leto causa infirmitatis absente non audito, præstitus fuit assensus, adjecta tamen conditione, *che dd. nuovi Canonici erigendi, e successori in futurum non possino pregiudicare punto l'interesse della mensa capitolare presente, quale vogliono, che resti in pieno, ed assoluto dominio, e disposizione di essi dodici Dignità e Canonici presenti, e loro successori in futurum, senza che mai potessero pretendere cosa alcuna dalle rendite, ed effetti di d. mensa capitolare, ma che dd. nuovi Canonici erigendi siano contenti solamente di quelle rendite, che nella loro institutione, e fondazione li verranno assegnate dall'Illustrissimo Vescovo, per il di più si contentono, che habbino l'istesse preminenze, ed onori, che godano esse Dignità, e Canonici, doppo delli quali sempre si intenda, che habbiano il luogo nel Coro, Processioni, e Funzioni pubbliche Canonicali tantum, restando sempre intatti, integri, ed illesi tutti, e singoli jussi, e facoltà, che hanno goduto, e godono le presenti dodici Dignità, e Canonici esistenti, quali jussi, facoltà, ed azioni passino solamente alli dodici Dignità, e Canonici successori, e con espressa condizione, e limitazione, che dd. Canonici erigendi non habbiano omni futuro tempore voto alcuno, ne attivo, ne passivo in Capitolo, e perciò non possano, ne devono intervenire a colloquj capitolari.*

Sess. 22. c. 3. de ref.

Sub finem vero memoratæ Visitationis idem Episcopus die 28. Junii 1736. quatuor erexit Canonicatus, quorum binos titulo Præbendæ Theologalis, & Pœnitentiariæ insignivit, iisque omnibus dotem in hæc verba constituit ,, assignantes prædictis quatuor Canonicatibus
,, loco Præbendæ annuos duc. 20. ex redditibus Ecclesiæ S. Franci-
,, sci de Paula Terræ Mottæ S. Luciæ &c. insuper, quoadusque de
,, competentibus annuis reditibus prædicti Canonicatus provide-
,, buntur, tres portiones, sive Cappellanias ex octo Sacri Altaris pri-
,, vilegiati hujusmet nostræ Cathedralis assignamus tribus ex præ-
,, dictis quatuor Canonicatibus, ad quos tres Portionarios, sive Cap-
,, pellanos ex dd. octo assumere designamus &c. eorumque singulis
,, in Canonicos promovendis ejusdem annuas portiones, seu fructus,
,, quos ad præsens habent, & percipiunt ex dd. Cappellanis, integre,
& in-

„ & indiminute concedimus, & assignamus, quarto denique Canonico per Nos, ut supra, erigendo, nominando, & instituendo, cui Præbendam Theologalem cum honoribus, oneribus, & præeminentiis suis perpetuo unimus, & incorporamus &c. in dotem præter quartam portionem duc. 20. de fructibus Ecclesiæ S. Francisci de Paula, ut supra, assignatis ad ipsum spectantem, simplex Beneficium sub titulo Immaculatæ Conceptionis nuncupat. de Flascina intus nostram Cathedralem positam ex nunc, & in perpetuū unimus, incorporamus, & assignamus; cui quidem Præbendæ Theologali sic erectæ, attenta exiguitate redituum, adhoc ut ipse Canonicus Theologus ejusdem onera alacrius, & commodius subire valeat etiam nunc pro tunc, & quando casus vacationis evenerit perpetuo unimus duo simplicia Beneficia intus Matricem Ecclesiam Diani Scigliani posita unum videlicet sub tit. S. Catharinæ, quod nunc obtinet D. Alexius Palloni, & alterum sub vocabulo Nominis Mariæ possessum nunc a Rev. D. Felice Piperio cum omnibus juribus, proventibus, & reditibus suis; considerata quoque tenuitate omnium redituum supradictarum Præbendarum, & quatuor Canonicatuum noviter per Nos erectorum, eisdem omnibus duas portiones ex tribus Cappellaniis Ven. Ecclesiæ S. Augustini Civitate Scigliani hujus Diœcesis primo vacatura s, quas proinde ad hunc effectum ex nunc pro tunc supprimimus, & suppressas haberi volumus, perpetuo unimus, & incorporamus, cum sint etiam nostræ liberæ collationis cum omnibus quoque juribus, fructibus, reditibus, & emolumentis suis.

At, exortis post dd. quatuor Canonicatuum erectionem, eorumque subsequutam collationem inter hos quatuor novissimos Canonicos, & alios duodecim jamdudum institutos nonnullis controversiis, veteres isti Canonici ad præcidendum cujuslibet contentionis germen, satius duxerunt litem coram Sac. hoc Tribunali instruere super erectione dd. recentiūm Canonicatuum, contendentes, eam sustineri non posse; sive, quia fuerit per Episcopum expleta absque legitimo totius Capituli consensu; sive quia idem Episcopus nequiverit jure suo, nullaque suffragante justa causa, veterem Canonicorum numerum adaugere in præfata Cathedrali Ecclesia, cujus servitio quatuor Dignitates, octo Canonici, totidemque Mansionarii, seu Portionarii per mediariam, ut ajunt, incumbentes sint satis; aut demum quia in dotem novorum Canonicatuum fuerint assignati reditus in alium usum destinati, necnon eisdem unita, sive incorporata Beneficia oneribus servitium Chori non ferentibus obnoxia. Quapropter habita relatione Episcopi controversam validitatem erectionis a se factæ propugnantis, discutiendum hodie, sæpedicto instante Capitulo, proponitur infrascriptum dubium, ad cujus decisionem hæc potissimum conferre posse videntur.

Primo scilicet, Episcopum propria authoritate, atque independenter a Capitulo nequire certum Canonicorum numerum in Cathedrali, aut Collegiata Ecclesia constitutum augere, sed consensum, & votum Capituli exquirere obstringi, atque impetrare, *Felin. in cap. cum accessissent n.* 15. *de Const. Fagnan. in cap. Dilecto n.* 18. *de præben.*, & ita resolvit S. hæc Congr. in *Clodien.* 5. *Jul.* 1608., *in Mazarien.* 20. *Sept.* 1692. *in Sabinen.* 14. *Apr.* 1690., *&* *in Aquinaten.* 20. *Februarii*

rii 1677., ubi, disceptatis binis hisce Dubiis: *I. An possit Episcopus erigere Præposituram secundam Dignitatem in d. Collegiata. II. An in eadem, in qua non est præfinitus Canonicorum numerus, possit erigere Canonicatum*: rescriptum fuit ad utrumque: *Affirmative de consensu Capituli*; secus enim erectio sine voto, consensuque Capituli expleta non sustinetur, juxta regulam, de qua *in cap. bonæ memoriæ* 36. *in cap. memorabile* 34. §. *objectioni*, *&* *in cap. quod sicut* 28. *de elect.*, & respondit eadem S. Congr. in *Aretina Declarationis, seu Commutationis Voluntatis* 29. *Nov.* 1698. *&* *in Maceraten. Commutationis Voluntatis* 30. *Aug.* 1704. *lib.* 54. *Decr. p.* 348., & novissime in *Firmana Erectionis Canonicatus*, in qua ad Dubium: *An erectio novi Canonicatus in Collegiata Ecclesia S. Bartholomæi Muri Vallium sustineatur in casu &c.* die 12. Sept. 1734. responsum fuit: *Negative*, *&* *amplius*, ut in *lib.* 84. *Decr. pag.* 453.

Et quamvis S. Congreg. consueverit quandoque supplere consensum, quem præstare detrectet Capitulum, in cujus Ecclesia Episcopus novos Canonicatus instituere meditetur, atque hoc nomine erectionem Canonicatuum, Capitulo etiam reluctante, aliquando factam convalidaverit, ut præsertim in *Sabinen.* 2. *Jun.* 1696., & novissime *in cit. Firmana erectionis Canonicatus*, ubi, postquam decisum fuerat, erectionem novi Canonicatus per Archiepiscopum editam absque consensu, & voto Capituli non sustineri, discusso Dubio: *An sit locus sanationi in casu &c.* die 5. Mart. 1735. rescriptum fuit: *Affirmative*, ut in *lib.* 85. *Decr. p.* 77.; id tamen fieri contingit eo dumtaxat in casu, quo Capitulum irrationabiliter renuat consensum suum præbere, secus vero, si ob detrimentum aliquod ex novorum Canonicatuum erectione sibi obventurum non temere assentiri recuset, uti colligitur ex Resolutione edita in *Amerina* 25. *Jun.* 1695. *lib.* 45. *Decr. pag.* 360.

Secundo, majorem Canonicorum, seu Clericorum numerum non esse in Ecclesiis constituendum, quam qui juxta ejusdem Ecclesiæ facultates possit convenienter sustentari, juxta expressos *Text. in cap.* 1. *&* *cap.* 3. *de instit.* *&* *in cap. quoniam de vit.* *&* *honest. cleric.* *&* *in cap. unicæ* §. *sane de stat. Regul. in* 6., & præter plurima Conciliorum decreta, quæ ad hanc rem referunt *Gonzal. in d. cap.* 1. *n.* 3. *de instit.*, *Hallier. de Hierarch. jurisd. lib.* 3. *art.* 2. §. 1. *&* *seqq.*, necnon Resolutiones Sac. Congr. *in Sypontina congruæ* 8. *Mart.* 1664. *lib.* 24. *Decr. p.* 60. *&* *seqq. in Conversanen.* 3. *Febr.* 1652. *lib.* 19. *Decr. p.* 196. *in Grossetana Erectionis Canonicatuum* 19. *Jun.* 1706. *in Amalphitana* 30. *Sept.* 1724. *in Squillacen. Communeriæ* 18. *Nov.* 1730., 21. *Aprilis* 1731., *&* 10. *Maii* 1732. *lib.* 80. *Decr. p.* 365.; idipsum cavetur in veteribus Marturanensis Ecclesiæ Statutis sub Episcopo Pierbenedetti editis: ibi: *Illud primum in nostra Cathedrali Ecclesia statutum volumus, ut, quod antea semper fieri consuevit, in ea sint Canonici duodecim, & ex iis dignitates quorum, Decani videlicet, Archidiaconi, Cantoris, & Thesaurarii, qui omnes suum certum locum secundum veterem consuetudinem habeant, unusquisque autem officium id præstare debet, quod erit illi præscriptum; Statuentes, hunc esse numerum Capituli, qui augeri non poterit, nisi reditus etiam augeantur*.

Tertio, Episcopis non licere, sed soli Rom. Pontifici reservatam esse piarum voluntatum commutationem, juxta *Clem. Quia contingit de*

Relig. Domib.; ubi *Glofs. in verb. Sedis Apoftolicæ* fic ait: *Nota per hanc literam, folum Papam poffe alterare ufum illorum, quæ per fideles donata funt, vel relicta*, S. enim Congreg., retenta mox enunciata juris cenfura, in una *Ifernien.* 5.*Sept.*, & 14.*Nov.*1705. declaravit, irritam effe erectionem Canonicatus, Capitulo etiam affentiente, factam ab Epifcopo ex fuppreffione Manfionariatus, ut in *lib.*55. *Decr. pag.*327.; refcindendam itidem cenfuit erectionem novi Canonicatus, quam fecerat Epifcopus ex nonnullis proventibus ad Seminarium fpectantibus, *in Neritonen.* 10.*Julii* 1706. *lib.*56.*Decr.p.*225.; præterea nequiviffe Epifcopum novum Canonicatum fupra numerum inftituere, affignata ei in dotem Cappellania quadam, refpondit in *Murana* 12.*Dec.*1711. *lib.*61. *Decr. p.*545.; & demum, cum Epifcopus Savonenfis certam partem proventuum, quos pius Teftator reliquerat Aræ Maximæ Ecclefiæ Parochialis, adfignaviffet doti feptem Cappellaniarum a fe erectarum, adjecto eis onere perfolvendi Divina Officia in Choro, difceptatum fuit hoc Dubium: *An fuftineatur erectio Cappellaniarum Canonicatuum nuncupatarum*; die vero 23.Maii 1722. prodiit Refolutio: *Negative*, ut in *lib.*72.*Dec.p.*233.

Poftremo circa Præbendas Theologalem, & Pœnitentiariam, cum Epifcopus eas non erexerit ex binis Canonicatibus primo vacaturis, fed Beneficia quædam fimplicia illis addixerit, expendendum erit, num fervata dici queat norma a S. Conc. Trid. pro erectione Præbendæ Theologalis præfcripta in *feff.*5. *cap.*1. *de ref.*: ibi: ***In Ecclefiis autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, fi Civitas infignis, vel populofa, ac etiam in Collegiatis exiftentibus in aliquo infigni Oppido etiam nullius Diœcefis, fi ibi clerus numerofus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præftimonium, feu ftipendium hujufmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex caufa refignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non fit, ad eum ufum ipfo facto perpetuo conftituta, & deputata intelligatur. Et quatenus in ipfis Ecclefiis nulla, vel non fufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel Epifcopus ipfe per affignationem fructuū alicujus fimplicis beneficii, ejufdem tamen debitis fupportatis oneribus, vel per contributionem Beneficiatorum fuæ Civitatis, & Diœcefis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de Capituli confilio ita provideat, ut ipfa Sac. Scripturæ lectio habeatur, ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel confuetudine, vel quavis alia ratione inftitutæ propter id minime prætermittantur***, & altera, quæ circa Pœnitentiariam, ejufque collationem indicitur *cap.*8. *fefs.*24. *de ref.* hifce verbis: ***Pœnitentiarius aliquis cum unione præbendæ proxime vacaturæ ab Epifcopo inftituatur, qui Magifter fit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel jure canonico, & annorū 40., feu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, qui, dum confeffiones in Ecclefia audiet, interim præfens in Choro cenfeatur***; confentanee enim ad hanc Conciliarem Sanctionem, Epifcopum teneri Theologalem, & Pœnitentiariam Præbendas ex Canonicatibus in Cathedrali Ecclefia exiftentibus, primoque vacaturis erigere, eis autem non poffe fimplicia Beneficia addicere, nifi Præbendæ Canonico Theologo, ac Pœnitentiario affignatæ ita fint tenues, ut congruæ eorum fuftentationi non refpondeant, allatis S. Congr. Refolutionibus tradunt *Pignatel. confult. cap.*1. *fefs.*5. *de ref. n.*38. *Corrad. in prax benef. lib.*2. *cap.*5.*n.*16. & *fcite Eminentifs. Petra ad Conft. II. Innoc. VI. n.*12.*t.*4.

His

His itaque ad peculiares facti circumstantias juxta pondus documentorum, quæ utrinque adducētur, accomodatis, grave non erit EE.VV. decernere.

An erectio quatuor Canonicatuum, de quibus agitur, sustineatur in casu &c.

Negative, & amplius.

TYBURTINA SEMINARII. Clar.me. Card. Roma Episcopus Tyburtinus saluberrimo Sacrosſ. Synodi Trid. Decreto sub *cap.* 18. *sess.* 23. *de ref.* edito inhærens domum quamdam anno 1634. conduxit, ibique Seminarium meliori, qua potuit, ratione curavit erigi, subinde vero idem Seminarium ad aliam transtulit domum, quam interea temporis e fundamentis construi fecit tot compositam mansionibus, quot satis essent recipiendis 24. Alumnis, pro quorum feliciori institutione, atque regimine has inter cæteras præscripsit leges. *Sess. 23. c. 18. de Ref.*
„ I. Gli Alunni una volta accettati, non potranno uscire dal Seminario, se non compiti li loro studi de' casi di coscienza. II. Tutti gli
„ Alunni subito che saranno entrati, pigliaranno la prima Tonsura,
„ la quale portaranno continuamente, e poi gli Ordini minori, se-
„ condo sarà loro ordinato da Monsig. Vescovo &c. ma, perchè si fa
„ loro dalla Chiesa Tiburtina questa carità con pensiero, che possino
„ abilitarsi al servizio della Chiesa, e servire a Dio in questa voca-
„ zione, o in questa Diocesi, o in altra, doveranno anch'essi interve-
„ nire con gli Alunni al Coro con la cotta, e servire, come sarà loro
„ ordinato &c. III. Il Vicario Gen. col parere del P. Rettore, e del
„ Prefetto sceglierà alcuno delli più provetti di età, e sapere, li quali
„ vadino all'ora debita alla Chiesa ad ajutarlo ad insegnare la Dot-
„ trina Cristiana, ed uno per Domenica farà o per se stesso, o coll'a-
„ juto del Maestro un breve Sermoncino sopra qualche articolo so-
„ lito insegnarsi alla Dottrina, ovvero sopra l'Evangelo corrente &c.
„ IV. Perchè le lettere sono molto necessarie al Clero, particolar-
„ mente a questi, che si allevano in Seminario con fine, che abbiano
„ da attendere alla cura dell'anime, e governo delle Parrochie di
„ questa Diocesi, dovranno tutti usare diligenza particolare di spen-
„ dere utilmente il tempo &c. V. Finiti li studj della Gramatica, ed
„ Umanità, si trasferiranno a sentire la Logica, e Teologia morale
„ in questo modo, la mattina si leggerà la Logica per sei mesi dell'
„ anno, e per gli altri sei mesi le sommole, & introduzione alla Fi-
„ losofia, e Teologia Scolastica. La sera si leggerà una delle materie
„ morali, e finita quella prima delle Vacanze, il Lettore pigliarà a
„ leggere qualche cosa della Scrittura; parimente la mattina, se non
„ ci fossero Scolari per sentire la Logica, si potrà leggere la mede-
„ ma Scrittura un giorno della Settimana, cioè l' ultimo si consu-
„ marà tutto alla Repetizione, e Dispute; ma perchè in questo men-
„ tre, che staranno applicati a questi studj, non tralascino l'esercizio
„ della memoria, la quale è il tesoro delle scienze, sarà cura del Pre-
„ fetto di assegnargli qualche libro utile, del quale ogni giorno reci-
„ tino almeno venti linee, i libri saranno il S. Concilio di Trento, &
„ il Catechismo, l'Istituta Canonica, e Civile, o qualche altro, che a
„ Monsig. Vescovo paresse necessario; recitaranno almeno per tre

 „ vol-

,, volte l'anno una Predica, o Sermone composto da loro medesimi
,, sopra un'Evangelo, o nel Refettorio, o nella Chiesa del medesimo
,, Seminario, o anco nella Cattedrale, secondo la qualità della com-
,, posizione, o attitudine dello Scolaro &c.

Juxta regulas mox enunciatas, & præsertim circa normam in obeundis literarum studiis præscriptam quoad omnes præfati Seminarii Alumnos res hactenus processere; Verum, quia modernus Episcopus secum animo recogitans in maximum totius Dioecesis commodum fore cessurum, & e contra nullum Seminario obventurum detrimentum, si aliquis ex dd. Alumnis post expleta inferiora studia Grammaticæ, & Rethoricæ penes Presbyteros Congr. Missionis sumptibus ejusdem Seminarii collocentur, ibique, donec Philosophiæ, ac Theologiæ cursum absolverint, seque tum in sacris ritibus, tum in ratione Christianam tradendi Doctrinam, sermonesque, sive conciones habendi ad populum, tum denique in Sacramentis rite administrandis reddiderint instructos, retineantur, binos reipsa Alumnos in Domo PP. Missionis, inconsultis Canonicis deputatis Seminarii, collocavit, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, studio, ut ait, custodiendi leges jam pridem a cl. me. Card. Roma pro recta sæpedicti Seminarii gubernatione præscriptas, consilio circa Alumnorum collationem in præfata domo Missionis ab Episcopo inito non acquiescens, contendensque, illam neque juris communis sanctioni, neque enunciato Tridentini Decreto *cit. cap.* 18. *sess.* 23. *de ref.* consentaneam esse, quin vero eidem maxime adversari, præfatas regulas in primæva hujus Seminarii fundatione constitutas, juxta quas Alumni, postquam fuerint acceptati, vetantur Seminario, studiis non completis, egredi, Cathedrali Ecclesiæ festis præsertim diebus inservire, curavit subscribi sequens Dubium, quod ex juribus late in utramque partem afferendis decidendum erit.

An sit permittenda Episcopo Tyburtino collatio Alumnorum Seminarii penes Presbyteros Missionis Tyburis causa studiorum expensis Seminarii in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 23. cap. 1. de ref.

CASSANEN. CATHEDRATICI. Episcopus Cassanensis obsequuturus consultissimæ Sanctioni in recenti Concilio Rom. indictæ *sub tit.* 8. *cap.* 4., ubi habetur, *quod si forte aliquid sub alio, vel fixorum munerum, vel xeniorum nomine offeratur, ab Episcopis, tamquam qui non præmium, sed honorem postulant, munera, & xenia recusentur hujusmodi*, sub annum 1733. veterem abusum, juxta quem Capitulum Cathedralis Ecclesiæ 12. duc. sub nomine strenæ quotannis Episcopo præstabat, promulgato edicto jussit aboleri, vicissim præcipiens, ut singuli Canonici, & Beneficiati Civitatis Cassani ad normã ejusdem Concilii Rom. deinceps Cathedraticum solvere tenerentur.

At adversus edictum hoc reclamarunt primum Canonici, & Beneficiati Civitatis Cassanensis, contendentes, se ad Cathedratici solutionem obstringi non posse, tum quia nunquam illud eo usque persolvissent; tum quod præstari debeat tantum in casu, quo Synodus ab Episcopo celebretur; tum demum, quia veluti subsidiarum quoddam vectigal tribuendum minime sit Præsuli, qui annuis Episcopalis Mensæ reditibus reperitur abunde provisus; Verumtamen, discussis in hac Sac. Con-

Congreg. duobus hisce Dubiis. I. *An sit locus solutioni Cathedratici*, & quatenus affirmative. II. *In qua quantitate sit solvendum a Capitulo Cathedralis, Canonicis, & Beneficiatis Civitatis Cassani in casu &c.* die 21. Maii 1735. Rescriptum prodiit: *Ad I. Affirmative. Ad II. Solvendum esse juxta taxam præscriptam in Concilio Romano, & amplius*, ut in *lib.* 85. *Decr. pag.* 188.

Post hæc etiam Clerus Ecclesiæ S. Mariæ de Colle Oppidi Mormanni inter plurimas controversias contra Episcopum excitatas, eam promovit, qua se immunem a solutione Cathedratici jactitabat, quamobrem Episcopus inter cætera sategit, hæc duo Dubia decidi. *XI. An debeat* (nimirum Clerus prædictus) *solvere Cathedraticum*; & quatenus affirmative. *XII. In qua quantitate sit taxandum in casu &c.*, quibus S. eadem Congr. sub diem 15. Dec. ejusdem anni 1735. respondit: *Deberi in summa jul.* 20. *collective ab omnibus*, ut in *lib.* 85. *Decr. pag.* 562.

Habitis vero binis hisce resolutionibus, cum d. Episcopus novum per totam Dioecesim mandaverit promulgari Edictum, quo prioris observantia omnibus Beneficiatis indiscriminatim injungitur, Parochi, & Beneficiati Italo-Græci degentes in octo Oppidis Dioecesis Cassanensis, ubi Græcus Ritus custoditur, in scenam prodiere, & authumantes, se minime adigi posse ad solvendum Cathedraticum Episcopo Latino, appellatione ab enunciato Edicto interposita, curarunt ejus exequutionem suspendi; Quare præfatus Episcopus, ut Ecclesiæ suæ jura sarta tecta tueatur, impetrata delegatione controversiæ ad hoc S. Tribunal, eo potissimum nixus fundamento, quod Parochi, & Beneficiati Italo-Græci Constitutionibus Apostolicis obligentur, ac legi Dioecesanæ subsint, quodque existentes in conterminis Dioecesibus Cathedraticum solvere non detrectent, ab EE. VV. postulat responderi.

I. *An Episcopo Cassanen. debeatur Cathedraticum per Parochos, & Beneficiatos Italo-Græcos, seu Albanenses, atque Cleros de communibus Græcarum Ecclesiarum Massis participantes?* & quatenus affirmat.

II. *A quo tempore idem Cathedraticum debeatur in casu &c.*

Die Sabbathi 8. Febr. 1734.



Binæ Causæ, quæ priori loco describentur, cum indecisæ remanserint in folio novissimæ Congregationis habitæ sub diem 25. Mensis nuper elapsi, in hodierno Consessu sub iisdem Dubiis definiendæ sunt.

TYBURTINA SEMINARII.

An sit permittenda Episcopo Tyburtino collatio Alumnorum Seminarii penes Presbyteros Missionis Tyburis causa Studiorum expensis Seminarii in casu &c. Sess. 23. c. 18. de ref.

Negative, & ad Mentem.

CAS-

Sess.25.c.1. de ref.

CASSANEN. CATHEDRATICI.

I. *An Episcopo Cassanen. debeatur Cathedraticum per Parochos. & Beneficiatos Italo-Grecos, seu Albanenses, atque Cleros de communibus Græcarum Ecclesiarum Missis participantes*; & quatenus affirmative.

II. *A quo tempore idem Cathedraticum debeatur in casu &c.*

Ad primum affirmative. Ad secundum deberi a tempore novi Edicti per Episcopum promulgati.

Sess.21.c.4. de Ref.

PISCIEN. EMPHYTEUSIS. Contendente Joanne Andrea Pellegrini moderno Rectore simplicis Beneficii sub invocatione S.Cataldi pridem erecti, concessionem emphyteuticam cujusdam Prædii ad dictum Beneficium spectantis factam anno 1680. Joanni Zucconi usque ad quartam generationem ex multiplici capite sustineri non posse, & e contra dicti contractus validitatem propugnantibus Fratribus de Zucconis, vel saltem ejusdem sanationi per ipsos petitæ tuentibus locum esse, sub diem 7. Julii 1736. discussa fuerunt duo hæc Dubia -- *I. An constet de validitate contractus, & quatenus negative. II. An sit locus sanationi in casu &c.*, proditque Rescriptum -- *Negative ad utrumque* -- ut in *libro* 86. *Decr. pag.*245.: Subinde vero ad instantiam eorumdem Fratrum de Zucconis adversus istam Resolutionem reclamantium, proposito consueto Dubio, -- *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.*, Sacra Congregatio intelligens, memoratos Fratres de Zucconis ad dirimendam hanc litem proposuisse præfato Joanni Andreæ Pellegrini concordiam, seu transactionem sub eo pacto ineundam, quod ipsi annuum canonem pro medietate adauxissent, & pro una vice persolvissent summam scutorum centum, quæ favore memorati Beneficii in bonis stabilibus investiri deberet, antedictum vero Joannem Andream, rejecta hujusmodi conventione, voluisse litem prosequi, die 4. Maii proxime præteriti Causæ decisionem distulit, censuitque, scribendum fore Episcopo, ut sæpedicto Joanni Andreæ significaret, Eminentissimos Patres etiam ob aliquam dubitationem, num antiquus contractus sustineatur, inclinare, ut proposita concordia a Rectore beneficii admitteretur, vel saltem cum aliquo annui canonis, aut summæ persolvendæ augmento, quod etiam Episcopus occasione resumendi tractatum, curaret a Fratribus de Zucconis offerri.

At, secuto interea temporis Episcopi obitu, literas juxta mentem Sacræ Congregationis dare oportuit ad Vicarium Capitularem, qui, requisito memorato Rectore, ut enunciatam concordiam, vel cum aliquo augmento amplecteretur, nuper rescripsit, se ab Advocato Cosmo Pellegrini ejusdem Rectoris Patre accepisse epistolam, in qua idem Advocatus pro reijcienda Transactione per Fratres de Zucconis exhibita, nonnulla rationum momenta sapientissimo Eminentiarum VV. judicio subjicienda in hæc verba recenset -- *Primo, perche trattandosi di concessione fatta senza Beneplacito Apostolico è un danno evidente della Chiesa, come lo dimostra l'istesso augmento di canone, che propone la Parte. L'utilità, e benefizio, che risulta alla Chie-*

la Chiesa sudetta consiste nel ritornare ne' suoi Beni nullamente alienati, e ritenergli per se senza concedergli ad altri; Secondo, perche l'Oratorio è attaccato, e unito alla Casa, e Podere allivellato, e detto Oratorio è in cattivissimo stato, & ha bisogno di essere risarcito, se non si vuole, che rovini, onde il Rettore vuol poterlo ristaurare, e servirsi ad uso proprio di parte della Casa, per quando volesse uffiziarlo da se medesimo, e tenerlo in maggior culto di quello lo tenga il Livellario: Terzo, perche secondo le Constituzioni Pontificie il Rettore non può fare Atti se non in evidentem utilitatem, nè può riconoscere, se l'augumento del Canone proposto dal Zucconi porti questa evidente utilità, se non sà la vera rendita di questo Podere da lui mai posseduto; Quarto, perche il Podere allivellato nella sua descrizione si dice tutto fruttifero, e coltivato, onde non pare, che entri l'equitativo temperamento, che lo ritenga il Zucconi per i supposti meglioramenti, che non si sà in che consistino, quando il Rettore si esibisce risarli, quando, si giustifichino; Quinto, perche alla Chiesa non campl e avere un Debitore di questa sorte, perche corre il terz'anno, che pende questa lite, il Livellario ha in mano tutte l'Entrate, nè mai ha depositato il canone.

Has autem rationes elidere satagunt Fratres de Zucconis ex juribus, quæ ipsorum nomine circumferentur, adeoque, perspectis omnibus utrinque deducendis, resumptisque Foliis 7. Julii 1736. 13. Aprilis & 4. Maii anni nuper elapsi distributis, deliberandum erit.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum à Decisis in casu &c.

Ad I. in decisis. Ad II. prævio recessu a decisis pro sanatione; ita tamen ut emphyteusis non duret ultra tertiam generationem, ac solutis scutis 100. ad effectum investiendi favore Beneficii, necnon aucto canone ultra summam oblatam arbitrio Episcopi, & amplius.

CREMONEN. SUPPLEMENTI DOTIS. Abbas Paulus de Cantiis comperiens, onera Beneficii a Christopharo Bentio anno 1702. in Oratorio Oppidi Cassani sub invocatione SS. Caroli Borromei, & Aquilini Martyris fundati ascendere ad annua sc. 144. postulavit, eadem reduci, vel dotem ex hæreditariis bonis præfati Christophari non solum in scutis 50., quot desiderantur, ut illa par sit oneribus, verum etiam in aliis scutis 400. pro sua congrua sustentatione augeri, idque decernendum fore authumabat, præteriti quoque temporis ratione habita, nimirum initio ducto ab anno 1710., quo Beneficium ipse fuit assecutus; Sacra autem Congr. ad Dubium die 13. Augusti 1729. discussum, -- *An esset locus reductioni onerum, seu potius supplemento dotis, & in qua summa* --, rescripsit -- *Non esse locum reductioni, & quoad supplementum dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem*; Ad cujus normam in literis Episcopo datis expositam, electus fuit Peritus, qui, inspectis bonis pro dote memorati Beneficii traditis, retulit, Prædia jussu Fundatoris anno 1713. in eum finem assignata attigisse valorem librarum 18083., eaque tunc in annuo fructu libras 658. reddidisse, nunc vero illorum pretium esse in libris 21763., annuos autem proventus ad libras 666. ascendere; Cumque præfato anno 1713. solutæ insuper fuerint eidem Abbati Cantio libræ 3963., ut eæ tum in co-

Sess. 24. cap. 4. de ref.

in colendis agris, tum in augendis vitium, arborumque plantationibus erogarentur, subjunxit Peritus, hasce libras 3963. addendas esse æstimationi per ipsum factæ relate ad annum 1713., itemque habendam rationem annui reditus, qui manare posset ab ea summa, quæ non omnino in culturam, instructionemque Fundorum Beneficii impensa docetur, proindeque concludit, proventus omnes ad annuam summam librarum 677., quæ vix excedunt scuta nonaginta monetæ Romanæ, ascendere posse.

Hac itaque exhibita Periti relatione, Causa iterum proposita fuit die 28. Martii 1733. sub hoc tamen Dubio, -- *An, & in qua summa dos sit supplenda, a quo tempore, & a quibus in casu &c.*; at ejus Resolutione denuo suspensa, injunctum fuit Episcopo, ut, non retardata Missarum celebratione, & salvis juribus Abbatis ad alterius Periti electionem deveniret juxta novam instructionem, quæ in eo versabatur, ut Peritus referret super valore Bonorum, eorumque fructibus tam anni 1702., & 1713., quam temporis præteriti, necnon indicaret causam, ob quam valor, annuusque reditus eorumdem Bonorum fuerint imminuti, quod quidem Rescriptum, non obstantibus documentis, quibus Abbas præfatus elidere nitebatur exceptiones contra memoratam Periti relationem excitatas, die 20. Augusti 1735. promeruit confirmari, ut in *lib.*85. *Decr. pag.*323.

Verum quia ob nonnulla extrinseca impedimenta, quæ a memorato Abbate exponuntur, ad injunctam novi Periti electionem deveniri hactenus nequivit, nec ulla forte spes superest, quod eà aliquando submoveantur, adeoque ulterior dilatio decisionis Causæ in grave tam Beneficii, quam dicti Abbatis detrimentum vergeret, idem Abbas septuagenario major ægre ferens, negotii hujus definitionē diutius protrahi, enixe flagitat, ut tum ex veteribus, tum ex novis juribus circumferendis decidatur.

An, & in qua summa Dos supplenda sit, & a quo tempore, & a quibus in casu &c.

Dotem esse augendam ab omnibus Cohæredibus pro virili in scutis 130. annuis ultra Bona assignata, computan. ab anno 1729., & reintegrato hodierno Abbate de pecuniis ultra fructus perceptos erogatis pro oneribus Beneficii ab anno 1713. usque ad dictum annum 1729., habita ratione fructuum perceptorum in annua summa scutorum 120.

Sess. 24. c. 12 de Ref.

SIGNINA CAPPELLANIÆ. Sacerdos Dominicus Antonelli, licet mannalem retineret Cappellaniā de Jurepatronatus Domus Pamphiliæ sub onere celebrandi per seipsum spatio sex Mensium in Ecclesia S.Mariæ in Via; attamen, cum priori loco vocatus fuisset ad alteram Cappellaniam ab Advocato Joanne Cenciarello ea lege institutam, ut istius Rector teneretur Archipresbyterum Oppidi Gavignani in curæ Animarum exereitio coadjuvare, cœpit contendere, Cappellaniam mox enunciatam sibi adjudicandam esse, prævio Rescripto, quo declararetur, licitum sibi fore muneribus eidem Cappellaniæ adnexis per substitutum defungi. Contra vero Vincentius Marcelli secundo loco ad dictam Cappellaniam a Fundatore nominatus, juxta illa verba --, *nomino il sudetto D.Domenico, asse-*

assegnandoli il termine di un Mese a deliberare, se intende di abbracciarla, ed ottenere la facoltà di poter confessare, quando già non l'abbia, e ricusando questo di assumere il detto peso, nomino adesso per allora il Sig. D. Vincenzo Marcelli, -- cum in exclusionem præfati Dominici obtinuisset ex Decreto Vicarii Generalis collationem, & respective possessionem ejusdem Cappellaniæ, sategit hujusmodi collationis validitatem, & justitiam in hoc Sacro Tribunali propugnare, in quo tandem proposito ad petitionem sæpedicti Dominici Dubio, - *An sit locus declarationi petitæ a Dominico Antonelli, & respective, cui adjudicanda sit Cappellania, de qua agitur in casu &c.*, die 9. Februarii Anni nuper elapsi rescriptum fuit, - *Negative, & non facta declaratione infra mensem per Dominicum Antonelli, Cappellaniam adjudicandam esse Vincentio Marcelli, & amplius.*

Ad normam hujus Resolutionis memoratus Dominicus infra mensem sibi injunctam emisit declarationem, qua protestatus fuit, se velle controversam Cappellaniam acceptare, atque post exaratam hujusmodi declarationem ad Oppidum Gavignani se contulit, auxiliariam opem Archipresbytero in obeunda Animarum cura allaturus; at, quia Romam reversus cœpit iterum Missarum oneri priori Cappellaniæ Domus Pamphiliæ adnexo satisfacere, subindeque in supplici libello Sacræ huic Congregationi porrecto exponens, se Urbem repetiisse ob propria quædam urgentiora negotia, efflagitavit Indultum, quo sibi liceret a residentia in Oppido Gavignani præstanda abesse, aliumque interea temporis substituere Presbyterum, qui vices suas in sæpedicto Oppido expleret; prælaudatus Vincentius Marcelli, cui ejusmodi preces Dominici Antonelli innotuere, nedum petitæ Indulti concessioni obstitit, verum etiam ratus, dictum Dominicum ex resumpta Missarum celebratione, qua Pamphiliana Cappellania gravata reperitur, satis aperte declarasse, se nolle priorem Cappellaniam dimittere, adeoque ab altera in Oppido Gavignani erecta in vim Rescripti Sac. Congregationis superius relati jam decidisse, curavit, eodem Dominico citato, subscribi Dubium, quod in hodierno Consessu discutiendum proponitur.

An factus sit locus adiudicationi Cappellaniæ favore Vincentii Marcelli in casu &c.

Cappellaniam esse adjudicandam Vincentio Marcelli, quatenus infra mensem Dominicus Antonelli non dimiserit Cappellaniam S.M. in Via, & amplius.

NUCERINA PAGANORUM PRÆBENDÆ THEOLOGALIS. Saluberrimo Decreto sub *cap. 1. sess. 5. de Reformat.* per Tridentinos Patres edito inheres Summus Pontifex Benedictus XIII. in Constitutione -- *Pastoralis Officii* -- relata in Appendice ad Concilium Romanum, post indictam formam, qua impoſterum erigi, & conferri debet Præbenda Theologalis, ita cavit -- *Quoniam vero nonnulli Episcopi, sicut accipimus, ut propriæ incuriæ aliquod velamen obtendant, dilatæ erectionis ejusmodi Præbendæ, Theologalis causam in tenuitatem, ac insufficientiam Præbendarum suarum Ecclesiarum reiicere solent; nos omnem de cetero prætextum, sive excusationem emedio tollere, ac penitus eliminare volentes, motu, scientia, ac potestatis plenitudine*

similibus decernimus, statuimus, atque præcipimus, quod, ubi Præbenda Theologalis, computatis etiam distributionibus quotidianis, ad annuum saltem reditum scutorum sexaginta monetæ Romanæ non ascendat, pro summa ad hanc Taxam conficiendam deficiente, iidem Episcopi unire possint, & debeant eidem Præbendæ aliquod simplex Beneficium, cujus supplemento prædicta summa conficiatur, primo vacaturum in quocumque Mense, qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apostolicæ affectum, & reservatum --, deindeque circa aliam Præbendam, quam vocant *Pœnitentiariam*, in hæc verba subjunxit- *Postremo quæcumque hactenus de Præbenda Theologali, & Sacræ Scripturæ lectione sancivimus, extendimus etiam, ac adamussim observari volumus, & mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem, concursum, deputationem, omniaque alia ad illius officium pertinentia, & præter illa, quæ a nobis superius disposita sunt, ea insuper, quæ Tridentina Synodus cap.8. Sess.24. de Ref. de hujus Ministri qualitate, ætate, ac exemptione a servitio Chori constituit, exacte observari decernimus, præcipimus, & mandamus.*

In obsequium Pontificiæ hujus legis Episcopus Nucerinus Præbendam Pœnitentiariam in Cathedrali sua Ecclesia instituit, eique sub annum 1731. duo addixit simplicia Beneficia; at, contendente Gaspare Villani Can. Theologo, enunciata duo Beneficia Theologali suæ Præbendæ, quæ annuo proventu scutorum 60., ut supra, a Summo Pontifice pro erectione Præbendæ Theologalis constituto caret, solumque reddit annuos ducatos 40. onere centum, & decem Missarum una cum duodecim Anniversariis gravatos, debuisse ab Episcopo uniri non solum in vim præfatæ Constitutionis Benedictinæ, verum etiam ob promissionem in actu Erectionis dictæ Præbendæ per Episcopum factam uniendi scilicet eidem Theologali Præbendæ unum, aut plura simplicia Beneficia pro congrua Canonici Theologi sustentatione, proindeque authumante, unionem eorumdem Beneficiorum, ut supra, ab Episcopo prælaudatæ Pœnitentiariæ Præbendæ factam sustineri non posse, aut saltem, si ea valida judicetur, se ab onere legendi Sacram Scripturam pronunciandum fore immunem, ne absque debito stipendio militare cogatur, præsens coram Supremo hoc Senatu inter dictum Gasparem Villani Canonicum Theologum, & alterum Canonicum Pœnitentiarium instructa est contentio, ad quam dirimendam duo infrascripta Dubia discutere oportet.

Præter ea, quæ nomine utriusque Canonici in facto expendentur circa primum Dubium, a quo secundi decisio plurimum pendere videtur, præstat in jure adnotare, tam Tridentinos Patres *in cit. cap.1. Sess.5. de Ref.* quam Summum Pontificem Benedictum XIII. in præinserta Constitutione primum, & districtius Episcopis injunxisse erectionem Theologalis Præbendæ, unde colligi posse videtur Præbendam hanc quoad congruam Canonici Theologi sustentationem, quam idem Sacrum Concilium, & præfata Constitutio Benedictina ex simpliciũ Beneficiorum unione suppleri sancivit, Pœnitentiariæ præferendam esse, eo plane modo, quo eamdem in erectione præferri debere, tradunt *Garz. de Benef. part.5. cap.4., n.155., Barbos. ad Concil.*

Sess.24.

Sess.24.cap.8., *Gallemart.ad idem Concil.Sess.5.cap.1.n.12.*, *Pax Jordan.var. lucubr. lib.7. tit.3.n.5.* , *Eminentissimus Petra to.4.in Comment.ad Constit.2.Innoc.VI.n.17.pag.246. & seq.* , & constat ex Resolutione Sacræ hujus Congregationis edita in *Civitatis Castellanæ 17.Novembris* 1629.

Et quamvis Præbenda Pœnitentiaria, postposita Theologali, fuerit quandoque in nonnullis Ecclesiis instituta, eique in exclusione m Theologalis addicta quoque fuerint simplicia Beneficia, quorum reditus congruæ Pœnitentiarii sustentationi responderent id tamen factum apparet, urgente necessitate erigendi Præbendam Pœnitentiariam, aut concurrente impossibilitate Theologalem instituendi, atque insuper tunc a Sede Apostolica fuit Episcopis hæc tributa facultas, ut possent ad hujusmodi Pœnitentiariæ Præbendæ erectionem procedere, quemadmodum notant *Pax Jordan. lucubr. Can.lib.7. tit.3.n.5.tom.2.*, *Barbos.de Canonic.Cap.27.n.5.* & doctissime de more *Eminentissimus Petra loc.supra cit.n.* 16. & 17. , ubi sic habet -- *Recensitis itaque Ecclesiis quam cito Concilium exoptarit , ut Præbenda Theologalis erigatur, quisque desumet ex ejusdem verbis, quibus cavetur, quod, ubi pro munere Theologali provisum non est, Præbenda primo vacatura , ab ipso facto perpetuo constituta intelligatur; adeout integrum non esse Episcopo hujusmodi erectionem retardare , Præbendam vacantem ad alium convertendo usum , desumitur ex allegato M. S. Card. Alciati Sess.5. cap.1. recensentis , quod , proposito dubio , an in optione Episcopi sit, primam Præbendam vacatura assignare Pœnitenrio , ratione curæ animarum magis necessario potius , quam Theologo ; Sac. Congr. censuisse, - id non esse in arbitrio Episcopi , & primam assignandam esse Theologo propter verba Concilii, ipso facto, - & ideo , si aliquo loco magis visum fuerit expedire, ut prius de Pœnitentiario provideatur , habendam esse confirmationem a Sede Apostolica , atque ita observatum video in Civitatis Castellanæ 17. Novembris 1729. , dum expresse facultas Episcopo fuit concessa erigendi primum Pœnitentiariam , supposita illius necessitate , & impossibilitate erigendi Præbendam Theologalem .*

Immo, si urgeat necessitas utramque Præbendam erigendi, atque tam Canonicum Pœnitentiarium, quam Theologum de congrua sustentatione providendi , vacare autem contigerit Beneficia simplicia , quorum annuus reditus satis sit pro assignanda alteri dumtaxat ex dictis Præbendis summa sc.60. a san. mem. Benedicto XIII. statuta, debere illa pro medietate unicuique Præbendæ uniri , resolvit aliquando Sac. hæc Congr., & signanter in Causa *Camerinen. Præbendæ Theologalis, & Pœnitentiariæ*, ubi, exorta controversia inter Jacobum Xaverium Mancini Canonicum Theologum , & Joannem Franciscum Flaminj Canonicum Pœnitentiarium Cathedralis Ecclesiæ , num Præbenda Theologalis, sive potius Pœnitentiaria præferri deberet in unione simplicium quorumdam Beneficiorum, quorum annuus reditus satis erat ad constituendam enunciatam summam scutorum sexaginta alteri dumtaxat ex dictis Præbendis, discusso Dubio -- *An Præbendæ Theologali , seu Pœnitentiali competat prælatio in unione dictorum Beneficiorum in casu &c.*, die 3.Decembris 1735. responsum fuit -- *In casu, de quo agitur, unienda esse unicuique pro medietate, & amplius* , ut in *lib.*85. *Decr. pag.*451.

Omnibus itaque ponderatis una cum tribus Relationibus Episcopi controversam Beneficiorum unionem propugnantis, onus erit EE. VV. statuere.

I. *An Sustineatur unio Beneficiorum facta Canonicatui Pœnitentiario, seu potius dicta unio sit facienda Præbendæ Theologali in casu &c.*

II. *An Canonicus Gaspar Villani teneatur imposterum ad lectiones Canonico Theologali incumbentes in casu &c.*

Dilata ad primam post Cineres.

Sess.22. c.6. de ref.

ROSSANEN. SERVITII CHORI, ET DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM. Postulante Archiepiscopo Rossanensi in literis ad Sac. hanc Congr. datis sub diem 22. Junii labentis anni declarari, num omnes quinque Dignitates, unde viginti Canonici, & vigintiquatuor Presbyteri Parricipantes, quibus Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ constat, teneantur singulis Dominicis, aliisque diebus festis de præcepto Missæ Conventualis celebrationi, ceterisque Divinis Officiis interesse, juxta Synodales præsertim Constitutiones pridem ab Archiepiscopis antecessoribus editas, & secundum plura Sacri hujus Consessus rescripta, contra vero authumante memorato Capitulo, servandum esse veterem morem, juxta quem, diviso in quatuor hebdomadas Chori, Ecclesiæque servitio, una dumtaxat Dignitas, quinque Canonici, & sex Presbyteri Participantes consueverunt diebus Dominicis, & Festis de præcepto sive primæ, sive secundæ, ut ajunt, classis unaquaque hebdomada ad Chorum, aliaque Divina Officia obeunda convenire, vel saltem Dignitates, Canonicos, & Presbyteros Participantes non posse compelli, ut omnes singulis diebus Festis de præcepto Choro intersint, nisi prius quotidianæ distributiones, prævia Præbendarum suppressione, aut simplicium Beneficiorum unione, aut alia ratione in notabili summa augeantur, oportuit subscribi tria sequentia Dubia, ad quorum decesionem præter jura, quæ nomine tam Archiepiscopi, quam Capituli proponentur, plurimum videntur conferre Sac. hujus Congr. Resolutiones descriptæ in folio diei 30. Julii 1735. in Causa *Castri Maris Servitii Chori*, ubi responsum fuit, *Dignitatibus, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ indulgendum esse, ut inservire possint per mediarias ad formam rescripti in Cathacen. servitii Chori 5. Septembris* 1699. ita concepti: *Sac. Congr. stetit in decisis, sed, attenta tenuitate redituum, censuit, ex gratia indulgendum esse, prout benigne indulsit præfatis Capitularibus, ut toto anni tempore per mediarias, idest per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis Missæ, Matutino, & omnibus Horis interesse valeant, ita tamen ut diebus Dominicis, & Festis de præcepto, tempore Adventus, & Quadragesimæ, ac Octavarum Nativitatis Domini, Pascatis, Resurrectionis D. N. Jesu Christi, ac Sanctissimi Corporis Christi ultra medietatem Caputularium, qui non erunt de servitio, Missæ, & Vesperis inservire teneantur*: ut in *lib.*49. *Decr. pag.*312.

Libratis itaque juribus in utramque partem circumferendis, partes erunt Eminentiarum VV. rescribere.

I. *An omnibus diebus Dominicis, & Festis omnes Dignitates, Canonici, & alii de Capitulo Missæ Conventuali, aliisque Divinis Officiis*

inte-

interesse debeant, vel potius eis liceat etiam prædictis diebus per quartariam inservire, per assistentiam nempe unius Dignitatis, quinque Canonicorum, & sex Presbyterorum.

II. *An sit locus augmento distributionum, quomodo, & in qua summa,* & quatenus affirmative.

III. *An, donec idem augmentum non fuerit factum, teneantur omnes dictis diebus Dominicis, & Festis Choro, & Ecclesiæ interesse in casu &c.*

Dilata ad primam post Cineres.

PISCIEN. VOCIS IN CAPITULO. Cum Franciscus Cheli Prior Cathedralis Ecclesiæ Pisciensis deprehenderit in Bulla erectionis a fa. me. Leone X. edita tam suæ Dignitati Prioratus, quam alteri Thesauratus concessa fuisse non modo Stallum in Choro, verum etiam locum in Capitulo, necnon jus præcedendi, excepto Archidiacono, omnibus Dignitatibus, & Canonicis præfatæ Ecclesiæ, fruendique omnibus privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus ceteræ Dignitates, & Canonici potiuntur, itidemque agnoverit, tum quinque antiquiores Dignitates, tum, & illam Thesauratus consuevisse æque, ac Canonicos, interesse Capitulo, eodemque jure suffragii in singulis actibus capitulariter gestis frui, conquestus est apud hanc Sacram Congregationem sub finem anni 1735., se tantum a suffragio ferendo io Capitularibus actibus arceri, aliisque prærogativis, & honoribus, quibus Canonici, & reliquæ Dignitates ornantur, injuria esse destitutum, proindeque petiit decerni, sibi quoque licere congressibus Capitularibus interesse, ibique proprium suffragium de negotiis omnibus, præter ea, quæ administrationem, & respective participationem quotidianarum distributionum respiciunt, proferre, ceterisque pollere juribus quibus aliæ Dignitates potiuntur; Sacra vero Congregatio ad ineundam deliberationem de eo, quod esset Oratoris petitioni rescribendum, juxta laudabilem ejus morem requisivit Episcopi relationem, qua pridem transmissa, hodie tandem duo infrascripta Dubia discutienda proponuntur. *Sess. 25. c. 12. de Ref.*

Circa ea, quæ ad primum attinent Dubium, a quo alterius decisio potissimum pendere videtur, memoratus Prior ultro admittit, ex solis Canonicis juxta veterem juris communis sanctionem consuevisse constitui Capitulum, itaut ipsis tantum veluti ejusdem Capituli membris olim jus esset, suffragium ferendi in iis, quæ ad rectum Ecclesiæ regimen pertinent, uti per *Text. in cap. Novit. de his, quæ fiunt a Prælat.* docent *Glos. in cap. cum M. de Constit. verb. Receperunt, & in cap. penult. verb. Assisios de Cleric. non resid., Butr. in cit. cap. penult. n. 8., Abb. n. 9., & alii plures*, propterea que ad tramites hujus dispositionis Dignitates inter membra Capituli nequaquam recenseri, neque ad sententiam suam in actibus Capitularibus proferendam admitti, sed Stallum dumtaxat in Choro una cum jure præcedendi super Canonicis obtinere, juxta celebrem Doctrinam *Compostell. in cap. 1. n. 4. de Elect.*, quam communiter sequuntur *Abb. in Cap. Dilectus n. 7. de Præben., Fagnan. in cap. Nullus n. 43. de Elect., Garz. de Benef. par. 11. cap. 5. n. 201. & seq.*,

seq., *& Eminentissimus Petra in suis doctissimis Commentariis tom.* 1. *ad Constit.* 1. *D. Leonis Magni sect.* 2. *n.* 9.

At secus hodie in tota præsertim Italia ex generali consuetudine servari asserit; cum enim jus ferendi suffragium in Capitularibus actibus ex Canonico jure promanet, ad notata per *Abb. in cap. Scriptum, de elect. rubr. fin. verb. Capitulum n.* 40. *Vitalin. in Clement. fin.* 46. *de Præben. Garz. de Benef. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 301. *Ricc. in prax. Cur. Archiepisc. Neapolit. cap.* 69. *n.* 20.; omnes vero Dignitates in hisce Regionibus Præbendam obtineant, quæ, licet reipsa Canonicalis non esset, adhuc pro tali haberetur, quemadmodum cum aliis advertit *Card. de Luca de Benef. disc.* 46. *n.* 5. *& sequ.*, inde sequi contendit, ut eædem Dignitates sive in Cathedralibus, sive in Collegiatis Ecclesiis erectæ, exceptis iis, quæ Prælaudati vicibus funguntur, veluti membra Capituli suffragium suum possint in Capitularibus actibus proferre, juxta *Gloss. in supracitat. Cap. cum M. verb. Receperunt*, *Felin. ibid. n.* 18., & comprobant adducta per *Card. de Luc. de Benef. d. disc.* 45., *& Eminentissimum Petra ad d. Constit.* 1. *D. Leonis Magni sect.* 2. *sub n.* 9. *versic. dictus tamen.*

Præterea memoratus Prior, seposita etiam dicta universali consuetudine, putat, vocem in Capitulo una cum certis prærogativis, & honoribus sibi debitam vigore præfatæ Bullæ Leonis X., a qua nedum Prioratui constituta fuit Canonicalis Præbenda, ex reditibus Parochialis Ecclesiæ SS. Stephani, & Nicolai eidem Dignitati in hunc finem unitæ, verum etiam sancitum reperitur, quod Possessores tam Dignitatis Prioratus, quam alterius Thesauratus „ omnibus, „ & singulis privilegiis, favoribus, concessionibus, gratiis, & in- „ dultis, quibus aliæ Dignitates utebantur, uti, potiri, & gaudere „ libere, & licite possent, & deberent; „ unde, cum præfata Dignitas Thesauratus concessionis vocem in Capitulo obtineat, nulla vigeat ratio, cur eadem prærogativa potiri non debeat Prioratus.

Neque sibi nocere arbitratur contrariam observantiam, veluti quæ nec in linea, ut ajunt, præscriptionis quidquam operari valeat adversus Bullam consuetis clausula *sublata, & decreto irritante* communitam, neque speciem interpretationis ejusdem Bullæ queat induere, dum ejus litera satis clare, & explicite jus ferendi suffragium in actibus Capitularibus Priori tribuit; additque præterea, tanto minoris momenti evadere observantiam præmissam, quippe quæ erronee invecta fuerit sub falso supposito, quod Priores nequirent vocem in Capitularibus negotiis obtinere, cum nihil in massam distributionum quotidianarum contribuissent, adeoque magnificata contraria consuetudo, tamquam ex errore derivata, nullius sit roboris, argumento *Text. in l.* 1. *Cod. de fals. caus. adiect. legat.*

Adversus hæc Capitulum tria opponit, unum scilicet in jure, quod Dignitates nec activam, nec passivam vocem in Capitularibus negotiis obtineant; duo autem in facto, alterum, quod Dignitati Prioratus non fuerit hactenus constituta Præbenda Canonicalis, & alterum, quod Possessores ejusdem Dignitatis nunquam suffragium suum in Capitularibus actibus protulerint; Episcopus autem jussus de controversiæ momentis S. C. instruere, suamque aperire sententiam, ab ista proferenda abstinens, literas suas ita concludit „ Dicam tantum, veram esse citatam Bullam, sed propter contrarium

„ riam consuetudinem nequaquam in praxi fuisse reductam ; om-
„ nesque Dignitates , quæ sunt septem , ferre suffragium in Capi-
„ tulo , excepto Priore , omnesque pariter Canonicos , qui sunt
„ duodecim , ferre quidem suffragium , excepto uno , qui habet so-
„ lam Præbendam , & de distributionibus non participat .

His itaque ponderatis , necnon inspectis iis, quæ alias ad rem adnotata fuerunt in una *Marsicana Vocis in Capitulo proposita die* 30. *Aprilis* , *&* 11. *Jun.* 1729. , *in Fanen. die* 16. *Junii* 1731. , *& in Firmana Vocis in Capitulo* 11. *Septembris* 1734., dignabuntur Eminentissimi Patres decidere .

I. *An , & in quibus Actibus Capitularibus Dignitas Prioratus Cathedralis Ecclesiæ Pisciensis habeat vocem activam , & passivam in casu &c.*

II. *An præfata Dignitas Prioratus gaudeat eisdem juribus, & prærogativis , quibus fruuntur ceteri Canonici, & Dignitates d. Cathedralis Ecclesiæ in casu &c.*

Dilata ad primam post Cineres .

NERITONEN. REDDITIONIS RATIONIS . Horatius Fortunatus pridem Episcopus Neritonensis, cum in lecto infirmus decumberet , sub initium mensis Februarii anni 1707. coram Fr. Benedicto Maria Mauro Ordinis Prædicatorum Lectore Seminarii , suoque Confessario, Marco Antonio de Tortis Œconomo , Horatio Giocoli Vicario Generali , aliisque Personis dixit, declaravitque „ „ Che voleva fare , come fece di tutte le sue robbe , mobili , semoventi , come Grani , Orzi , Avena , Bovi , Pecore , Capre , „ Cavalli , Carrozza , Carrette , ed altro simile un legato a Beneficio della Cappella del Glorioso S. Michele Arcangelo sita dentro la Matrice , e Cattedrale Chiesa di questa Città di Nardò , e „ dell' Argenteria sua se ne dovessero fare tante frasche , e fiori d' „ argento per detta Cappella , quanto sarà la valuta di detta argenteria ; con patto poi , che il Reverendissimo Capitolo ne fosse l' „ Essecutore , e l' Amministratore , e che fosse tenuto far celebrare „ solennemente la festività di detto Glorioso S. Michele alli 29. „ Settembre , tenesse bene ornata la detta Cappella di Suppelletti- „ li decenti , e necessarie , vi dovesse tenere di giorno , e notte ac- „ cesa la Lampada avanti la detta Cappella , e che in ogni anno do- „ vesse detto Capitolo celebrare per l' Anima di detto Prelato un' „ Anniversario capitolare „ ut in mox transcripta verba deposuit præfatus Fr. Benedictus Maria , & confirmare videtur Augustinus Vernaleone in suo Examini ibi „ disse detto Illustrissimo Monsi- „ gnore in presenza anche del Reverendo Padre Frà Benedetto „ Maria Mauro Lettore Domenicano , e Confessore ordinario del „ medesimo Vescovo , che di tutti li suoi beni &c. ne faceva un le- „ gato a beneficio della Venerabile Cappella sotto il titolo del „ Glorioso S. Michele Arcangelo eretta da lui dentro la Cattedrale „ di questa Città , e ne lasciava essecutore , ed amministratore , e „ Possessore il Reverendiss. Capitolo della medesima Città , ed an- „ che Tenutario del medesimo legato ; con il peso, che dovesse te- „ ner decentemente ornata la detta Cappella di tutte le supellettili de-

Sess.22. cap. 9. de ref.

„ decenti, e necessarie, e che in ogn' anno nel giorno della Festività di detto Santo a 29. Settembre dovesse il Capitolo sudetto fare „ la detta Festività solennemente, e tenere avanti l' Immagine di „ detto Santo continuamente il giorno, e notte accesa la Lampada, „ e sii anche tenuto, ed obbligato in ogn' anno fare un' Anniversario Capitolare per l' Anima di detto Prelato, e li suoi argenti „ ordinò, che restino per detta Cappella, cioè, che si faccino per „ uso della medesima tante frasche, e fiori d' argento.

Defuncto memorato Episcopo, Capitulum Cathedralis ad normam præmissæ dispositionis cæpit tam Bona ab eodem Episcopo, quam Ducatos 200. ab Horatio Gioccoli Vicario Generali dicti Episcopi enunciato Sacello S. Michaelis Arcangeli relictos administrare, eorumque annuos reditus in beneficium ejusdem Cappellæ, atque in alios præscriptos pios usus erogare; sat, contendente postmodum Episcopo Successore, relatam dispositionem sui Antecessoris minime sustineri, proindeque hæreditaria ejus Bona consueto spolio reperiri obnoxia, non levis exorta fuit inter ipsum Episcopum, & Capitulum Cathedralis controversia, ad quam præcidendam communi Collitigantium consensu in Arbitrum, seu Compromissarium Judicem delectus extitit Episcopus Caputaquensis, qui sub diem 22. Octobris 1723. suum edidit laudum hisce verbis conceptum „ Per „ hanc nostram Sententiam &c. laudamus, decernimus, & declaramus, supradictum legatum, seu potius nuncupativum Testamentum &c. sustineri, ac fuisse, & esse validum, & proinde supradictum R. Capitulum non esse molestandum; verum jurgia, lites. & „ quæstiones imposterum non insurgant &c. declaramus, ut singulis „ annis a R. Capitulo eligatur unus ex Canonicis in Procuratorem „ Cappellæ, qui Bona ejusdem valeat administrare &c., & in fine cujuslibet anni rationem suæ administrationis reddere teneatur, „ tam d. R. Capitulo, quam Illmo, & Rmo Episcopo pro tempore „ cum annua præstatione duc. 10.. Et idem Procurator ex fructibus, „ & reditibus supradicti legati facti ab Episcopo Horatio Fortunato „ pro Anniversario, & assistentia dicti Capituli in Vesperis, & Missa Cantata solvat eidem Capitulo duc. 20.; pro Festivitate vero, & „ Oleo pro Lampade non insumantur plusquam duc. 30. ita ut, si „ sumptus excederent supradictam summam, cedant in damnum „ Procuratoris. Reliqui vero fructus, qui percipiuntur tam ex Capitalibus supradicti legati quondam Episcopi Horatii Fortunati, „ quam ex Capitalibus duc. 200. relictorum a quondam Horatio „ Giocoli in augumentũ Dotis dictæ Cappellæ, impendantur in reparationem ejusdem & in emptionem Sacrarum suppellectilium, „ & ornamentorum ejusdem Cappellæ. Quod, si non indigeat, impendantur in reparationem Ecclesiæ Cathedralis cum consensu, & „ licentia Episcopi, & Capituli, prout magis in Domino expedire videbitur, deductis tamen prius omnibus expensis necessariis, sive „ pro reparatione d. Cappellæ, sive pro Causa litium erogandis. Quo „ vero ad libros relictos ab eodem quondam Episcopo Fortunato, „ & hucusque non venditos, ne a pulvere obsolescant, & insumantur „ declaramus, & decernimus, ut apponantur in Bibliotheca publica „ nuper erecta ab Illustriss., & Rmo Episcopo Sanfelice intus Palatium Episcopale, ut publicæ utilitatis inserviant. Denique quo ad fru-

„ fructus usque adhuc ab eodem R. Capitulo perceptos a prædicto
„ legato, atque expensas erogatas &c. laudamus justis ex causis &c.
„ præfatum R. Capitulum non esse molestandum, sed fore, & esse
„ liberandum, & absolvendum, prout absolvimus &c.

Verum, cum neuter ex dictis Collitigantibus laudo huic voluerit acquiescere, fuit super hac controversia deputata ex Pontificio Rescripto fa. me. Benedicti XIII. Particularis Congregatio, quæ, ponderatis juribus ambarum Partium, sub diem 5. Maii 1726. rescripsit, -- *Capitalia relicta a bo. me. Horatio Fortunato, & a q. Horatio Gioccoli esse administranda a Capitulo cum Episcopi superintendentia, & in casu negligentiæ Capituli a solo Episcopo investienda: & in utroque casu a solo Capitulo administranda, & tam horum, quam ceterorum quorumcumque Bonorum adictis piis Benefactoribus provenientium fructus, & reditus esse a prædicto Capitulo in hunc qui sequitur modum erogandos; Primo, quod Canonico in Procuratorem, sive administratorem Bonorum per Capitulum eligendum, solvantur inposterum ducati annui Neapolitani sex quolibet anno; Secundo, quod pro Anniversario celebrando pro Anima prædicti Episcopi Fortunati solvantur imposterum dicto Capitulo ducati decem dictæ monetæ quolibet anno; tertio, quod pro manutentione Lampadis in Cappella Sancti Michaelis Arcangeli, & pro festivitate in honorem dicti S. Michaelis celebranda, impendantur tantum quolibet anno ducati viginti prædictæ monetæ; quarto, quod reliqui fructus percipiendi tam a Capitalibus relictis a prædicto Episcopo Fortunato, quam ex aliis relictis a quondam Horatio Giocoli erogentur pro reparatione, & manutentione Ven. Cappellæ S. Michaelis Arcangeli existen. in Cathedrali Ecclesia Neritonen., & pro manutentione, & respective emptione Sacrarum suppellectilium pro eadem Cappella, quatenus prædictorum adsit indigentia ab Episcopo Neritonen. pro tempore declaranda; quinto, quod in hypothesi, in qua memorata non adsit indigentia ab Episcopo, uti supra, declaranda, reliqui dictorum omnium Bonorum fructus ab Episcopo pro tempore impendantur pro Fabrica, & indigentiis Ecclesiæ Cathedralis; sexto quod in futurum anno quolibet a Procuratore, seu Administratore ratio reddatur Episcopo pro tempore tum impensarum, tum reliquatus; septimo, quod idem Episcopus in casu negligentiæ, aut dolosæ administrationis nedum possit Capitulo terminum præfigere, intra quem debeat novum Procuratorem ac Administratorem constituere, sed etiam per se ipsum Procuratorem, seu Administratorem sibi benevisum constituere valeat, & teneatur in casu, quo Capitulum administrationi renunciaret, qui Procurator ad dictam redditionem rationis teneatur, ut supra; & ultimo demum, quod eidem Episcopo ratio reddatur præteritæ administrationis tam Bonorum relictorum ab Horatio Fortunato Episcopo Neritonen. bo. me., quam relictorum ab Horatio Giocoli, & quod in pertinentibus ad hanc præteritam Administrationem Episcopus se conformet menti Sacræ Congregationis ipsi per me infrascriptum Secretarium manifestandæ.*

Consentanee ad hanc Resolutionem Promotor Fiscalis Episcopalis Curiæ Neritonensis deprehendens, annuos reditus ex enunciatis Bonis provenientes, & in beneficium sæpedictæ Cappellæ impendendos per Capitulum cum Capitulari Massa misceri, atque ita confundi, ut inde gravissimum eidem Cappellæ obveniat detrimentum, in-

ſtetit apud modernum Epiſcopum, ut Capitulum prædictum ad reddendam rationem de dictis reditibus uſque ab anno 1725. perceptis obſtringeret; contra vero Capitulum expedivit Monitorium coram A. C. ſuper aſſerta ſua exemptione a petita redditionis ratione, at, prævia ejuſdem Monitorii moderatione, cum Cauſæ iſtius cognitio fuerit demum Sacræ huic Congregationi delegata, reſolvendum hodie eſt Dubium, quod in calce præſentis Reſtrictus deſcribetur.


Promotor Fiſcalis ultro admittit, adminiſtrationem dictorum Bonorum, eorumque reſpective fructuum ad Capitulum pertinere poſſe, at æque conſtanter propugnat, Capitulum tamquam ſimplicem adminiſtratorem dictorum Bonorum teneri de geſta adminiſtratione rationem Epiſcopo reddere, tum juxta expreſſam ſanctionem Sacri Concilii Tridentini *Seſſ.*22. *cap.*9. *de Ref.*, tum etiam ſecundum præmiſſam Reſolutionem Sacræ Congregationis particularis ibi -- *Capitalia relicta a bo. me. Horatio Fortunato, & quondam Horatio Giocoli eſſe adminiſtranda a Capitulo cum Epiſcopi ſuperintendentia*; & infra -- *Sexto, quod in futurum anno quolibet a Procuratore ſeu Adminiſtratore ratio reddatur Epiſcopo pro tempore tum impenſarum, tum reliquatus*.

Ad rem hanc pertinere videntur ea, quæ adnotata fuerunt in Folio diei 2. Junii 1736. in Cauſa *Juvenacen. Adminiſtrationis*. Iis igitur inſpectis una cum juribus facile in utramque partem proponendis, pertinet ad EE. VV. edicere.

An Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Neritonen. libere adminiſtrare valeat reditus Cappellæ S. Michaelis Archangeli, vel de illis teneatur Epiſcopo reddere rationem; ſive potius, an, & in quibus ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis de menſe Maii 1726. *in caſu &c.*

Dilata ad primam poſt Cineres.

Die Sabbathi 1. Martii 1738.



ALternis Collitigantium precibus annuentes EE. VV. in poſtrema Congregatione diei 8. Februarii mox elapſi deciſionem quatuor Cauſarum, quæ priori loco indicabuntur, hodierno reſervarunt conſeſſui; Nunc itaque, reſumpto Folio ſub illam diem diſtributo rogantur edicere.

Seſs.5.c.1. & Seſſ.24.c.8. de Ref.

NUCERINA PAGANORUM PRÆBENDÆ THEOLOGALIS.

I. *An ſuſtineatur unio Beneficiorum facta Canonicatui Pœnitentiario ſeu potius dicta unio ſit facienda Præbendæ Theologali in caſu &c.*

II. *An Canonicus Gaſpar Villani teneatur impoſterum ad lectiones Canonico Theologali incumbentes in caſu &c.*

Ad I. in caſu, de quo agitur, ſuſtineri. Ad II. negative, & amplius.

ROSSA-

ROSSANEN. SERVITII CHORI, ET DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM. Sess.24. c.12. de Ref.

I. *An omnibus diebus Dominicis, & Festis omnes Dignitates Canonici, & alii de Capitulo Missæ Conventuali, aliisque Divinis Officiis interesse debeant, vel potius eis liceat etiam prædictis diebus per quartariam inservire, per assistentiam nempe unius Dignitatis, quinque Canonicorum, & sex Presbyterorum.*

II. *An sit locus augmento distributionum, quomodo, & in qua summa;* & quatenus affirmative.

III. *An, donec idem augmentum non fuerit factum, teneantur omnes dd. diebus Dominicis, & festis Choro, & Ecclesiæ interesse in casu &c.*

Ad I. affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad II. Habebitur ratio in casu recursus cum opportunis documentis. Ad III. Affirmative.

PISCIEN. VOCIS IN CAPITULO. Sess.25. c.6. de ref.

I. *An, & in quibus Actibus Capitularibus Dignitas Prioratus Cathedralis Ecclesiæ Pisciensis habeat vocem activam, & passivam in casu &c.*

II. *An præfata Dignitas Prioratus gaudeat eisdem juribus, & prærogativis, quibus fruuntur ceteri Canonici, & Dignitates d. Cathedralis Ecclesiæ in casu &c.*

Ad I. negative. Ad II. Gaudere juxta solitum.

NERITONEN. REDDITIONIS RATIONIS. Sess.22. c.9. de Ref.

An Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Neritonen. libere administrare valeat reditus Cappellæ *S. Michaelis Arcangeli, vel de illis teneatur Episcopo reddere rationem; sive potius, an, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis de mense Maii 1726. in casu &c.*

Bona administranda esse a Capitulo cum superintendentia Episcopi, necnon Capitulum teneri reddere rationem Episcopo juxta Resolutionem editam anno 1726., & standum in decisis in omnibus.

FULGINATEN. JURISDICTIONIS. Examen hujus Causæ quod obdilationem nomine Eminentissimi Abbatis petitam in Congr. diei 25. Jan. proxime præteriti non fuit assumptum; dignabuntur Eminentiæ VV. in hodierna cui destinatum est, sub iisdem Dubiis aggredi. Sess.6. c.3. Sess. 24. c. 4. Sess. 24. c.18. & 20. de ref.

I. *An laudum, de quo agitur, sit exequendum;* & quatenus negative.

II. *An jus indicendi concursum, & præeligendi digniorem in vacationibus Ecclesiarum Parochialium Diœcesis Fulginatensis, de quibus agitur, spectet privative ad Episcopum.*

III. *An jus conferendi dictas Ecclesias Parochiales simpliciter spectet ad Emum Abbatem in casu &c.*

IV. *An jus cognoscendi causas criminales, civiles, & mixtas competat privative Episcopo; seu potius Eminentissimo Abbati in casu &c.*

Ad I. negative. Ad II. affirmative. Ad III. collationem spectare ad Eminentissimum Abbatem, salva institutione authorizabili Episcopi

ſcopi. Ad IV. ſpectare cumulative cum Epiſcopo ad Eminentiſſimum Abbatem, præterquam quod Cauſas Criminales, & Matrimoniales, aliaſque concernentes curam animarum.

Seſſ. 21. c. 7. & ſeſſ. 23. c. 1. de ref.

TUSCULANA REPARATIONIS ECCLESIÆ. Cauſa hæc ad petitionem Capituli, & Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ deſcripta primum fuit in Folio diei 14. Decembris anni nuper elapſi, ejus vero diſcuſſionem ad preces Communitatis Civitatis Tuſculi, reſervarunt Emi Patres in ſequenti Congregationi habitæ die 11. Januarii currentis anni, in qua, negligente adhuc præfata Communitate jura ſua deducere, ad hæc V. Dubia. *I. An reparatio Eccleſiæ S. Mariæ de Vivario ſive S. Rocchi Civitatis Tuſculi ad formam Decreti Sac. Viſitationis factæ ab Eminentiſſimo Epiſcopo ſpectet ad Communitatem, ſive potius ad Capitulum Cathedralis ejuſdem Civitatis,* & quatenus negative quoad utramque partem. *II. An pro dicta reparatione ſit locus impoſitioni taxæ ſolvendæ a Parochianis, & Populo d. Civitatis in caſu &c. III. An reparatio, & expurgatio reſpective quatuor ſepulturarum exiſtentium in d. Ven. Eccleſia, ac inſervien. pro Laicis adultis fieri debeat ſumptibus dictæ Communitatis, ſive potius dicti Capituli in caſu &c. IV. An reparatio, & expurgatio aliarum duarum ſepulturarum pariter in dicta Eccleſia exiſten., ac inſervien. pro Pueris, & Sacerdotibus fieri debeat ſumptibus Capituli vel Archipreſbyteri, ſive potius Communitatis in caſu &c. V. An refectio, & manutentio ſacrarum ſupellectilium, & utenſilium in Sacriſtia dictæ V. Eccleſiæ ſpectet ad Capitulum, & Archipresbyterum, ſive potius ad* Communitatem *in caſu &c.* reſponſum dedere -- *Ad I. affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam -- Ad II. proviſum in primo -- Ad III. IV. & V. affirmative quoad primam partem, & negative quoad ſecundam.*

Cum autem memorata Communitas obtinuerit, ſibi fieri poteſtatem impugnandi præfata Reſcripta in ea parte, qua ſibi adverſantur, Capitulum, & Canonici, a quibus urgetur abſoluta Cauſæ definitio, inſtant utique pro perſiſtentia in deciſis quoad primum, ſecundum, & tertium Dubium ex juribus in diſſertiſſima Eminentiſſimi Epiſcopi Relatione antea comprobatis; quod autem attinet ad IV., & V., ubi Communitas declarata fuit immunis ab onere reparandi, & expurgandi duo illa Sepulchra, in quibus Pueri, & Sacerdotes tumulantur, necnon ſacras ſupellectiles reficiendi pro uſu præfatæ Eccleſiæ S. Mariæ de Vivario, iidem Canonici contendunt, fore a deciſis recedendum. Præmiſſo enim, quod ſæpedicta Communitas teneatur prælaudatam Eccleſiam reparare, quodque ad ipſam Communitatem pertineat expurgatio quatuor ſepulchrorum, quæ pro tumulandis laicis adultis fuerunt condita, juxta Reſolutionem primi, & tertii Dubii, facile concludi poſſe arbitrantur, dictam Communitatem ob eamdem rationem obſtringi dicta duo ſepulchra reparare, & expurgare, itidemque ad refectionem controverſarum ſupellectilium teneri ex Canonici juris cenſura, qua communiter receptum eſſe videtur, Parochianos omnes, eorumque Communitatem præſertim obligatam ad Parochialis Eccleſiæ reparationem compelli, ſepulchra in eadem Parochiali extruere, eaque confecta conſervare, & expurgare, uti tradunt, aliis relatis, *Sperell. deciſ. 68. num.*

num.8, tom.1., & *Panimoll. dec.6. annot.8. n.31. tom.1.*, ac insuper Parochialem Ecclesiam de sacra suppellectili congruenter providere, ad *Textum in cap. fin. de Testam.*, & docent *Genuens. in prax Cur. Archiepisc. Napolitan. cap.109. sub n.13.*, *Beliet. disquisit. Cleric. tit. de Cleric. debit.* §.4. *n.4.*, *Sperell.*, *d.dec.68.n.9.*, & *Panimoll. cit. dec.6. annot.8. n.32. tom.1.*

Nomine Communitatis nihil hactenus deductum est. Resumptis itaque juribus in anteacta Causæ propositione pro Capitulo distributis, in inspectisque aliis recens ab eodem allatis, dignabuntur EE. VV. deliberare.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Quoad I. II. & III. in decisis. Ad IV. in decisis quoad Sepulturam Sacerdotum, quo vero ad Sepulturam Puerorum spectare ad Communitatem. Ad V. prævio recessu a Decisis spectare ad Communitatem.

BRIXINEN. DISPENSATIONIS. Franciscus, & Joannes Georgeus fratres de Leither, fundato simplici Beneficio in Parochiali Ecclesia S. Andreæ Loci Clausensis, jus ad illud præsentandi, seu nominandi tribuerunt Seniori tam ex linea sua masculina, quam ex altera Matthiæ Abrahami, & Andreæ de Leither descendenti sub lege hisce verbis explicata „ semper Senior tantum, & proximus „ Consanguineus, sive sit nuptus, sive minorennis, sive non, vel per „ se, vel ejus Procuratorem Superioritati Ecclesiasticæ videlicet „ Reverendissimo Consistorio, seu Vicario Generali alium Dominum Beneficiatum (si citius id fieri nequeat) intra proximos „ quatuordecim dies a Tempore scientiæ mutationis hujusmodi „ Beneficiati computandos nominari, & præsentare possit, & valeat, „ qui postmodum (nisi relevantes Causæ obstent) sine contradi- „ ctione admittatur, & a Celsissimo Domino Ordinario in dicto Be- „ neficio instituatur, & eidem, quatenus fundationi huic plene sa- „ tisfaciat, serio injugatur: Secus ad proximum Consanguineum ex „ linea masculina Leitheriana intra quatuordecim dies sequentes „ Juspatronatus, & præsentandi pertineat; quando vero nominatus, & „ præsentatus ad hoc Beneficium debitis qualitatibus non instru- „ ctus, nec approbatus esset, tunc iisdem alium similem Sacerdotem „ intra idem tempus præsentent, ita tamen, ut semper unus ex Lei- „ theriana masculina, & fœminina linea (si quis habilis adsit) præ „ aliis præsentetur, & admittatur, sed proxime sanguine junctus, „ descendens tamen ex linea masculina, licet remotior esset, quam „ Descendens ex linea fœminina præferatur. *Sess.24.cap.6. de Ref.*

Præmissa fundationis lex hactenus servata est; Verum, sequuta sub diem 5. Augusti 1736. Beneficii hujus vacatione per obitum Nicolai Pless ultimi Rectoris, Joannes Venerandus de Leither animadvertens, Ignatium Antonium, uti Seniorem Familiæ Leither, primum die nempe 7. dicti mensis Augusti ad idem Beneficium præsentasse Joannem Matthæum Dorffner, deinde vero ob renunciationem eidem præsentationi factam a Joanne Matthæo, die scilicet 11. ejusdem Mensis nominasse Christianum Ritsch prorsus extraneum, cedulam præsentationis in personam Clerici Francisci Antonii Leither nonum circiter annum agentis, & unici, ex dicta Familia Lei-

ther descendentis sub diem 25. dicti mensis Augusti Episcopali Curiæ exhibuit in hæc verba conceptam ,, Juxta tenorem literarum
,, fundationis Beneficii Leitheriani Elusinæ tenetur Patronus intra
,, 14. dies novum Cappellanum præsentare,& siquidem Germanus
,, meus Ignatius Antonius Leither Vvaydprugg, qua Senior intra
,, prædictum terminum præsentaverit , attamen quia memoratum
,, Instrumentũ fundationis requirit,ut unus e propinquis, & quidem
,, proximior de consanguinitate Leitheriana præsentari debeat ,
,, quam fundationis legem illum minime observasse ajunt.E contra
,, lapso hoc termino , vel quod in idem recidit præsentatione ad
,, Mensem Fundatoris minime facta jus præsentandi ad proximum
,, Leitheriani stemmatis agnatum devolvitur , qui similiter intra
,, proximos 14.dies præsentationem ejusmodi exhibere tenetur;id-
,, circo,& quia Ego de linea masculina Leitheriana proximus sum ,
,, hocque jus per præsentationẽ inutilem fratris mei ad me devolu-
,, tum est,vigore præsentium, aut alia meliori via , qua de jure Ca-
,, nonum fieri potest , aut debet filium meum Franciscum Anto-
,, nium Leither de Vvaydbrugg ad memoratum Beneficium sim-
,, plex demisse præsento,eumque,vel ideo admitti obsecro quia vo-
,, luntas Fundatoris est ut proximus ex Leitheriano Sanguine inve-
,, stiatur Filius meus , quique juxta fidem Baptismalem die 3. Se-
,, ptembris mensis sequentis ad primam Tonsuram requisitam æta-
,, tem implet ne dimississime commendo .

At,cum nulla ex recensitis præsentationibus legitime peracta visa fuerit Ordinario Brixinensi, novus ab eo quatuordecim dierum terminus a die intimationis computandorum præfinitus fuit Patronis, ut ipsi inter se convenientes aliquem a Fundatoribus vocatum præsentare possent;Eo itaque decurrente , memoratus Ignatius Antonius Senior Familiæ Leither die 22.mensis Septembris ejusdem anni 1736. præsentavit Dionysium Stikcler ; e converso autem præfatus Joannes Venerandus, qui sub diem 8. ejusdem mensis Septembris obtinuerat a mox dicto Ignatio Antonio sibi cedi pro hac vice jus præsentandi , alteram præsentationem in personam enunciati Filii sui Francisci Antonii hisce verbis exaravit ,, Et siquidem ad
,, tenorem ultimi Decreti Consistorialis, in quo mihi injunctum
,, fuit circa subjectum quoddam ad Beneficium Leitherianum Elu-
,, sinæ præsentandum cum fratre meo Viennæ commorante con-
,, venirem , sine mora ad eum literas dederim , a quo etiam inter-
,, medio tempore cessi jurispatronatus pro hac vice tantum Instru-
,, mentum obtinui,nihilominus tamen , & isthac cessione minime
,, attenta inaudio , quod idem meus Frater Germanus admodum
,, Rev. D.Presbyterum Stikcler Juris utriusque Doctorem ad id die
,, 22.Septembris præsentavit;quoniam vero cessis hisce juribus po-
,, sterior hæc præsentatio effectum nullum assequi potuit,& sit Fra-
,, ter meus iterum , atque iterum nulliter præsentavit , ex quo uti
,, jam antea denuo jure suo privatus , & id tam ob cessionem fa-
,, ctam , quam ex intentione literarum fundationis ad me devolu-
,, tum fuit;hanc meam in personam filii mei Francisci Antonii,qui
,, prima Tonsura initiatus fuit jam emissam præsentationem reas-
,, sumo omni meliori modo &c. Attamen , & casu,quo filio meo
,, impedimentum aliquod canonicum obstaret , quod per dispensa-
tionem

„ tionem Pontificiam, pro qua obtinenda jam humiliter supplicari
„ feci, tolli, removeri minime posset, tunc illo eventu, sed aliter
„ non vigore horum ad præfatum Beneficium præsento, & exhibeo
„ plurimum Rev. Prænobilem Dominum Joannem Christophorum de Freysingh, & Aichac Beneficiatum loci Brugg dicti humillime supplicans, ut Celsissimus Ordinarius, vel Reverendissimũ
„ Consistorium primo loco filium meum, successive autem dictum
„ Dominum de Freysingh remoto quovis alio tam Patrono, quam
„ præsentato manutenere dignetur una me dimisse commendans.

Post hęc nomine Francisci Antonii sic a Patre præsentati porrecta fuit in Apostolica Dataria supplicatio pro impetranda dispensatione super ætatis suæ defectu; Cumque huic petitioni contradictorem sese præbuerit Dionysius Antonius Stikcler, sub obtentu, quod ipse tantum fuerit ab Ignatio Antonio Seniore Familiæ Leither, unico Patrono valide, riteque præsentatus, proindeque contenderet, memoratam præsentationem Francisci Antonii non esse admittendam tum veluti factam a Joanne Venerando, ad quem uti natu minorem nondum juspatronatus delatum est; tum veluti expletam favore Clerici, qui in nono dumtaxat ætatis anno constitutus, incapax sit juxta Tridentini Sanctionem cujuscumque etiam simplicis Beneficii, multoque magis controversi, quod Sacerdotibus tantum, ut ipse putat, ex lege fundationis est conferendum; Eminentissimus Pro-Datarius enunciatam supplicationem ad Sacrum hunc Cætum remisit, cui propterea discutiendum hodie proponitur Dubium inferius descriptum.

Ad Causæ hujus resolutionem, quod spectat ad regulas juris, conferre possunt notata *in Cathacen. Dispensationis* descripta in Folio diei 11. Januarii proxime præteriti, & resoluta die 25. ejusdem mensis; Peculiares vero facti circumstantiæ desumendæ potissimum sunt ex Episcopi relatione aliisque documentis, si quæ, præter hactenus exhibita a Defensoribus sæpedicti Francisci Antonii circumferentur; Omnibus igitur inspectis dignabuntur EE. VV. rescribere.

An sit consulendum Sanctissimo pro gratia dispensationis ætatis in casu &c.

Non proposita cum sequentibus.

BISACCIEN. Contendente Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Bisacciensis, quæ sub annum 1513. fuit a sa. me. Leone X. alteri Cathedrali S. Angeli Lombardorum unita, non posse Episcopum penes mox dictam Ecclesiam S. Angeli residentem quamdam annuam strenam in summa Ducatorum decem, neque Cathedraticum, & procurationem ab ipso Capitulo Bisacciensi exigere, adeo ut, quidquid ille hactenus jure præsertim procurationis recepit occasione Pastoralis visitationis anno 1736. peractæ, restituere teneatur, necnon irritas, penitusque injustas declarandas esse Censuras ab eodem Episcopo in Capitulum controversam procurationem persolvere detrectans novissime inflictas, prætereaque authumante, se non teneri, Episcopo absenti tradere Cereum in festivitate Purificationis B. M. Virginis, neque Decimas pro media, sed in quarta dumtaxat parte præstare, multoque minus expensas vulgo nun cupatas

Sess. 14. c. 6. Sess. 23. c. 1. Sess. 24. c. 3. 4. & 15. de ref.

tas *il Pedatico* Curſori Curiæ Epiſcopali S. Angeli accedenti ad Civitatem, & Loca Diœceſis Biſaccienſis a ſe fore perſolvendas, & demum veluti immodice rigidum impugnante Edictum, quo Epiſcopus in noviſſima viſitatione ſuperiori anno habita præcepit „ „ Che tutte le Perſone Eccleſiaſtiche, Chierici, Sacerdoti, Arci„ preti, Canonici, e Dignità della Città di S. Angelo, e Biſaccia, „ e loro Dioceſi, ed anco ſtranieri &c. tutti veſtire debbano con „ Veſti Talari foderate di color oneſto &c. irremiſibilmente per „ tutto il giorno, così la mattina, come il dopo pranzo, e in tut„ te le azioni, e funzioni, e così quando vanno in Chieſa a cele„ brare li Divini Offici, che fuori d' eſſa, come anche quando com„ parir debbano alla preſenza del Superiore; Ed avendo noi ri„ guardo all' orridezza de luoghi delle accennate mie Città, e „ Dioceſi, ed all' incommodo grande, che ciaſcun ſuffrir potreb„ be dal portare la ſuddetta veſte Talare continuamente, permet„ tiamo, che dopo la feſtività di tutti li Santi fino al giorno di „ Paſqua di Reſurrezione ſi poſſa veſtire d' abito curto con Giuſta„ core alla Romana decentemente polito, ed oneſto, allor quan„ do non ſi dovrà andare in Chieſa a dire la Santa Meſſa, ò a cele„ brare li Divini Offici, accompagnare il Santiſſimo Viatico, o fa„ re, ed aſſiſtere ad altre Funzioni Sagre, e non dovranno com„ parire avanti il Superiore, ne quali caſi vogliamo, che debbano „ uſare la detta veſte Talare ſotto pena di Ducati cinque Piis „ uſibus per ciaſcheduna volta, che ſi oſerà traſgredire il preſente „ ordine &c. „ plurimæ inter idem Capitulum, & præfatum Epiſcopum fuerunt inde exortæ contentiones, quæ ſub infraſcriptorum Dubiorum congerie decidendæ ſapientiſſimo Eminentiſſimorum Patrum judicio ſubiiciuntur.

Examen ſimilium quæſtionum, quæ circa controverſam ſtrenæ, Cathedratici, Procurationis, & Decimarum ſolutionem, necnon Cerei traditionem vertuntur, cum ſæpius aſſumptum fuerit in Sacro hoc Tribunali, & in his præſertim Cauſis, ſcilicet in *Baren. Strenæ, & Cathedratici* 20. *Decemb.* 1732., *in Caſſanen. Cathedrat.* 21. *Maii* 1735. *Juvenacen.* 1. *&* 22. *Sept.* 1736. *Policaſtren. Procurationis* 18. *Maii, &* 1. *Junii* 1737. *Monopolitan. Congruæ* 7. *&* 28. *Sept. ejuſdem anni*, atq; in Foliis tunc diſtributis non pauca in jure fuerint allata, quæ ad hujus quoque Cauſæ deciſionem plurimum conferre poſſe videntur, reliquum eſt, ut ad illuſtrandam quæſtionem VII. Dubii, in quo diſceptandum proponitur, num Epiſcopus pro multis controverſiis teneatur deputare Depoſitarium in Civitate Biſaccienſi, duo præſertim in jure adnotentur; alterum, quod pecuniariæ multæ a Subditis unius Diœceſis exacte debeant Locis Piis ejuſdem Diœceſis, non autem alterius; quæ ei æque principaliter unita reperiatur, applicari, juxta Reſolutiones Sacræ Congr. editas *in Valven.* 13. *Aug.* 1650. *lib.* 19. *Dec. pag.* 72., *& in Geruntinen. ſeu Cariaten. Gravaminum* 2. *Octobris* 1706.; alterum vero, quod in ſingulis Diœceſibus debet ab Epiſcopis conſtitui in Depoſitarium aliquis ex Canonicis Cathedralis, qui memoratas multas retineat, de illis rationem, præſente Capitulo, quotannis redditurus, uti tradunt, *Fagnan. in cap. Presbyteri nu.* 33. *de pæn. Nicol. Lucubr. canon. lib.* 5. *tit.* 37. *num.* 1. *ampl.* 1. *Monacell. formular. legal.*

*gal. tom.*1. *tit.*1. *Form.*13. *num.*7., & sub annum 1592. Sacra Congregatio Episcopo Civitatis Castellæ præcepit, *ut pœnas pecuniarias Locis Piis assignaret, & earum Depositarium constitueret, qui suæ administrationis quotannis, præsente Capitulo, rationem redderet* sunt verba Rescripti, de quo *lib.* 7. *Decr. pag.*35., & consonat Resolutio edita *in Lavellen.* 14. *Junii* 1642. *lib.*17. *Decr. pag.*55.

Quod autem attinet ad X. Dubium, in quo prælaudatum Capitulum impugnat Edictum ab Episcopo promulgatum super delatione habitus, quem *Talarem* vocant, cum Tridentini Patres *Sess.*14. *c.*6. *de Ref.* inhærentes veteri Sacrorum Canonum disciplinæ, de qua *in Can. Nullus eorum* 21. *quæst.*4. *in Can. Clericus* 8. 41. *dist. can. Clericis* 22.23. *dist. can. Parsimoniam* 5. 41. *dist. in cap. Clerici de vita, & honest. Cleric. in Clem.*2. *eod. tit.*, & in pluribus Conciliorum Decretis apud *Gonzal. in cit. cap. Clerici de vita, & honest. Cleric. in Clem.*2. *eod. tit.*, & in pluribus Conciliorum Decretis apud *Gonzal. in cit. cap. Clerici num.*16. præceperint, ab Ecclesiasticis Personis deferri debere habitum *eorum ordini, & dignitati congruentem, juxta Episcopi ordinationem, ac mandatum* Sacra Congregatio consentanee ad Conciliarem hanc sanctionem consuevit rata habere Episcoporum Decreta, seu Edicta, quibus talaris vestis gestatio fuerat Clericis injuncta, idque præsertim contigit in *Hortana* 8. *Junii* 1690., ubi ad Dubium, -- *An Edictum, seu præceptum Episcopi sustineatur*, -- rescriptum fuit -- *Secretario ad mentem*, quæ in hæc verba fuit explicata, *Sustineri Edictum. Sacerdotes teneri semper incedere in habitu talari, & Clericos maxime in Functionibus Ecclesiasticis, & quoad pœnas Episcopus moderate procedat*, -- ut in *lib.*40. *Decr. pag.*435. *in Ostunen. Synodi* 6. *Julii* 1697. *ad VII. Dubium lib.*47. *Decr. pag.*294. *in Melevitana Synodi* 4. *Julii* 1707. *ad XXVII. lib.*57. *Decr. pag.*261., *in Marsicen.* 15. *Decembris* 1731., *in Ruben. Habitus Talaris*, in qua, discusso hoc Dubio --, *An Edictum super delatione habitus Ealaris, in Ecclesiis, illarumque ingressu, & regressu sustineatur, die* 18. *Augusti* 1708. fui in hæc verba rescritum, -- *sustineri, moderatis pœnis arbitrio Emi Præfecti*, -- qui hunc in modum declaravit, -- *Nos ad mentem ejusdem Sacræ Congr. nobis expressam declaramus, a supradicto Edicto Episcopi delendas esse contra inobedientes, videlicet quo ad Sacerdotes pœnam suspensionis ipso facto incurrendæ; quoad Clericos pœnam, quod non possint promoveri ad Sacros Ordines, nec admitti ad Beneficia quamvis de jurepatronatus, & quoad Sacristas, pœnam suspensionis, & respective quoad Clericos pœnam Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & loco prædictarum pœnarum multandos esse in quinque libris ceræ albæ laboratæ, & in subsidium suspensionis & Interdicti ferendæ sententiæ respective*, ut in *lib.*58. *Decr. pag.*288., & novissime in *Salernitana Edictorum*; ubi, cum inter cetera discussum fuerit --, II. *An Dignitates, & Canonici prædicti cogi possint ad incedendum in habitu Talari usque ad occasum Solis, excepta tamen occasione eundi ad loca ruraria, & quatenus affirmative*. III. *An adversus Dignitates, & Canonicos prædictos in casu inobedientiæ sit procedendum etiam per inquisitionem* --, sub diem 27. Septembris 1782. prodiit Rescriptum -- *Ad* II. *Affirmative*. *Ad* III. *Ad mentem, scilicet, quod scribatur Archiepiscopo, ut prius moveat semel, atque iterum; si autem id non sufficiat, procedatur*

etiam ex officio, & per inquisitionem, ita tamen, ut Processus fiat sine emolumentis Curiæ Archiepiscopalis, -- ut in *lib.*82. *Decr. pag.*453.

His igitur perpensis una cum facti circumstantiis utrinque latius explicandis, dignabuntur EE. VV. statuere

I. *An Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Bisaccien. teneatur singulis annis in Festivitate Nativitatis Sanctissimi Domini nostri tradere Episcopo strenam in summa ducatorum decem.*

II. *An eidem Episcopo debeatur Cathedraticum ab Ecclesiæ Cathedrali, sive Capitulo Bisaccien.*

III. *An idem Capitulum teneatur solvere Cursori Curiæ Episcopali accedenti ad Civitatem, & Loca Diœcesis Bisaccien. pro negotiis ejusdem Curiæ expensas, seu, ut vulgo dicitur*, il Pedatico.

IV. *An Capitulum dictæ Cathedralis Episcopo eamdem Ecclesiam visitanti teneatur solvere procurationem, & an teneatur tam pro illo quam pro Convisitatoribus, aliisque Ministris, ac Famulis parare habitationem.*

V. *An Episcopus teneatur ad restitutionem tam victualium, quam pecuniarum exactarum in visitatione anni* 1736.

VI. *An Censuræ latæ per Episcopum occasione ejus accessus ad Civitatem Bisaccien. mense Aprilis anni* 1737. *sustineantur.*

VII. *An Episcopus pro multis teneatur deputare Depositarium in Civitate Bisaccien.*

VIII. *An Decimæ debeantur Episcopo a Capitulo dictæ Cathedralis Bisaccien. pro medietate, vel potius in quarta parte.*

IX. *An idem Capitulum teneatur dare in festivitate Purificationis B.M. Virginis Cereum Episcopo absenti.*

X. *An, & quomodo sit servandum Edictum promulgatum ab Episcopo super delatione habitus Talaris in casu & c.*

Sess.6. c.3. & 2. & Sess. 23. cap.1. & Sess.25. c.20. de ref.

SVESSANA RESIDENTIÆ, ET CENSURARUM. Vicarius Generalis Svessanus, cum accepisset Januarium Oliverium Parochialis Ecclesiæ in Casali Cellularum existentis Rectorem, cui pridem fuerat infirmitatis causa concessum, ut a sua Parochia abesse posset, bonæ licet valetudini jam restitutum ad eam non reverti, post aliquot inutiliter adhibitas, uti præfertur, domesticas monitiones, Edicto sub diem 12. Octobris 1736. ad valvas Cathedralis affixo eumdem compellavit, -- *quatenus in biduo rediret, & personaliter ad præfatam suam Parœciam accederet, & inibi continuo diu, noctuque residendo juxta mentem Sacri Concilii Tridentini, Sacrorum Canonum, & suorum Edictorum suum officium adimpleret, & de paritione per Acta per legitimum documentum doceret sub pœna privationis medietatis fructuum*; deindeque, rejectis exceptionibus, quæ nomine præfati Januarii opponebantur, præcepit primum die 18. dicti mensis Octobris, *quod idem Parochus in alio biduo præcisæ, & peremptorie omnino resideat &c.; Verum, quatenus mereatur ulteriorem indulgentiam procuratione allegati morbi chronici, post accessum reccurrat ad Sanctissimum eique humiliter supplicet &c.*, & postmodum die 27. ejusdem mensis mandavit, alterum affigi Edictum, quo jussit eidem Januario, -- *quatenus in termino trium dierum, quorum unum ad residendum sub pœna suspensionis a Divinis, secundum ad dicendum causam, quare non debeat suspendi, & tertium ad videndum se suspendi, & Cedulones rela-*

relaxari assignavit, personaliter accedat ad supradictam Parœciam, ibique resideat -- & demum neglectis literis inhibitorialibus, & compulsorialibusCuriæ Metropolitanæ,quas sæpedictus Parochus adhuc contumax sub nomine præsentare fecerat,die 31.dicti mensisOctobris decrevit, illum *fore, & esse suspendendum a Divinis &c., & expediri Cedulones in forma*.

Post hæc audiens idem Vicarius Svessanus, Decretum hujusmodi a se latum,veluti nullum,& injustum a Curia Metropolitana declaratum fuisse,die 5.Novembris dicti anni 1736. mandavit,affigi contra Pro-Vicarium Generalem Capuanum,aliosque ejusdem Metropoliticæ Curiæ Ministros Cedulones excommunicationis in hæc verba conceptos - ,, Cunctis pateat, & sit notum, quod Rmus Dominus Don ,, Jo: Baptista Tartalea Vicarius Generalis, ac Delegatus Apostolicus, auctoritate apostolica, & ordinaria, & quocumque potest ,, modo ad tramites Cap.Dilecto de sent. excomm. in 6., uti pars, ,, non tamquam Judex in actu manifestæ violentiæ vim vi repellendo excommunicavit, sive excommunicationes majores contentas in Sac. Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, prout coram me infrascripto excommunicat, & ut supra ,, declarat Rmum D. Archidiaconum Granata Pro-Vicarium Generalem Capuanum, R.D. Nicolaum Forte Cancellarium,Commissarium, & Exequutores ejusdem Curiæ Metropolitanæ,aliosque auxilium, consilium, & favorem præstantes, & qui præstiterunt,itaut vivi vitentur ab omnibus,& mortui Ecclesiastica careant Sepultura; ex eo, quia auferunt in casibus a jure non præscriptis expedire,dare,& subscribere literas inhibitoriales,& compulsoriales, easque respective, & pœnas nulliter comminatas,& ,, declaratas in eis contentas exequi contra,& adversus ipsum Reverendissimum Dominum Vicarium,Cancellarium, & totam Curiam Episcopalem Svessanam, ipsam, & ipsos violenter invadendo,necnon usurpando impediendo,violando,& lædendo ejus Ecclesiasticam jurisdictionem in Causa Residentiæ per Reverendū ,, Promotorem Fiscalem mota contra Januarium Oliviero Parochum Casalis Cellularum hujus Diœcesis, de quo in actis &c. in ,, spretum,& contra formam Sacr.Canon.,S.C.T. & Constitutionis ,, suæ, Pii IV. -- In suprema, & Sancti Pii V. -- Cupientis ,ac Decretorum Sacræ Congr. Episcoporum de anno 1600. approbante ,, Clem.VIII. latorum, & nuperrime cofirmatorum &c. quapropter tandiu sic eos,& quemlibet ipsorum Censuratos existere voluit,donec,& quousque absolutionis beneficium meruerint obtinere &c. -- : E coverso autem insequenti die 7. Novembris memoratus Pro-Vicarius Capuanus Cedulones contra Vicarium Svessanum,& Josephum Antonium Licciardo Cancellarium Curiæ Svessanæ relaxavit ,, ex eo quia,expeditis,ser.servan. ad Instantiam R.D. ,, Januarii Oliviero Parochi Casalis Cellulæ Svessanæ ad nostram ,, Metropolitanam appellantis literis inhibitorialibus ad transmittendum &c. in causa contra dictum Parochum fabricata sub pœna ducatorum biscentum per quemlibet,& in juris subsidium excommunicationis ad finem cognoscendi de expositis gravaminibus; sed cum in termino præfixo non solum acta non transmiserint, verum etiam post dictam inhibitionem maxima attentata

 ,, com-

„ commiserint &c. quapropter ser.servan. fuit per Nos processum
„ ad purgationem attentatorum, & successive ad incursionem pœ-
„ narum prædictarum Ducatorum biscentum per quemlibet, &
„ relaxato mandato pro prædicta pœna exequutioni demandari non
„ potuit.

Ob hanc itaque rerum seriem factus est locus discussioni plurium Dubiorum, quæ inferius describentur; Quia vero nomine sæpedicti Parochi postulantis Indultum, quo causa assertæ infirmitatis possit a residentia abesse, nil hactenus allatum est; ad rem hanc, de qua potissime disceptatur in III. Dubio, satis conferre videntur alias adnotata in una *Tarraconen. Residentiæ* 28. *Jan.* 3. *&* 24. *Martii* 1736. *lib.*86.*Decr.pag.*136.; ad primi vero decisionem, ubi discutiendum proponitur, num Curiæ Archiepiscopali Capuanæ licitum sit admittere appellationes a Parochis interjectas adversus Suffraganeorum Decreta, quibus ii ad residentiam compelluntur, & respective eisdem Parochis concedere inhibitiones, quarum præsidio ab eorumdem Decretorum exequutione possint se tueri, præter ea quæ communiter notant Canonistæ, inter quos *Quaranta in Summ, Bullar. verb. Archiepiscopus post n.*20., & alii relati *per Monacell. part.*2. *tit.*15. *form.*3. *n.*8. præstat referre nonnullas Resolutiones. quę ab hoc Supremo Tribunali super simili controversia prodierunt,

Scilicet in *Tarraconen.*, exorta inter clar. mem. Card. Cervantes Archiepiscopum Tarraconensem, & aliquos ipsius Suffraganeos contentione, an, *quando Episcopus procedit ad aliquem actum vigore Decretorum Concilii Tridentini, quem etiam suo ordinario jure facere poterat, & in Decreto datur facultas Ordinario procedendi etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegato, appellatio ab hujusmodi judicio Ordinarii sit interponenda ad Metropolitanum, & ibi in secunda instantia prosequenda, vel potius sit necessario interponenda ad Sedem Apostolicam tamquam a Sententia emanata a Delegato Sedis Apostolicæ* -- Summus Pontifex ex sententia Sacræ Congr. ad quam præmissa controversia delata fuerat, declaravit, *non esse hoc casu necesse ad Apostolicam Sedem appellare* --, uti constat *ex lib.*1. *Decr.pag.*70., *&* 71.

Præterea in *Zamoren.* nomine Episcopi porrectus fuit Sac. Congreg. supplex libellus, in quo sic habetur -- *Episcopus Zamoren. optat. scire a Sacra Congregatione, quando ipse procedit diffinitive ad aliquem actum vigore Concilii Tridentini, quem etiam de veteri jure ex facultate ordinaria facere potuisset, & in Decreto Concilii datur facultas eidem procedendi etiam tamquam delegatus Sedis Apostolicæ*; proposito autem Dubio --, *An appellatio a tali Decreto Ordinarii, qui processit etiam uti Sedis Apostolicæ Delegatus, sit interponenda ad Metropolitanum, & coram eo prosequenda, vel potius sit interponenda ad Sedem Apostolicam tamquam a Sententia lata a Delegato Sedis Apostolicæ* --, rescriptum fuit --, *Posse interponi ad Metropolitanum* --, tametsi sub finem memorati supplicis libelli ita subjunctum fuisset -- *In casu præmisso videtur, respondendum, quod appellatio sit interponenda ad Papam, ea ratione, quia Judex processit, uti Delegatus a Papa, quo casu propter reverentiam Papæ, & quia apposuit manum, ad nullum Inferiorem appellare potest, neque Inferior recipere potest appellationem propter appositionem manus Papæ c. Ut nostrum de appell.* ubi Scribentes; *præsertim quia regulariter a Delegato ad Delegantem appel-*

pellatur. Quod eo magis procedit, quia Ordinarius sciebat, se habere duplicem jurisdictionem ordinariam scilicet, & delegatam, ut, cum voluerit uti delegata, ita ut taliter videtur procedendum, quod nulla penitus ratio sit habenda jurisdictionis ordinariæ ex regula communiter approbata, quod potuit, noluit, quod voluit adimplere nequivit, prout tradit *Roman. cons.*446. *& sic hoc casu ex regula appositionis manus Papæ, & propter reverentiam literarum Apostolicarum, & quia Ordinarius voluit scienter uti jurisdictione delegata, ad Papam est appellandum, non ad Metropolitanum, alias enim cessaret dispositio prædicti Cap. Ut nostrum de appell. & regula prædicta* --, ut in *lib.*2.*Decr.p.*39.

Rursus in *Januen.* edita fuit hæc Resolutio -- *Ad II. in his quæ Episcopus circa Visitationem, & morum correctionem decrevit, juxta cap.*10. *Sess.*24. *dari appellationem de volutivam ad Metropolitanum, quamvis expresserit, se procedere tamquam Sedis Apostolicæ Delegatum*, ut in *lib.*10. *Decr.pag.*106.*terg.*; Et demum in proximioribus terminis Sacra Congregatio in *Feretrana die* 6.*Septembris* 1591. rescripsit Episcopo, *ut, hujusmodi inhibitione, utpote nulla, & contra dispositionem Concilii decreta, non obstante, compelleret Curatum ad residentiam. Ad Vicarium Apostolicum Urbini scribendum a præcepto Episcopi, sive alio actu cum procedit ad compellendos Curatos ad Residentiam, non dari appellationem ad effectum suspensivum, ut aperto cavetur Decreto c.*1.§. *Eadem tit.*54., *itaque sciat, eam inhibitionem ab Episcopo sperni posse, & propterea de cetero caveat ab hujusmodi inhibitionibus.*

Quæ ad reliqua spectant Dubia, vel a decisione primi, vel a peculiaribus facti circumstantiis pluribus dependent; Quocirca onus erit EE. VV. tum ex hactenus allatis, tum inspectis juribus Collitigantium nomine circumferendis pronuciare.

I. *An liceat Curiæ Metropolitanæ Capuanæ Inhibitiones concedere adversus residentiam Parochorum in casu &c.*

II. *An gesta per dictam Curiam Metropolitanam contra Vicarium Generalē, & Ministros Curiæ Episcopalis Suessanę sustineantur in casu &c.*

III. *An, & usque ad quod tempus sit concedendum Indultum de non residendo favore Parochi Oliverii in casu &c.*

IV. *An, & quæ provisio debeatur Oeconomo in casu &c.*

V. *An, & quæ Censuræ sustineantur in casu &c.*

VI. *An constet de attentatis in casu &c.*

Die Sabbathi 15. Mart. 1734.



Emporis angustia, aliorumque negotiorum moles impedimento fuere, quominus in superiori Congregatione habita sub diem 1. currentis mensis prodierit decisio trium Causarum, quæ priori loco mox describentur, quasque, resumpto Folio tunc distributo, rogantur EE. PP. sapientissime definire.

BRIXINEN. DISPENSATIONIS. *Sess.*22. *cap.*6. *de Ref.*

An sit consulendum Sanctissimo pro gratia dispensationis ætatis in casu &c.

Affirmative, & amplius.

BISAC-

Sess.14.c.6. Sess.23.cap.1. & Sess.24.c.3 4.& 15.de ref.

BISACCIARUM.

I. *An Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Bisaccien. teneatur singulis annis in Festivitate Nativitatis Sanctissimi Domini nostri tradere Episcopo strenam in summa ducatorum decem.*

II. *An eidem Episcopo debeatur Cathedraticum ab Ecclesiæ Cathedrali, sive Capitulo Bisaccien.*

III. *An idem Capitulum teneatur solvere Cursori Curiæ Episcopali accedenti ad Civitatem, & Loca Diœcesis Bisaccien. pro negotiis ejusdem Curiæ expensas, seu, ut vulgo dicitur,* il Pedatico.

IV. *An Capitulum dictæ Cathedralis Episcopo eamdem Ecclesiam visitanti teneatur solvere procurationem, & an teneatur tam pro illo, quam pro Convisitatoribus, aliisque Ministris, ac Famulis parare habitationem.*

V. *An Episcopus teneatur ad restitutionem tam victualium, quam pecuniarum exactarum in visitatione anni* 1736.

VI. *An Censuræ latæ per Episcopum occasione ejus accessus ad Civitatem Bisaccien. mense Aprilis anni* 1737. *sustineantur.*

VII. *An Episcopus pro multis teneatur deputare Depositarium in Civitate Bisaccien.*

VIII. *An Decimæ debeantur Episcopo a Capitulo dictæ Cathedralis Bisaccien. pro medietate, vel potius in quarta parte.*

IX. *An idem Capitulum teneatur dare in festivitate Purificationis B.M. Virginis Cereum Episcopo absenti.*

X. *An, & quomodo sit servandum Edictum promulgatum ab Episcopo super delatione habitus Talaris in casu &c.*

Ad I. negative. Ad II. affirmative. Ad III. negative. Ad IV. & V. dilata, & reproponatur una cum Dubio -- *An Episcopus teneatur aliqua parte anni residere in Civitate Bisacciarum.* Ad VI. negative. Ad VII. affirmative. Ad VIII. affirmative quoad primam partem juxta solitum, & negative quoad secundam. Ad IX. affirmative. Ad X. affirmative moderata pœna in uno Ducato tantum citra approbationem limitationis, & amplius.

Sess.6.cap.1. & 2. Sess.23. cap.1. & Sess 25.cap.20. de ref.

SVESSANA RESIDENTIÆ, ET CENSURARUM.

I. *An liceat Curiæ Metropolitanæ Capuanæ Inhibitiones concedere adversus residentiam Parochorum in casu &c.*

II. *An gesta per dictam Curiam Metropolitanam contra Vicarium Generalē, & Ministros Curiæ Episcopalis Svessanę sustineantur in casu &c.*

III. *An, & usque ad quod tempus sit concedendum Indultum de non residendo favore Parochi Oliverii in casu &c.*

IV. *An, & quæ provisio debeatur Oeconomo in casu &c.*

V. *An, & quæ Censuræ sustineantur in casu &c.*

VI. *An constet de attentatis in casu &c.*

Ad I. negative ad effectum suspensivum, & detur Decretum in Feretrana anni 1591. Ad II. negative. Ad III. negative pro nunc. Ad IV. in casu absentiæ Parochi cum debita licentia deberi Œconomo provisionem in summa inter ipsos Parochum, & Œconomum concordanda prævia tamen approbatione Episcopi quoad Personam Œconomi. Ad V. neutras sustineri, & ad Dominum Secretarium juxta mentem. Ad VI. satis provisum in superioribus.

RO-

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Causa hæc discussa fuit in Re- Congregatione diei 23. Novembris superioris anni, prodiitque Rescriptum -*Dilata, & coadjuventur probationes super exactione subsidiorum Dotalium, & super credito Dotis* - Jam vero, perpensis novis documentis, quæ nomine Elisabethæ Capeci in obsequium permissi Rescripti, suæ petitionis fulcimentum afferuntur, ac resumpto Folio dicta die 23. Nov. proxime præteriti distributo, deliberandum est. *Sess.22.cap.6. de Ref.*

I. *An, constet de subreptione, & obreptione gratiæ per Annam Milli obtenta pro consecutione subsidii Dotalis Stanchi die 8. Junii* 1726., & quatenus affirmative.

II. *An, & quis teneatur ad restitutionem ejusdem subsidii, & cujus favore dictum subsidium sit distribuendum in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

CIVITATIS PLEBIS. Propositis sub diem 19. Januarii superioris anni quatuor hisce Dubiis -- *I. An liceat Massariis Castri Montis Jovini eligere Priorem, & Cappellanos Ven. Ecclesiæ B. Mariæ dicti Castri sine approbatione Episcopi, eosdemque removere, d. Episcopo inconsulto. II. An manutenendus, & quatenus opus, redintegrandus sit ad officium Cappellani Thomas Ferri, & quatenus affirmative. III. An Massarii exercentes officium Administratorum de Mense Octobris* 1735. *declarari debeant incursi in Censuras ab Episcopo comminatas contra turbantes, seu removentes dictum Ferri ab Officio Cappellani. IV. An, & quæ Decreta per Ordinarium condita in visitatione habita sub diem* 19. *Novembris proxime præteriti sustineantur, & sint exequenda in casu &c.*, responsum fuit *Ad I. Affirmative, salva approbatione Episcopi quoad Sacramentorum administrationem, & dummodo remotio non fiat in odium. Ad II. Affirmative in casu, de quo agitur. Ad III. negative. Ad IV. quoad Decreta concernentia Cappellanos dilata, & proponatur, citatis iisdem Cappellanis, quo vero ad reliqua affirmative, salva tamen libera electione facienda a Massariis juxta Decisionem I. Dubii.* *Sess.22. c.6. & 9. de ref.*

Cum autem Massariis dicti Castri Montis Jovini facta pridem fuerit potestas jura sua iterum experiendi, eadem Causa modo ad novam trutinam revocatur sub Dubio.

An, & in quibus standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

TYBURTINA LOCORUM SEMINARII. Contendentes Præsides Communitatis Oppidi Vicovarii, ex solo annuo fructu Bonorum Conventus S. Mariæ Sepulchri unum Alumnum ejusdem Oppidi, tres alios vero, vel duos saltem ex reditibus Bonorum alterius Conventus SS. Cosmi, & Damiani in Tyburtino Seminario retinendos esse, ad Dubium hisce verbis conceptum -- *An servanda sit consuetudo retinendi in Seminario Tyburi duos tantum Alumnos Terræ Vicovarii gratis alendos, vel potius sit locus eorum augmento, & in quo numero in casu &c.*, sub diem 27. Julii superioris anni obtinuerunt rescribi, *Esse locum augmento alterius Alumni ultra duos hactenus retentos* -- cui Resolutioni non acquiescentes Deputati ejusdem Seminarii postulant hodie disceptari. *Sess.23. c. 18 de ref.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c. FIR-

Sess. 25. c. 12. de regular.

FIRMANA INTERDICTI. Inter cetera Dubia, quæ in Congregatione diei 2. Junii 1736., ad provocationem Bernardini Perozzi Parochi Ecclesiæ S. Mariæ Loci Rapagnani authumantis, sibi jus esse peragendi in Ecclesia Sodalitatis Sanctissimi Suffragii ibi recens erecta privative quoad Rectorem ejusdem Confraternitatis solemnes functiones proposita fuere, discussum primo est -- *An sacerdotes deputandi ab asserta Societate Suffragii possint solemniter canere Missas in Ecclesia, seu Oratorio sub titulo Suffragii absque licentia Parochi S. Mariæ, vel potius Missæ solemnes quatenus in dicta Ecclesia, seu Oratorio canendæ sint, celebrari debeant ab eodem Parocho, etiam invitis Confratribus* --; prodiitque Rescriptum -- *Affirmative quoad primam partem de licentia Archiepiscopi, & negative quoad secundum* -- ut in *lib. 86. Decr. pag.* 125.

Hac edita Resolutione, Sodales prælaudatæ Confraternitatis juxta eorum Institutum cœperunt pietatis opera exercere, cumque occasione explendi nonnulla Anniversaria putantes, Archiepiscopi licentiam in mox d. Rescripto enunciatam multo pridem sibi concessam dici posse, sive spectatis Synodalibus Constitutionibus, ubi ita præscribitur -- *Eleæmosynæ, quæ pro celebrandis Missis in suffragium Animarum in Purgatorio detentarum colliguntur, generalibus Missarum Officiis impendantur, & quidem in Parochiali Ecclesia, si eo in loco specialis Ecclesia, vel Sacellum non sit pro hujusmodi pio opere exercendo*, sive inspectis Statutis ejusdem Confraternitatis per Archiepiscopũ approbatis, in quibus sic habetur, -- *Tutte le Feste, che si faranno nella nostra Chiesa, le solennizzaranno con Vesperi, e Messa cantata di canto fermo, o sii corrente* --, & inferius -- *occorrendo celebrarsi Officii nella nostra Chiesa, tanto generali, che particolari, doppo cantata la Messa, dovranno far cantare il* Libera me Domine --; facultate ab Archiepiscopo non impetrata, plures Missas a suo Cappellano fecerunt cum cantu celebrari, Archiepiscopus die 20. Januarii superioris anni eamdem Ecclesiam in hæc verba interdixit,, Declaratur supposita
,, Ecclesiastico Interdicto locali generali Ecclesia sub titulo Suffra-
,, gii Castri Rapagnani hujus Firmanæ Diœcesis, eo quia absque li-
,, centia Archiepiscopi reservata a Sac. Congregatione Concilii in
,, decisione Dubiorum in dicta Sacra Congregatione propositorũ 2.
,, Junii 1736. in Causa Firmana Functionum Parochialium inter
,, RR. Parochus ex una, & Societatem Suffragii dicti Loci ex altera,
,, Cappellanus, seu alter Sacerdos pluries celebravit Missam cum
,, cantu in eadem Ecclesia, & dicto Interdicto subjecta sit, donec
,, Interdictum revocatum fuerit.

At delatis ad hanc Sacram Congregationem Sodalium querelis, discutere oportet.

An Interdictum sustineatur in casu &c.

Sess. 14. c. 12. de ref.

PANORMITANA JURISPATRONATUS. E Congregatione Canonicorum Regularium S. Georgii in Alga cupiens Antonius Franzone ad Ordinem Canonicorum S. Spiritus in Saxia transire, obtenta prius Superioris Regularis licentia, curavit postea Beneplacitum Apostolicum a sa. me. Urbano VIII. impetrare, utque res sibi facilius e sententia succederet, se promptum paratumque spopondit, ad erigendum ex Bonis sibi a Matre relictis Prioratum, seuCommen-

mendam annui reditus scutorum 100. monetæ Romanæ, ac insuper ad elargiendos in eleemosynæ speciem Ven. Archihospitali S. Spiritus in Saxia fructus omnes primo anno ex d. Commenda percipiendos; Summus autem Pontifex ejus precibus annuens Apostolicas literas in forma Brevis jussit expediri, earumque executio commissa fuit Stephano de Vais Episcopo Cirenensi tunc temporis Generali totius Ordinis Sancti Spiritus Præceptori ea sub lege, ut præfatum Antonium ad habitum per Fratres dicti Ordinis S. Spiritus gestari solitum, necnon ad Professionis per eosdem emitti consuetæ suo tempore faciendæ emissionem admitteret „ constituto sibi de narratis,
„ & de consensu Provinciæ Siciliæ dictæ Congregationis, ac si, &
„ postquam dictus Antonius Regulare Beneficium prædictum fun-
„ daverit, illudque de annuo reditu perpetuo centum scutorum hu-
„ jusmodi realiter, & cum effectu dotaverit, & dummodo primam
„ annatam fructuum Beneficii Regularis hujusmodi eidem Archi-
„ hospitali solvat.

Brevis hujus executionem memoratus Generalis Præceptor delegavit Philippo Bolognini Canonico Professo ejusdem Ordinis S. Spiritus Panormi commoranti; Iste vero inhærens literis subdelegationis, in quibus inter cetera legebatur -- *Cujus quidem Prioratus, & Commendæ sic erectæ dictus P. Antonius primus Prior institutus, penes quem dum vixerit, reservata sit facultas nominandi Personam æque idoneam, & capacem, ut infra, eligendam ex familia sibi melius placita, & bene visa, quo vita functo, & nominatione prædicta minime facta, ac hujusmodi Prioratus vacantia contigerit, penes Dominos de Fimia masculos tamen ex letigimo Matrimonio genitos eis perpetuo reservatum sit, quem ipsi maluerint, Clericum qualitates pro ingressu dictæ Religionis S. Spiritus habentem eligendi, & electum nobis, & Successoribus nostris Præceptoribus magni Hospitalis, & prædicti Ordinis pro Tempore existentibus præsentandi, a quibus in dicta Religione recipiatur*, Bona a Simone Fimia nomine prælaudati Antonii in promissam Commendæ dotem assignata acceptavit, deindeque, in ejusdem Commendæ Priorem instituto præfato Antonio, circa jurispatronatus reservationem hæc addidit -- *Reservata tamen semper authoritate, & potestate ipsi D. Antonio, dum vixerit, in dicta Commenda nominandi personam idoneam, & capacem ex familia sibi placita, & bene visa juxta formam, & continentiam dictarum literarum supradicto Bolognini delegatarum, secundum quas præsens actus cum omnibus in eo contentis intelligatur, & sit factus, & stipulatus, & non aliter, nec alio modo.*

Commenda hæc, quam, donec vixit, retinuit Antonius Franzone, post ejus obitum, nemine ab illo in Patronum nominato, devenit ad masculos Domus Fimiæ, & tandem ad Cajetanum ejusdem Domus ultimum masculum, qui putans, juspatronatus dictæ Commendæ post sui obitum fieri hæreditarium, ideoque sibi licitum fore de illo disponere, per actum donationis, quæ inter vivos fieri dicitur, usque a die 26. Octobris 1730. patronatum hujusmodi cessit, donavitque Antonio Cardella, reservato Generalis Præceptoris Archihospitalis, & Ordinis S. Spiritus in Saxia consensu in hæc verba „ Reservata
„ nihilominus facultate petendi, & obtinendi semper, & quando-
„ cumque licentiam, & beneplacitum, & consensum Illustrissimi, &

„ Reverendiſſimi Domini Præceptoris Generalis Archihoſpitalis, „ & Ordinis S.Spiritus in Saxia Almę Urbis Romæ,ſub qua quidem „ præcedenti reſervatione fuit ad præſentem deventum tam per di- „ ctum Donantem, quam per ſupradictum Donatarium, prout, & „ quemadmodum proteſtantur ſibi omni meliori modo &c., prę- „ ſentes, & non aliter rogantes magnum Præceptorem, quatenus „ dignetur eam confirmare.

Conſentanee ad iſtam reſervationem poſtulavit Antonius Cardella ſub initium anni mox elapſi ab Archiepiſcopo Trajanopolitano tunc temporis Archihoſpitalis, & Ordinis S.Spiritus generali Præceptore conſenſum, & approbationem donationis ſupra enunciatæ, ſed voti ſui compos cum fieri non obtinuerit, conſenſum prædictum, veluti indebite, ac rationabiliter, ut ipſe authumat, ſibi denegatum, petiit a SSmo D. N. benigne ſuppleri; Cumque ejus preces, ut de negotio maturius prodeat judicium, ad Sacrum hunc Senatum fuerint remiſſæ, inſtantia pro petito ſupplemento conſenſus coram Eminentiis VV. hodie promovetur.

Rationum momenta, quæ recenſuit memoratus Præceptor S.Spiritus, animum ſuum impellentia, ne poſtulatum præſtaret aſſenſum, in his potiſſime verſari videntur; Primo, quod in literis Apoſtolicis Urbani VIII., quibus conceſſum fuit Antonio Franzono Indultum tranſitus ad Ordinem Regularem S. Spiritus ſub lege fundandi, & dotandi oblatam Commendam, nulla de reſervatione juris nominandi facta fuerit mentio, quam propterea nulliter, & citra formam Apoſtolici Brevis permiſerit tunc temporis Religionis Præceptor: Secundo,quod ex ſubſecuto temporis intervallo Beneplacitum Apoſtolicum præſumi nequeat ſupervenisse, quia nondum elapſa ſit centenaria; Tertio, quod omnes Prioratus, Commendæ, & Beneficia Regularia Ordinis S.Spiritus manualia ſunt, ac eſſe debent, itaut illa obtinentes ad nutum, & beneplacitum Præceptoris Generalis queant removeri, ac ea nonniſi Profeſſis ejuſdem Ordinis pro eorum veſtiario, aliiſque honeſtis, & neceſſariis uſibus conferri poſſint, reliquis, ſi qui ſuperſunt, proventibus in compendium pauperum Infirmorum, & Expoſitorum magni hujus Urbis Xenodochii reſervatis juxta plures Pontificias ſanctiones hactenus firmiter cuſtoditas: Quarto demum, quod non agitur de Beneficio ſeculari, cujus aſſertum jus nominandi, juxta regulas laicalium Patronatuum, in ultimo de Familia ex gentilitio evadat hæreditarium, ſed de Commenda Regulari, ad quam nominandus recipi debet in Religionem, adeoque ejuſdem Religionis libertas magnopere læderetur, ſi ad habitus receptionem Clericus qualiſcumque, conditionibus ab Ordine requiſitis licet deſtitutus,deberet admitti, ſique admiſſus nequiret poſtmodum aCommenda removeri,ſive tandem ab illa amotus,propriis deinde foret Religionis ſumptibus,veluti in ea profeſſus,toto ipſius vitæ tempore inutiliter alendus.

Num vero rationes iſtæ proſternantur a juribus nomine AntoniiCardella circumferendis,judicium erit Eminentiarum VV., quibus decidendum proponitur.

An ſit locus ſupplemento conſenſus in caſu &c.

VE-

Sess.22.cap.6. de ref.

VENAFRANA LEGATI. Jo:Baptista Tucci, scripto hærede Francisco de Orlando, uxori suæ Annæ Palmieri, præter omnium bonorum usumfructum, legati jure reliquit omnia mobilia -- *eccettuatene* (sunt Testamenti verba) *l' infrascritte somme di denaro contante, cioè docati* 300. *che si ritrovano prontamente in cassa, docati* 170., *e grana* 40., *che si ritrovano impiegati nella Gabbella del Macinato, e docati* 250., *che mi si devono dall'Eredi del q. Gennaro Bruni di questa Città una colle Terze decorse, e decorrende al sette per cento*; deinde vero post condita nonnulla legata, illudque præsertim, quod favore Ven. Cappellæ nuncupatæ S. Mariæ *della Sanità* in hæc verba exaravit -- *Più lascio alla Ven. Cappella di S. Maria della Sanità della Famiglia di d. mio Erede istituito eretta dentro d. Ven. Chiesa del Corpo di Cristo docati* 100., *de' frutti de' quali se n' abbiano a far celebrare quelle Messe vi capiranno ogni anno da d. mio Erede a carlini due l'una per l'anima mia, di mio Padre, e Madre, e Fratelli in d. Cappella*, ita subjunxit: *Più dichiaro, che del denaro contante, dedotti li sudetti Legati, il di più che resta, voglio, che si unisca alli docati cento lasciati alla d. Cappella della famiglia d'Orlando con il peso annuo delle Messe, che vi capiranno a carlini due l'una, lasciando il peso di farle celebrare al d. mio Erede istituito, e suoi Successori, essendo così la mia volontà.*

Sequuto Testatoris obitu, ut pia ejus dispositio exequutioni mandaretur, fuit a memorato Hærede coram Testibus aperta Arca, in qua Testator enunciaverat, duc.300. in pecunia numerata asservari, sed cum in ea 95. solum ducati fuerint reperti, non obstante asserta diligentia per Hæredem adhibita, ideoque summa superius per Testatorem expressa non sit duc.720., & assium 40., sed tantum ducatorum 515. 40., hinc exorta est dubitatio, num prælaudatus Hæres summam duc.213. 40. dumtaxat, quæ, solutis omnibus enunciatis legatis, superest, persolvere debeat, vel potius teneatur usque ad summam a Testatore descriptam in dd. duc.720. 40. supplere; hujus autem quæstionis decisio usque ab anno 1727. ad Sac. hunc Consessum delatæ cum ex incuria Patronorum d. Ven. Cappellæ B.M.V. *della Sanità* non fuerit hactenus impetrata, hodie tandem efflagitatur sub dubio, quod infra describitur.

Ad eximendum Hæredem ab onere supplendi enunciatam ducatorum summam proponitur *Text. in l. si servus* 111. §. *qui quinque ff. de legat.*1., ubi ita sancitum habetur: *Qui quinque in Arca habebat, ita legavit, vel stipulanti promisit decem, quæ in Arca habeo, & legatum, & stipulatio valebit, ita tamen, ut sola quinque, vel ex stipulatione, vel ex testamento debeantur. Ut vero quinque, quæ deerunt, ex testamento peti possint, vix ratio patitur, nam quodammodo certum corpus, quod in rerum naturam non sit, legatum videtur*; hinc enim, cum Testator fundum legaverit, aut certam aliquam pecuniarum summam, quam in Arca se habere asseruerat, reliquerit, Hæredem non teneri quidquam supplere, si fundus, vel d. pecuniarum summa in minori valore, seu quantitate post Testatoris obitum reperiatur, statuunt per *cit. Text. in l. si servus* §. *qui quinque*, omnes ibi scribentes.

At quia præmissa juris sanctio verisimili Testatoris voluntati niti videtur, ideoque limitationem patitur, ubi ex qualitate legati, aliisque facti circumstantiis conjicitur, ipsum Testatorem principaliter, & ut ajunt, primario respexisse ad implementum oneris in legato adjecti,

 fun-

fundum vero, aut pecunias tamquam medium ad finem intentum demonstrative tantum designasse, uti in terminis similis legati celebrationis Missarum notant cum aliis *Amostaz. de Caus. Piis lib.2. cap.6. n.18. & seq.*, *& Pasqualig. Sacrif. nov. leg. q.1025. n.3. & seqq.*, ac præterea in enunciato *Text.eod.* §.*qui quinque*; ita cautum legitur: *Quo si mortis tempore plena summa fuerat, & postea aliquid ex ea deperierit, sine dubio soli Hæredi deperit*; duo sunt in facto inspicienda, alterum nempe, an in præsenti themate Testator principaliter intenderit Missarum celebrationem, suppositam vero pecuniarum quantitatem non taxative per modum certæ speciei, sed eam tanquam purum medium pro earumdem Missarum celebratione expresserit; hoc enim casu Hæres ab onere supplendi summam deficientem non posset liberari, secundum ea, quæ fusius adnotata fuerunt in Foliis distributis in *Romana Cappellaniæ* 22.*Maii* 1734. *& in Narnien.* 18. *Maii*, *&* 1.*Junii superioris anni*; alterum vero, num pecunia, quæ non fuit in numero a Testatore supposito reperta, culpa, aut negligentia Hæredis deperierit, tunc quippe Hæredi deperiisset, ac ipse deberet ad supplementum obstringi, juxta expressum *Text. in sæpe cit. leg. si servus* §. *qui quinque*, *& cum Glossa verb. deperierit* tradunt communiter DD., & conferre videtur Resolutio novissime edita in *Urbinaten. Legati* 9. *&* 23. *Febr. præteriti anni*.

Episcopus pridem jussus S.Congr. instructam reddere, in sua Relatione post recensitam præmissæ dispositionis seriem sic habet: *Mortuo Testatore, non fuit inventa integra summa duc.*720. 40. *enunciata ab eodem, quia, aperta Arca coram Testibus ab Hærede, non fuerunt inventi duc.*300., *sed tantum* 95., *& quia Arca tempore Mortis d.Jo:Baptistæ erat Domi Uxoris, Hæres ad inveniendam veritatem, & ad consulendum propriæ indemnitati, pluries de mandato hujus Curiæ Monitoria emanare fecit, sed incassum, cum per revelationes tantum inventio duc.*95.*probetur*, deindeque suam aperiens sententiam censet, *quod non teneatur Hæres supplere, quia Testator legando, & disponendo pecunias taxative de illis locutus est. Unde secundum quantitatem repertam tenetur tantum solvere Cappellæ duc.*213. 40., *& magis quia testator non statuit numerum Missarum celebrandarum, sed tantum numerum ab Ordinario taxandum, & ipse Hæres omnem adhibuit diligentiam ad inveniendam integram summam duc.*300. *a Testatore in Arca relictam*.

Placeat itaque EE. VV. statuere.

An Hæres pro adimplemento legati Missarum, de quo agitur, teneatur supplere usque ad summam a Testatore enunciatam in casu &c.

Die

Die Sabbathi 29. Martii 1738.



UM ſex, quæ mox ſubjicientur Cauſæ, proponi nequiverint in Congr. habita die 15. exeuntis menſis, in cujus Folio fuerant deſcriptæ, placeat EE. VV. eas hodie diſcutere, ac Sapientiſſimo, quo ſolent, oraculo definire.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. *Seſs.22. c.6. de Ref.*

I. *An conſtet de ſubreptione, & obreptione gratiæ per Annam Milli obtentæ pro conſequutione ſubſidii Dotalis Stanchi die 8. Junii 1726.,* & quatenus affirmative.

II. *An, & quis teneatur ad reſtitutionem ejuſdem ſubſidii, & cujus favore d. ſubſidium ſit diſtribuendum in caſu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Teneri patrem ad effectum deponendi, & deinde diſtribuendi, cui de jure.

CIVITATIS PLEBIS. *Seſs.25. c.6. de ref.*

An, & in quibus ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In deciſis in omnibus, & amplius.

TYBURTINA LOCORUM SEMINARII. *Seſſ. 23. c.18. de ref.*

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

Prævio receſſu a deciſis, ſervetur ſolitum.

FIRMAMA INTERDICTI. *Seſs.25. c.12. de Ref.*

An interdictum ſuſtineatur in caſu &c.

Ad Mentem.

PANORMITANA JURISPATRONATUS. *Seſſ.14. c.12. de Ref.*

An ſit locus ſupplemento conſenſus in caſu &c.

Negative, & amplius.

VENAFRANA LEGATI. *Seſs.22. c.6. de ref.*

An Hæres pro adimplemento legati Miſſarum, de quo agitur, teneatur ſupplere uſque ad ſummam a Teſtatore enunciatam in caſu &c.

Reliquæ non propoſitæ.

SENOGALLIEN. DECIMARUM. Judiciariam actionem, quam Capitulum Collegiatæ, & Parochialis Eccleſiæ S.Petri Terræ Montis S.Viti coram A.C. pridem inſtruxerat contra Monachos Ciſtercienſes Abbatiæ Claræ Vallis in Piceno ſuper ſolutione decimarum *Seſs.25. c.12. de ref.*

ex

ex bonis per eosdem Monachos in Territorio d. Montis S. Viti acquisitis, apud hanc S. Congr., cui ex Decreto Emi Pro-Auditoris SSmi controversiæ cognitio delegata fuit, prosequitur hodie memoratum Capitulum, contenditque, præfatas decimas, ducto initio ab anno 1696. quo cæperunt iidem Monachi Bona in d. Territorio possidere, & deinceps in singulos annos præstandas esse.

Momenta, ex quibus potissimum hoc sibi jus asserit, ea esse videntur; primo expressa Sac. Canonum censura, juxta quam decimæ prædiales ab iis, qui intra Paræciæ limites Bona possident, sunt persolvendæ, uti per *Textus expressos in cap. cum sint* 18., *cap. ad Apostolicæ* 20. *& cap. cum contingat* 29. *de Decim.* cum aliis tradit *Smalzgrueber in jus can. lib.* 3. *tit.* 30. §. 1. *n.* 29., secundo synodales Constitutiones a bo: me: Marco Vigerio de Ruere Senogalliensi Episcopo sub annum 1543. editæ, & per successores Episcopos semel iterumque confirmatæ, quæ decimarum solutionem possessoribus omnibus districte præcipiunt, uti constat *ex Summ. ejusdem Capituli n.* 12. 13., *&* 14.; tertio Edictum anno 1594. occasione Diœcesanæ Synodi promulgatum, in quo præ cæteris hæc habentur: *Quelli, che hanno privilegio, ò prescrizione immemorabile di non pagare la decima, se acquistaranno Terre, o Possessioni, che siano i Padroni di esse, o Possidenti soliti a pagare la Decima, non perciò loro siano essenti da questo pagamento, mà siano tenuti à pagare, come si faceva per il passato dalli Possidenti, se però non fossero immuni, ed esenti anco in questo caso per privilegio particolare, e lo stesso s'intende, se pigliassero ad affitto Terre, e Possessioni di quelli, che pagavano, che anch'essi debbano pagarla*, & infra: *Li Lavoratori siccome sono tenuti della parte de frutti, che gli restano della coltura pagare la solita Decima, così anco dichiaramo, che siano tenuti i Padroni a pagarla de' frutti, che gli pervengono per il dominio delle Terre, e Possessioni*; quarto asserta vetustissima consuetudo, juxta quam singuli Bonorum Possessores unam, ut ajunt, Cuppam Frumenti, & Cadum unum Vini titulo Decimæ quotannis præstare tenentur, dummodo Bona in ea sint quantitate, ut semen pro iis excolendis, serendisque Cuppas quatuor excedant; & quinto demum sententiæ quædam occasione similis controversiæ favore Capituli pronunciatæ, quæ describuntur *in Summ. ejusdem Cap. n.* 6. 7. *&* 8., & præsertim Resolutio Supremi hujus Tribunalis, in qua, contendentibus Archipresbytero, & Canonicis Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ Terræ Corinalti ejusdem Senogalliensis Diœcesis, Fratres Ordinis S. Augustini ejusdem Terræ, itidemque Collegium Germanicum Urbis teneri juxta præmissas Constitutiones Synodales, & consuetudinem ex bonis antea per Laicos retentis, & postmodum ab ipsis Fratribus S. Augustini, & a d. Collegio Germanico acquisitis decimas persolvere, contra vero tam dd. Fratribus, quam Præfectis Collegii Germanici propugnantibus, ab hoc Decimarum onere immunes esse præsidio contrariæ consuetudinis, seu præscriptionis, necnon Apostolicarum Constitutionum, quibus a Decimarum solutione eximuntur, cum discussa fuerint duo hæc Dubia. I. *An Ven. Collegium Germanicum Ungaricum Urbis, ac PP. Regulares Ord. S. Augustini teneantur solvere decimas Archipresbytero, ac Capitulo Collegiatæ Corinalti, quæ a Laicis solvebantur priusquam Bona in ipsius Collegii, & dd. PP. Regularium proprietatem fuissent translata,* & qua-

& quatenus affirmative. II. *An teneantur etiam pro præteritis, & ad quam rationem in casu &c.* die 30. Augusti 1704. rescriptum fuit: *Ad I. Affirmative. Ad II. Pariter affirmative juxta consuetudinem loci*, ut in *lib.* 54. *Decr. pag.* 351.

Monachorum autem Cistercienſium nomine exponitur prius in facto, unam frumenti Cuppam, & unum dumtaxat Vini Cadum ab unaquaque familia in causam decimarum præstari hactenus consuevisse, sive unum, sive duo, vel plura etiam Prædia conspicui licet valoris ab ea possideantur; hinc vero concludi putant præfati Monachi, controversas decimas, utpote, habita Familiarum ratione, inspectoque tantum earum numero, persolvi consuetas, nonnisi Sacramentales, seu personales dijudicandas esse, adnotata per *Smalzgrueber. in jus can. lib.* 3. *tit.* 30. §. 1. *n.* 5. *Engel. ibid.* §. 1. *n.* 1., adeoque nec ab ipsis, nec ab aliis Regularibus ejusmodi Sacramentalium, sive Personalium decimarum solutioni haud quaquam obnoxiis exigi posse, secundum communem doctrinam, quam inter cæteros sequitur *Smalzgrueber. loc. mox cit. n.* 28.

Præterea, tametsi eædem Decimæ veluti Prædiales censendæ forent, itaut Prædiorum intra limites Paræciæ S. Petri existentium Possessores extra illam degentes, & e manibus Rectoris ejusdem Parochialis Ecclesiæ nullum recipientes Sacramentum ad earum præstationem tenerentur, sese adhuc arbitrantur præfati Monachi ab hisce decimis immunes ob Apostolica privilegia, & signanter Martini V., & Sixti IV., quorum authoritate Cistercienses liberantur *a præstatione Decimarum tam de Possessionibus habitis ante, & post Concilium memoratum, quam de cætero habendis, & tam de novalibus sive ante, sive post Concilium hujusmodi acquisitis, & acquirendis; quæ propriis sumptibus excolunt, seu excolent, quam alias quomodocumque, vel qualitercumque excolentur, & etiam de Villis, Possessionibus, de quibus decimas aliquis hactenus percepit*, uti præseferunt verba Brevis sa. me. Martini V. de quo *Summ. Monasterii n.* 5.

Hæc est summa præcipuarum rationum hinc inde allatarum; At quia sæpedicti Monachi enunciatis Privilegiis innixi controversam suam a Decimis exemptionem tuentur, etiamsi agatur de Bonis, quæ alteri cuicumque excolenda concesserint, inspicienda sunt, quæ circa hanc quæstionem fuerunt fusius in jure adnotata in Folio diei 8. Maii 1734. in *Causa Pampilonen. & Barbastren. Decimarum*, ubi, discusso articulo, num Decimæ deberentur Episcopis, & Clero seculari Regni Navarræ ex Bonis ad Monasteria PP. Cistercienſium spectantibus in emphyteusim, locationem, & ad Coloniam concessis, die 5. Junii 1734. responsum fuit: *Affirmative, & amplius*, ut in *lib.* 84. *Decr. pag.* 217. *&* 218.; his enim ponderatis una cum juribus utrinque circumferendis, grave non erit decidere.

I. *An Monachi Cistercienses Abbatiæ Claræ Vallis in Picæno teneantur solvere decimam pro Bonis, quæ acquisiverunt in Territorio Montis S. Viti in casu &c.*; & quatenus affirmative.

II. *An, & a quo tempore in casu &c.*

CAMERINEN. SUBSIDIORUM DOTALIUM. Barnabas de Benignis, post institutam Primogenituram favore lineæ masculinæ Petri Pauli primum, de inde vero Venantii suorum fratrum, & demum *Seſſ. 22. c. 6. de Ref.*

mum Annibalis Agnati, in Instrumento donationis, quæ dicitur inter vivos, sub annum 1610. exarato substituit Monasterium quoddam Monialium, quæ vulgo nuncupabantur: *fatte in casa*: declaratione hisce verbis adjecta: „ Casu autem, quo Moniales fatte in casa
„ ad hanc donationem defectu aliorum vocatorum perveniant, Do-
„ nator ex nunc prout ex tunc,& e contra rogat RR. FF. S.Domini-
„ ci, sub quorum regula dd. Moniales existunt, ut fabricare faciant
„ in d. domo magna Monasterium pro dd. Monialibus, quatenus
„ tunc temporis aliquod aliud Monasterium non fuerit fabricatum
„ pro eisdem Monialibus in Civitate Camerini,quod si fabricatum
„ fuerit,curent,ut Moniales nunquam vendant d.domum magnam,
„ sed illam locent, & pensiones percipiant; *sub finem vero ejusdem*
„ *instrumenti Possessoribus Primogenituræ imposuit onus*: Che ogn'
„ anno dopo la morte del Donatore li suddetti,che goderanno det-
„ ta robba donata siano tenuti dare sc.25. per dote ad una Zitella,o
„ Vedova, che volesse entrare con le Monache fatte in Casa, e pi-
„ gliare quell'Abito dell'Ordine di S.Domenico,e non essendoci al-
„ cune per il primo anno, nel secondo anno se ne dotino due, e se
„ nel secondo anno tre, quattro, o cinque non si trovassero Mona-
„ che simili, s'aspetti sin che si troveranno,ed in tal caso se ne doti-
„ no tante, quante se ne trovano, purchè ne venghino dotate tante,
„ che siano a ragione d' una l' anno. Li Elettori dopo la morte del
„ Donatore siano l' istesse Monache,e quello, che pro tempore go-
„ derà d. Beni, e non osservandosi la mente del Donatore,decadino
„ tutti ipso facto,e li Beni donati vadino alle suddette Monache fat-
„ te in casa, per le quali se ne piglino il possesso li PP. di S. Dome-
„ nico, come sopra.

Sequuto Barnabæ obitu,Petrus Paulus prior in d. Primogenitura Successor in exequutionem mox enunciati oneris, cum præfatæ Moniales denominatæ *fatte in casa* receptæ pridem fuissent, in Monasterium sumptibus Communitati Camerini sub invocatione S. Catharinæ Senensis tunc novissime constructum, cæpit anno 1612. subsidium dotale scut.25. d. Monasterio S. Catharinæ pro Puella in illud ingressura persolvere, eamdemque hujus annui subsidii solutionem deinceps memorato Monasterio pro Puellis, seu Viduis in eo religiosum habitum suscipientibus tam prælaudatus Petrus Paulus, quam cæteri sæpedictæ Primogenituræ Possessores absque ulla, uti asseritur, contentione usque ad annum 1713. peregerunt, donec authumante Margarita Rossetti Matre, & Tutrice Jo:Baptistæ,& aliorum Fratrum de Benignis, ad quos memorata Primogenitura devenit, eosdem nequire obstringi Dotale illud annum subsidium præstare, tum quia d. Monasterium sub Instituto S. Catharinæ Senensis erectum idem non sit, ac illud Monialium,quæ olim nuncupabantur *fatte in casa*, tum etiam, quia subsidium Dotale hujusmodi Monialibus relictum non debeat Monialibus hodiernis, quæ, relicta antiqua denominatione, sub arcta clausura, & sub diverso Instituto vivunt, persolvi, necesse fuit, ut Episcopalis Curia, ad quam litis inde obortæ cognitio delata est, sub diem 7. Junii 1713. pronunciaret:
„ Monasterium, & Moniales nunc S. Catharinæ a Senis hujus Civi-
„ tatis esse illud,& ex illis respective identifice, quod, seu quæ olim
„ denominabantur Moniche fatte in Casa, nec in alio in præsenti
„ di-

,, diversificatæ pro effectu, de quo agitur, nisi in sola denominatio-
,, ne &c. *Item &c.* præfatos DD. de Benignis teneri, & obligatos
,, esse dare, & tradere, & libere consignare dotem sc.25. Puellis in-
,, gressuris, & respective Professionem emissuris in d. Monasterio
,, S.Catharinæ a Senis, sive nobilibus, sive ignobilibus, tam conver-
,, sis, quam professis, exceptis tantummodo puellis divitibus, chora-
,, libus professis, non autem conversis, quæ vel per se ipsas, & cum
,, earum proprio patrimonio, vel per earum consanguineos, qui do-
,, tare tenentur absque incommodo de Dote dari solita d. Monaste-
,, rio, sibi ipsis providere possunt, quod autem volumus nunquam
,, habere locum in Conversis, quibus in quolibet casu debitæ nomi-
,, nationis tradi debeant d. sc.25., declarantes insuper, jus præstandi,
,, & eligendi præfatas Puellas ingressuras cum solitis tamen licen-
,, tiis, & approbatione Ordinarii in Monasterium prædictum spe-
,, ctavisse, & spectare pro medietate ad dd. DD. de Benignis, & pro
,, alia medietate ad d. Ven. Monasterium &c.

Ab hac sententia reclamatum non fuit, quin vero iidem Jo: Baptista, aliique Fratres de Benignis Majores facti subsidia Dotalia postmodum solventes præfatæ paruerunt sententiæ, pro cujus exequutione præterea sub annum 1730. occasione similis controversiæ a Barnaba de Benignis promotæ Ordinarius Camerini denuo pronunciavit. Cum autem nuperrime Olimpia Foschi uti Mater, & Tutrix Jacobi junioris de Benignis hodierni possessoris Primogenituræ detrectaverit sæpedictum Dotale subsidium persolvere Puellæ Cassandræ de Masseis sub obtentu, quod ista non versetur in ea paupertate, qua possit hujusmodi Dotali subsidio digna reputari, quin immo reperiatur de congrua dote in sc.1000. per Patrem jam defunctum provisa, contrarium in eadem Episcopali Curia Camerini Decretum passa curavit supplicem nomine Filii SS. D. N. porrigi libellum, quo, exposita præmissa facti serie, Sanctitatem Suam exoravit -- *Volersi degnare di commettere ex integro alla Congregazione del Concilio l' esame della controversia sopra l' uno, e l' altro capo della sentenza del* 1713. *e sopra l' emergente, quale ora insorge con tutte le facoltà necessarie*; obtinuitque preces ad Sacrum hunc Senatum remitti.

Subscriptis itaque Dubiis utramque propositam quæstionem complectentibus, Moniales sæpius memoratæ, quarum potissime interest, liti huic finem imponi, contendunt, Possessores Primogenituræ a Barnaba de Benignis institutæ nullo prorsus jure absolvi posse a solutione controversi subsidii Dotalis juxta legem in Instrumento donationis ab illo impositam, tum ex vi duplicis enunciatæ sententiæ, tum ob pacificam observantiam ultra centum annos productam etiamsi ipsæ desierint denominari Moniales *fatte in casa*, quippe quæ licet degentes in Monasterio sub invocatione S.Catharinæ Senensis erecto, eædem tamen sint, quæ prius alio præfato nomine nuncupabantur, eamdemque S.Dominici regulam olim servatam hodie profiteri non desinant, perfectiori quidem ratione, dum sub arcta clausura magis religiose vivunt.

Inde vero arbitrantur, prædictum subsidium denegari non posse Puellæ Cassandræ de Masseis, nedum quia ad illud assequendum ex mente Donatoris non requiratur inopia, sed etiam quia paupertas ejusdem Cassandræ non excludatur ob dotem sc.1000. a Patre in Testa-

mento illi relictam; cum enim dos ista deduci debeat ex paterna hæreditate alieno ære plurimum gravata, vix, & ne vix quidem poterit fortasse Cassandra illam assequi post multas lites, quæ interim efficiunt, ut ipsa modo dici nequeat sufficienter dotata.

Nomine Jacobi de Benignis petitam subsidii Dotalis solutionem detrectantis nihil hactenus allatum est. Inspecta igitur Episcopi Relatione, decidendum erit.

I. *An sit locus assignationi annui subsidii dotalis sc.25. favore Puellarum suscipientium habitum Monachalem in Ven. Monasterio S. Catharinæ Senensis Civitatis Camerini ad formam Testamenti q. Barnabæ de Benignis in casu &c.*

II. *An sit locus assignationi ejusdem subsidii Dotalis favore Puellæ Cassandræ de Masseis in casu &c.*

Sess. 21. c. 3. Sess. 24. c. 13. & 15. de ref.

ZAMOREN. UNIONIS. Capitulum Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Civitatis Taurentinæ, quod ex una Dignitate sub nomine Abbatis, tresdecim Canonicis, totidemque Præbendatis, ultra alios Ministros, & Cappellanos servitio d. Ecclesiæ addictos constat, in supplicatione per organum Emi Pro-Datarii Sanctissimo porrecta exposuit, quod eadem Collegiata „ in divini cultus exercitio, horarumque Canonicarum recitatione, tam Episcopo in d. Oppido residente, quam absente summa cum observantia, Populique ædificatione conspicua redditur, illius tamen reditus pro substentatione Abbatis, ac Capituli, & Canonicorum prædictorum assignati temporum injuria adeo tenues, & exiles existunt, ut cuilibet ex Canonicis prædictis vix centum Ducati monetæ Hispaniæ 33. ducat. auri de Camera constituen. annuatim tantum obveniant cum onere nonnullarum Missarum, & Anniversariorum, qui redditus prædicti inter præsentes tantum distribuuntur, nulla massa grossa nuncupata manente, „ nec propterea solvitur subsidium ratione Canonicatuum, & Præbendarum hujusmodi, cum reditus nuncupari nequeant, sed meræ distributiones pro præsentibus ad congruam substentationem insufficientes in magnum prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ, ejusdemque Oppidi (quod Populi frequentia celebre, & ex principalioribus, & antiquioribus Regni Hispaniarum Oppidis existit, votumque in Aula Regia habet) dedecus, ejusque conspicuitatis detrimentum.

Deinde vero subjungens, Abbatis, & Canonicorum decenti statui, & manutentioni, ejusdemque Collegiatæ decori aliqua in parte consultum iri „ si altera ex duabus Parochialibus Ecclesiis Loci de Villar Don Diego nuncupati d. Diœcesis, qui ab eodem d. primo Oppido per unius Leucæ spatium distat, & cujus incolæ 80. numerum non excedunt, attento etiam, quod inter modernos, & pro tempore existentes dd. Parochialium Ecclesiarum Rectores continuæ lites, & dissensiones jamdiu agitatæ fuerunt, & etiam nunc agitantur, accedentibus alterutri eorum Parochianis ipsis, itaut invalidæ semper fuerint monitiones, & mandata prædicti Episcopi pro compositione litium, & dissensionum hujusmodi, quodque ob tam parvum habitatorum numerum, ac primo d. Oppidi, in quo præter Clericos, & Presbyteros, septem Virorum Conventus „ re-

„ reperiuntur, vicinitatem etiam alias præter supradictas altera Parochialis Ecclesia, quæ in prædicto loco sita erat perpetuo suppressa, & extincta remansit, illiusque fructus Prioratui majoris Ecclesiæ Zamoren. etiam perpetuo applicati fuerunt, habita præ omnibus consideratione, quod duæ tantum Parochiales Ecclesiæ ob tam exiguum animarum numerum satis, superque videbantur, cum primum illam per cessum, vel decessum, aut alias ex persona moderni illius Rectoris vacare contigerit per S.V., & Sedem Apostolicam, ut infra perpetuo supprimeretur; & extingueretur, illiusque fructus &c. Mensæ Capitulari d.Collegiatæ Ecclesiæ pro usu distributionum quotidianarum etiam perpetuo applicarentur &c. *postulavit*, quatenus &c. alteram ex primo, & secundo dd. Parochialibus Ecclesiis, quam modernus illius Rector ad præsens obtinet, ac cujus fructus &c. 24. una vero cum incertis 80. duc. auri de Camera secundum communem extimationē val. an. non excedunt, ex nunc prout ex tunc, & e contra cum primum illum per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel admissionem, seu Religionis, & Professionis emissionem moderni illius Rectoris &c. perpetuo supprimere, & extinguere, illisque sic suppressis, & extinctis ejusdem Parochialis Ecclesiæ, ut præfertur suppressæ, & extinctæ omnia, & singula jura, fructus &c. Mensæ Capitulari prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ unire dignaretur.

His autem precibus ad Sacrum hunc Cœtum pro maturiori petitionis examine remissis, illud modo aggredi oportet; in quem porro finem præter facti circumstantias in præmissa Capituli supplicatione expositas, ac præter rationum momenta, quibus idem Capitulum in juribus circumferendis satagit postulationem suam fulciri, tria præ oculis habenda sunt S. Concil. Trid. Decreta, alterum editum sub *Sess.*24.*c.*13. *de Ref.* hisce verbis conceptum: „ In unionibus vero quibuslibet, seu ex supradictis, seu aliis causis faciendis, Ecclesiæ Parochiales Monasteriis quibuscumque, aut Abbatiis, seu Dignitatibus, sive Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, sive aliis Beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus, militiisque non uniantur; *Alterum Sess.*21.*c.*3. *de Ref.*: *ibi*: In Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam Dignitatum, quam Canonicatuum, Personatuum, portionum, & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros Divinis interessentes proportionabiliter, juxta divisionem ab Episcopo, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegato in ipsa prima fructuum deductione faciendam dividantur; *& tertium denique insertum* Sess.24. c.15. de Ref. *his verbis*; In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui, pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia iis unire, vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis cum Patronorum consensu, si de Jurepatronatus laicorum sint, quorum fru-

„ ctus, & proventus reliquarum Præbendarum distributionibus „ quotidianis applicentur, eos ad pauciorem numerum reducere, ita „ tamen, ut tot supersint quæ divino cultui celebrando, ac dignitati „ Ecclesiæ commode valeant respondere„ necnon inspiciendæ sunt binæ hujus S.C. Resol., quæ super similibus petitionibus prodierunt.

Altera nempe *in Celsonen.* in qua, cum postularetur Parochialium unio, ut massa quotidianarum distributionum ex earum reditibus adaugeretur, die 10. Jan. 1647. prodiit rescriptum: *Unionem Parochialium pro augmento distributionum quotidianarum non esse concedendam*, repropositaque Causa sub diem 2. Sept. ejusdem anni idem Rescriptũ meruit confirmari in hæc verba: *Standum in decretis sub die* 19. *Jan. proxime præteriti, scilicet unionem Parochialium pro augmento distributionum quotidianarum non esse concedendam, sed utendum remediis a S. Conc. præscriptis c.* 15. *sess.* 24. *de ref.* ut in *l.* 18. *Decr. p.* 279. & 404.

Altera vero *in Asloricen. Unionis*, ubi, exposita hac facti serie: *Ecclesia Cathedralis Asloricen. inter cæteras Hispaniarum antiquissima, componitur modo ex triginta sex Canonicis ultra Portionarios, qui divinis officiis intenti, & Ecclesiastici muniis obeundis addicti illud nuper inconveniens adverterunt, quod, cum Horæ primæ nullæ reperiantur assignatæ distributiones, pauci, vel nulli Præbendati ibi interesse curent; Cumque ob paupertatem mensæ capitularis, & præbendarum tenuitatem non sit, unde detrahatur aliqua portio convertenda in distributionẽ ejusdem primæ Horæ, nec in Diœcesi extent beneficia simplicia unienda, vel si quæ sint, tenuissimis potiuntur reditibus; Idcirco ad restituendum debitum pensum omnibus, & integris Horis, Capitulum, & Canonici humillimas preces SS. D. N. porrexerunt ad hanc S.C. remissas quatenus dignetur unire, & incorporare mensæ capitulari Ecclesiam Parochialem S. Stephani de Valdecorres nuncupatam ejusdem Diœcesis cum primum illa, per cessum, vel decessum moderni possessoris, vel alias quomodolibet vacaverit, cujus fructus* 24. *una vero cum incertis* 300. *duc. auri de Camera non excedant, prævia suppressione, & extinctione illius tituli collativi ad effectum, ut d. fructus applicentur Canonicis in d. prima Hora residentibus, reservata tamen Vicario perpetuo pro exercitio curæ animarum congrua ad tenorem Const. B. Pii V.; Uberius præmissa confirmavit Episcopus informatione requisitus non tamen approbavit extinctionem tituli Parochialis cum annexis faciendam Capitulo, ad effectum eos distribuendi Canonicis d. primæ horæ interessentibus, reliqua vero pars dimidia dd. fructuum, quæ satis sufficiens est congrua, reservetur Parocho pro tempore ejusdem Ecclesiæ, uti fusius ex relatione danda in Summario*, S. Congr. ad Dubium: *An, & quomodo Oratorum precibus sit annuendum in casu &c.* die 16. Maii 1711. respondit *Negative* ut in *lib.* 61. *Decr. p.* 236.

Demum, cum nomine prælaudati Capituli efflagitetur, ut altera ex enunciatis Parochialibus Ecclesiis supprimatur, ac omnia ejus jura, & annui reditus addicantur præfatæ Massæ quotidianarum distribunum, non nihil ad Causæ hujus decisionem conferre posse videntur ea, quæ novissime adnotata fuerunt in una *Leopolien. Unionis* proposita die 1. Sept. 1736.; Omnibus igitur ponderatis, discutere oportet.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Unionis in casu &c.

Die

Die Sabbathi 19. Aprilis 1738.



N amplissimo Eminentiarum VV. Consessu sub diem 29. Martii proxime præteriti habito discutiendæ erant quatuor sequentes Causæ, quæ in Folio ea die distributo fuerant descriptæ : id autem cum temporis angustia vetuerit, hodie EE. PP, juxta Collitigantium preces dignabuntur decidere.

VENAFRANA LEGATI.

An Hæres pro adimplemento legati Missarum, de quo agitur, teneatur supplere usque ad summam a Testatore enunciatam in casu &c. *Sess. 22. c. 6. de Ref.*

Dilata, & scribatur Episcopo juxta instructionem.

SENOGALLIEN. DECIMARUM.

I. *An Monachi Cistercienses Abbatiæ Claræ Vallis in Piceno teneantur solvere decimam pro Bonis, quæ acquisiverunt in Territorio Montis S. Viti in casu*; & quatenus affirmative. *Sess. 12. c. 12. de ref.*

II. *An, & a quo tempore in casu &c.*

Dilata, & ad mentem.

CAMERINEN, SUBSIDIORUM DOTALIUM.

I. *An sit locus assignationi annui subsidii dotalis scutor. 25. favore Puellarum suscipientium habitum Monachalem in Ven. Monasterio Sanctæ Catharinæ Senensis Civitatis Camerini ad formam Testamenti quondam Barnabæ de Benignis in casu &c.* *Sess. 22. c. 6. de ref.*

II. *An sit locus assignationi ejusdem Subsidii Dotalis favore Puellæ Cassandræ de Masseis in casu &c.*

Affirmative ad utramque, & amplius.

ZAMOREN. UNIONIS.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione unionis in casu &c. *Sess. 21. c. 5. Sess. 24. c. 13. & 15. de ref.*

Consulendum Sanctissimo pro suppressione unius ex duobus Beneficiis curatis primo vacaturi cum applicatione favore Capituli omnium redituum, exceptis tamen emolumentis Stolæ applicandis alteri Parocho cum unione dictæ Curæ.

GERUNDEN. EXEMPTIONIS. Impugnante Episcopo exemptionem, quam sibi multiplici nomine ab ejus ordinaria jurisdictione asserit Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, plura suborta sunt disputationum germina, quibus radicitus evellendis opportunum censuit idem Capitulum, præter Dubium generalis a se prætensæ exem- *Sess. 6. Cap. 4. Sess. 25. c. 6. de ref.*

exemptionis quæstionem concernens, quatuor alia ſapientiſſimo Sacri hujus Senatus oraculo decidenda proponi. Dignentur itaque Eminentiæ VV., perpenſis juribus in utramque partem circumſerendis, expoſitas controverſias, quarum reſolutio non nihil conferet judicio alterius litis inter præfatum Capitulũ, & ejuſdem Cathedralis Archidiaconum vigentis mox ſubiiciendæ, ea, qua ſolent maturitate definire.

I. *An conſtet de generali exemptione Capituli a juriſdictione ordinaria Epiſcopi in caſu &c.*

II. *An dictus Epiſcopus procedere teneatur contra Capitulares extra Viſitationem cum duobus Adjunctis ad formam Cap.6. Seſſ.25. de Ref. & in Viſitatione Cathedralis, dictorumque Capitularium per ſe ipſum dumtaxat ad formam Cap.4. Seſſ.6. de Ref. in caſu &c.*

III. *An dictus Epiſcopus in atrocibus procedere poſſit etiam ſine Adjunctis contra dictos Capitulares, ſeu potius contra eoſdem procedere debeat Epiſcopus Vicenſis in caſu &c.*

IV. *An occaſione Viſitationis Capituli, & Cathedralis Epiſcopus eam terminare teneatur quam citius, niſi fuerit legitime impeditus, ſeu potius, poſtquam fuit incæpta procedendo ad extraneos actus, eamdem ad libitum differre valeat in caſu &c.*

V. *An dictum Capitulum ſubiiciatur Conſtitutionibus Synodalibus, ſive aliis legibus etiam per Edicta panditis ab Epiſcopis abſque illius conſilio, & aſſenſu, vel potius editis cum ejuſdem conſilio tantum in caſu &c*

Dilata ad ſequentem.

Seſs.6. c.4. Seſs.24. c.16. & Seſs.25. c.6 de ref.

GERUNDEN. JURISDICTIONIS. Diſcuſſis inter Capitulum, & Archidiaconum majorem Gerunden. Eccleſiæ, quem vocant *de Rogationibus* ſex Dubiis mox deſcribendis. I. ſcilicet *An Archidiaconus major Eccleſiæ Gerunden. vices Epiſcopi gerens, Sede vacante, teneatur deputare in Vicarium Generalem pro Cauſis, negotiis, & rebus Eccleſiæ Capituli, & Canonicorum unum de Gremio Capituli*; & quatenus affirmative. *II. An idem Archidiaconus, Sede vacante, poſſit deputare in Vicarium Generalem de gremio, qui Capitulum Cathedralis Eccleſiæ debeat convocare, in ea præſidere, primum votum proferre, vota colligere, & juxta majorem partem votorum reſolvere negotia Capitularia, & alia exercere, quæ ad officium Vicarii de gremio competunt, unum ex Canonicis Coadjutoribus dictæ Eccleſiæ. III. An Archidiaconus prædictus per ſe viſitare poſſit Eccleſiam, Capitulum, Canonicos, & Diœceſim, & neceſſaria ad bonum Eccleſiæ regimen demandare. IV. An idem Archidiaconus procedere valeat in viſitatione, & extra eam contra Capitulum, & Canonicos ſingulos tam in Civilibus, quam in Criminalibus ſine Conjudicibus, & Adjunctis ejuſdem Capituli. V. An præſente, vel etiam abſente Archidiacono a Civitate, vel Diœceſi, poſſit Coadjutor in Archidiaconatu aſſumere adminiſtrationem, & præmiſſa omnia in ejus locum adimplere, ſeu potius in caſu abſentiæ juriſdictio ſpectet ad Capitulum. VI. An dictus Archidiaconus poſſit eamdem juriſdictionem exercere per ſuos Vicarios in caſu &c.* --, ſub diem 12. Februarii 1729. fuit ab hac Sacra Congr. reſcriptum -- *Ad I. affirmative quoad actus Capitulares tantum, & in*

in reliquis negative. Ad II. negative. Ad III. negative quoad Ecclesiam Cathedralem, & Capitulum, & in reliquis affirmative. Ad IV. quoad visitationem provisum in superiori, extra vero visitationem Archidiaconum procedere debere cum Adjunctis ad formam Concilii in Criminalibus tantum. Ad V. quoad primam partem negative in omnibus, ad secundam partem affirmative in casu absentiæ tantum Archidiaconi de tempore vacationis Sedis. Ad VI. affirmative; factaque postmodum Litigantibus potestate iterum de jure suo experiendi, cum Resolutiones tunc editæ ad novam trutinam die 28. Martii 1733. fuerint revocatæ sub consueto Dubio -- *An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis die* 12. *Februarii* 1729., responsum fuit -- *quoad III. & IV. Dubium particulariter videatur, in reliquis vero in decisis, & amplius*, ut in *lib.*83. *Decr. pag.*242.

In obsequium postremi hujus Rescripti quæstiones, quæ in enunciatis Dubiis III., & IV. continentur, quæque visæ fuerunt accuratius examen promereri, semel iterumque propositæ fuerunt, diebus nempe 8. Junii 1733., & 25. Septembris 1734., sed, utraque vice ipsarum resolutione dilata, rescriptum fuit *ad mentem*, quæ demum pandita est in Literis ad Episcopum Gerundensem datis, quibus jassus ille fuit, ut documenta plura, quæ ad Causæ definitionem plurimum conferre posse, & in authentica forma illic extare asserebantur, citato Capitulo, extrahi, & ad Urbem trasmitti curaret.

Præfatis itaque documentis huc tandem delatis, exoptans memoratum Capitulum diuturno huic litigio finem imponi, urget modo infrascripti Dubii decisionem, quam votis suis consentaneam fore confidit tum ex veteribus, tum ex novis juribus ipsius nomine circumferendis, inter quæ maximi ad rem suam ponderis estimat responsum die 9. Novembris 1577. Episcopo Gerundensi datum in hæc verba -- *Amplitudinis Tuæ literæ die* 10. *Augusti datæ, quas de duobus Canonicis ex decreto Concilii Sess.*25. *cap.*6. *a Capitulo eligendis, ut de eorum consilio, & assensu Episcopus contra delinquentes Canonicos procedat, scripsisti in Sacra Congr. Cardinalium Concilii Tridentini Interpetrum, Sanctissimo Domino Nostro jubente, lectæ, ac diligenter consideratæ fuerunt, & postea ad ejus Sanctitatem relatæ; quæ ex sententia etiam eorumdem Cardinalium declaravit, si Capitulum in principio anni duos illos Canonicos, ut debebat, non elegit solam Amplitudinem tuam posse in hujusmodi Causis usque ad finem earum procedere, monendumque nunc esse Capitulum, ut posthac initio cujuslibet anni eligat duos Canonicos, sciatque, si id non fecerit, totam Jurisdictionem penes te solum mansuram, nulla habita ratione electionis, quæ post id tempus fieret* --; hinc enim concludi authumat, quod sicuti Episcopus juxta sententiam Summi Pontificis, & Sacræ Congregationis in mox relatis literis expressam procedere nequit contra Capitulares Delinquentes absque Adjunctis, ita quoque prælaudatus Archidiaconus prohibeatur eosdem Capitulares punire, non adhibitis Adjunctis, seu Conjudicibus, sed in hoc formam a Sacro Concilio *sub cap.*6. *Sess.*25. *de Ref.* præscriptam debeat observare.

Cujus vero ponderis sint, quæ adversus hanc Capituli ratiocinationem reponuntur ab Archidiacono ex momentis hinc inde ponderandis, necnon inspectis iis, quæ latius in jure exposita fuerunt in Folio die 13. Ju-

13. Junii 1733., partes erunt EE. VV. dijudicare, ſapientique definire oraculo.

An quoad III., & IV. Dubium ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis die 12. Februarii 1729. in caſu &c.

Dilata ad ſequentem.

Seſs. 25. c. 9. de ref.

THEATINA ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Cum Presbyteri Parochialis Eccleſiæ S. Petri Civitatis Vaſti ſub obtentu avertendi lites, & contentiones, quæ inter ipſos, ac Presbyteros alterius Eccleſiæ S. Mariæ Majoris in Collegiatam inſignem nuper erectæ occaſione ſolemnium ſacrarum Functionum in ea Civitate peragendarum ſæpe ſæpius excitari conſuevere, a Summo Pontifice poſtulaſſent earumdem litium originem Apoſtolica ſua Providentia præcidi, atque in hunc finem preces ſuas expoſuiſſent ,, per qual- ,, che oneſto temperamento, quale ſarebbe, ſiccome la ſupplicano, ,, di erigere la loro Chieſa in Collegiata inſigne, avendo ſoprabon- ,, danti Requiſiti per meritare tal Grazia; e di più pro bono pacis ,, ordinare, che in futurum ciaſcheduno delli ſudetti due Cleri ,, utatur jure ſuo nelle proprie loro reſpettive Parocchie con loro ,, riſpettivi Parochiani in tutte le Funzioni Eccleſiaſtiche, Proceſ- ,, ſioni sì publiche, che private, di modo che l' uno non abbia da ,, dependere, ed unirſi con l' altro in veruna Eccleſiaſtica Funzio- ,, ne, acciò per l' avvenire non vi poſſa eſſere più occaſione di litr, ,, ed emulazioni tra di loro -- ,, ejuſmodi vero preces fuerint primum ad Eminentiſſimum Pro-Datarium, ſubindeque ab Eminentia Sua ad hanc Sacram Congregationem remiſſæ, oportuit conſentanee ad dictorum Presbyterorum petitionem duo hæc Dubia diſceptari -- *I. An ſit locus Erectioni in Collegiatam Ven. Eccleſiæ Parochialis S. Petri Civitatis Vaſti*, & quatenus affirmative - *II. An ſit locus ſeparationi dictæ Eccleſiæ S. Petri ab Eccleſia Parochiali, & Collegiata Sanctæ Mariæ Majoris dictæ Civitatis quoad Proceſſiones, omneſque alias Functiones Eccleſiaſticas, itaut quælibet Eccleſia illas exercere debeat in ſuo proprio Territorio in caſu &c.*, quibus ſub diem 6. Julii ſuperioris anni reſponſum eſt -- *Dilata, & ſcribatur novo Archiepiſcopo juxta inſtructionem* in eo verſantem, ut ſcilicet *idem Archiepiſcopus diſtincte referret ſuper reditibus Eccleſiæ S. Petri, & an ex petita ejus erectione in Collegiatam, necnon ex petita diviſione Eccleſiarum quoad Functiones ſperanda eſſet extinctio litium, vel potius timeri poſſint jurgia, utque ſenſum ſuum ſuper utraque inſtantia aperiret* -

Datis itaque literis ad præfatum Archiepiſcopum juxta præmiſſam inſtructionem, noviſſime pervenit illius Relatio, in qua circa annuam redituum quantitatem ſic habetur ,, Ut Eminentiarum Veſtrarum ,, dictis parerem, libros Eccleſiæ S. Petri ſæpius revolvi, illum ,, præſertim adminiſtrationis geſtæ quolibet anno ab uno ex ,, Presbyteris ejuſdemmet Eccleſiæ, ex quibus compertum habui, ,, annuos reditus præfatæ Eccleſiæ ſummam conficere ducatorum ,, circiter ſeptingentorum, deductis neceſſariis expenſis quolibet ,, anno conſuetis, aliiſque oneribus, uno tamen excepto Miſſarum ,, videlicet biſmille, & amplius, cui a Presbyteris præfatæ Eccle-

ſiæ

,, fiæ quolibet anno satisfiat ,, num vero ex petita ejusdem Ecclesiæ Erectione in Collegiatam, & ex divisione Ecclesiarum quoad Functiones sperari possit extinctio litium hæc subdit memoratus Antistes ,, Cardinalis de Luca ad diuturnas hujusmodi lites sedandas ,, unicum separationis remedium proposuit,ut, divisione sequuta, ,, quælibet Ecclesia in proprio Territorio suo uteretur jure. Hanc ,, sententiam meus. Antecessor quoque amplexus est in duobus Relationibus, adjuncta facti serie, transcriptis. At huic præfatarum Ecclesiarum separationi adversatur potentia nonnullorum ,, Ecclesiæ S. Mariæ Majoris pugnantium, qui majora litium pericula, acrioraque jurgia minitantur. His accedit, Capitulares ,, Sanctæ Mariæ Majoris omnem moturos esse lapidem, ut præfatam divisionem novarum litium, & jurgiorum principium efficiant, eaque expetita diu pax pro ambabus Ecclesiis numquam ,, effulgebit. Hi enim cum Motu proprio fel. rec. Benedicti XIII., ,, quo præeminentiæ spectantes dictæ Ecclesiæ eorum Collegiatæ ,, confirmatæ fuere, perpetuumque silentium impositum controversis a Presbyteris alterius Ecclesiæ post Erectionem Ecclesiæ ,, Collegiatæ excitatis; cumque,data expetita divisione, ea omnia ,, amitterent, quæ hactenus ab ipsis possessa sunt, cuncta absque ,, dubio novis litibus, & contentionibus miscebunt; Cui quidem ,, negotio non deerit in dies occasio: cum enim una,& eadem Platea utrasque Ecclesias dividat, ac separet, & per eamdem Processiones earum incedere debeant, facillime novorum jurgiorum ,, causæ haberi, & excitari possunt -- ; *& demum suam aperiens* ,, *sententiam in hac verba concludit* -- Quamvis itaque, quin præfata Ecclesia Sancti Petri in Collegiatam erigi possit, minime ,, dissentio; posteriora tamen hæc momenta mihi suadent, expetitam separationem ad litium extinctionem nullo pacto conducere. Si ideo Eminentiæ VV. fuerint in voto præfatam Ecclesiam ,, Sancti Petri in Collegiatam erigere, sine ulla Territorii separatione, ac divisione id præstandum esse non abs re existimo, relictis primævæ insigni Collegiatæ iis præeminentiis, quæ de jure ,, ipsi, ut antiquiori competunt. Ceterum qualecumque sit hoc judicium, illud summæ prudentiæ EE. VV. subjicio.

His igitur in facto superadditis, resumptisque una cum Folio diei 6. Julii præteriti anni juribus tunc distributis, necnon perpensis aliis utrinque recentius circumferendis, placeat EE. VV. respondere.

I. *An sit locus Erectioni in Collegiatam Ven.Ecclesiæ Parochialis S.Petri Civitatis Vasti*; & quatenus affirmative.

II *An sit locus separationi dictæ Ecclesiæ S.Petri ab Ecclesia Parochiali, & Collegiata S. Mariæ Majoris dictæ Civitatis quoad Processiones, omnesque alias Functiones Ecclesiasticas, itaut quælibet Ecclesia illas exercere debeat in suo proprio Territorio in casu &c.*

Ad I. esse locum erectioni juxta modum exprimendum ab Eminentissimo Præfecto. Ad II. negative, & amplius.

VICENTINA IRREGULARITATIS. In supplici libello, quem Sanctissimo D. Nostro porrexit sub annum 1736. Sacerdos Caje- *Sess.14.cap.6. Sess.24.c.6. de Ref.*

jctanus Pasetti exposuit, se dudum una cum Joanne Orpheo natu majore jam uxorato, ac quinque habente Filios solicite studuisse, a proposito contrahendi Matrimonium cum quadam Muliere neutri eorum satis accepta divertere Josephum alterum communem Fratrem natu minimum, cumque parum ipsorum conatus profuissent, pluribusque insuper collatis fraternæ benevolentiæ officiis assequi non potuerint, ut ab urgenda Paterni assis divisione Joseph abstineret, tandem ejus votis obsecundantes portionem Bonorum ex equo obtingentem illi tradidere: Verum quia detrimentum aliquod Bonis aliorum Fratrum etiam post secutam divisionem a Josepho inferebatur, subjunxit, se illum monuisse, ne diutius hanc improvidam agendi methodum prosequeretur; sed ejusmodi monitionem, sive correctionem graviter adeo tulisse Josephum, „ che gli „ si avventò con parole improprie, e poi diede mano ad un Coltel- „ lo, qual puochi giorni avanti per atterrire gl' altri Fratelli con- „ tinuamente portava visibile, e se in quel punto non veniva ab- „ bracciato da un domestico, che ivi si trovava presente, avrebbe „ forse effettuatr il diſſegno di ferire il Fratello Oratore „ deinde vero, quibusdam in eodem libello recensitis cricumstantiis, quæ ad absolvenda inter Fratres reliquorum Mobilium divisioné posthac occurrerunt, notabilia hæc addidit verba ad Causæ decisionem potissimum expendenda „ Ridottasi finalmente al termine la „ divisione de Mobili restorono per fatalità due Crocifissi da divi- „ dersi, quali per riverenza della figura ricusarono li Stimatori „ farne la stima, dicendo, che frà Fratelli si accordassero, non „ ostante ciò, voleva l' Infelice, che deponessero il loro valore, il „ che fù sempre da Stimatori stessi ricusato; e per non avere ulte- „ riori stimoli, si avviorono fuori della Stanza, ed allora il Fratel- „ lo Maggiore per calmare l' animo inquieto del Minore gli fece „ diverse proposizioni, quali ne meno gli piacquero; allora l' Ora- „ tore, che per il passato mai aveva sopra tal disputa favellato, gli „ disse, che si lasciasse regolare, che non persistesse nella sua ostina- „ zione contro la ragione, ed il fatto, ed appena proferte dall'Ora- „ tore le parole, che gli disse d. Fratello Minore si voltò contro „ esso dicendoli, cosa vi entrate voi quì, che non siete addimanda- „ to, non mi fate alcuna paura, ed esprimendo tali parole fece un' „ atto minaccioso colla mano sinistra alla bocca, e colla destra alla „ scarsella, ove teneva il Coltello predetto; il che diede motivo all' „ Oratore di prendere altro Coltello seco per perseverare se stesso „ dalle sue barbare risoluzioni, per qual preservazione se n' era già „ antecedentemente munito. Conscio l' Oratore del torto, che fa- „ ceva il Fratello Minore all' amore ingenuo gli professava, alle „ sue vantaggiose esibizioni fattegli, e memore del tratto usatogli „ otto giorni avanti di dar mano al Coltello, come anche conside- „ rando, che l' insinuazione fattagli di placarsi al giusto non meri- „ tava le parole gli dissene li motteggi minacciosi, e ne meno il dar „ mano alla scarsella del Coltello, si sentì l' Oratore un bollimen- „ to di Sangue circondato dal timore, assalito dalla collera, e fu- „ rore, che l' acciecorno in quel moto il lume della ragione, die- „ de mano ancor esso al Coltello, e lo ferì con una ferita nella par- „ te sinistra, dalla quale puoche ore doppo morì munito de' Santis-

„ ſimi Sagramenti nel giorno 24. Luglio 1734.; Quibus ita expoſitis humillime eſflagitabat Orator *a contracta irregularitate ad Ordines, & Beneficia* diſpenſari.

Supplex hic libellus fuit de more ad Sacram hanc Congregationem remiſſus, cumque ſuper eo auditus fuerit Epiſcopus Vicentinus tunc temporis in humanis degens, literis ſub diem 29. Novembris ejuſdem anni 1736. datis reſcripſit, „ qualiter Joſeph Paſetti, qui „ alias ſemper cum præfato Sacerdote, ad Jo. Orphæo ejus Fratri- „ bus in communione Bonorum vixerat, volens Uxorem ducere, „ ſtatuit ab ipſis Fratribus ſejunctum vivere, qui quidem, cognita „ Joſephi voluntate, in ſeparationem abſque contradictione con- „ ſenſere. Hinc inſtituta, & pene completa jam erat Bonorum om- „ nium diviſio, nec dividenda ſupererant niſi quædam Mobilia va- „ loris exigui, cum ſuper hac die 24. Julii 1634. orta diſcordia in- „ ter ipſum Joſephum, & alios duos Fratres, creſcentibus hinc in- „ de verbis, prædictus Cajetanus Sacerdos videns Joſephum Fratrem „ valde iracundia concitatum eumdem complexus cultro, quem „ manu tenebat (non quidem data opera, ſed caſu, ſicut ipſe con- „ ſtanter ſemper aſſeruit) ita vulneravit, ut poſt paucas horas, con- „ feſſus tamen, ac extrema Unctione munitus, ex hac vita migra- „ verit. A Magiſtratu vocatus d. Cajetanus, conſummatiſque Pro- „ ceſſus actibus ſub die 5. Januarii anni currentis lata fuit contra ip- „ ſum Sententia Carceris per annos quindecim, verum ſub die 3. „ Maii ſequentis gratiam obtinuit integræ libertatis, ac liberationis --, nullaque animi ſui prolata Sententia, præfatus Epiſcopus ita concludit - *Hæc ex authenticis documentis accepta incomparabili Sapientia Eminentiarum VV. ea, qua par eſt, venerationes ſubiicio, ut hinc ea dignentur decernere, ac declarare, quæ magis ad Dei gloriam, Cleri ædificationem, ac Popularis cujuſcumque admirationis occaſionem removendam expedire videbuntur.*

Sub hujus Relationis præſidio pluries gratiam Diſpenſationis decurrente anno 1737. imploravit Orator, ſed nunquam exauditos e re ſua nuper eſſe putavit, Cauſam in Folio proponi, confidens, ex circumſtantiis moroſius enucleandis declarari poſſe ab hoc Sacro Senatu, irregularitatem non fuiſſe ab ipſo contractam, vel ſaltem Diſpenſationem ab illa ſibi fore facilius concedendam. Cum itaque juxta ejus preces duo mox ſubiicienda Dubia diſputare oporteat, non dedignentur Eminentiæ VV. reſcribere.

I. *An Sacerdos Cajetanus Paſetti Fratricidium, de quo agitur, incurrerit irregularitatem*; & quatenus affirmative.

II. *An ſit locus petitæ Diſpenſationi in caſu &c.*

Ad I. affirmative. Ad II. negative.

JUVENACEN. In Collegiata Eccleſia S. Michaelis Archangeli Oppidi Terlitii, quæ viginti quatuor, uti præfertur, Dignitatibus ſimul, & Canonicis conſtat, quæque pariter eſt receptitia, mos viget, ut omnes Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi Originarii Terlitienſes ipſius Eccleſiæ reditus, atque emolumenta participent, ita tamen ut, nulla Canonicis aſſignata peculiari Præbenda, proventus, & obventiones omnes inter Dignitates, Canonicos, ce- *Seſſ. 24. c. 12. de reſor.*

 teroſque,

terosque, quos vocant, Participantes hac ratione dividantur.

Scilicet Bona, quædam stabilia, sive certa ejusdem Ecclesiæ corpora in tot portiones, quot sunt Participantes, distincta singulis eorum, prævia Peritorum æstimatione super quantitate; & valore fructuum, qui ex ipsis percipi possunt, in speciem portionum capitularium tradi consuevere, præscripto unicuique certo Missarum numero, aliisque, quibus ea bona subjacent, injunctis oneribus: Reliqui vero præfatæ Ecclesiæ annui, certique reditus inter eosdem Participantes ad instar quotidianarum distributionum sub lege augmenti favore illorum, qui Choro, Divinisque diligentius intersunt Officiis, distribuendi reservantur; Emolumenta demum, quæ funerum, sive Anniversariorum occasione obveniunt, inter omnes pariter Capitulares sacris hisce functionibus tantum præsentes solent ex æquo partiri.

Cum autem nonnulli ex Capitularibus portionem Bonorum sibi obtingentem, vel negligerent recipere, vel semel acceptam aliquando dimitterent, Episcopus Vigiliensis munere Visitatoris Apostolici defungens, ut improvidam hanc agendi methodum compesceret, districte præcepit, ne ullus portionem, quæ sibi obtigisset, respuere, aut prius acceptam posset deinceps renunciare sub pœna privationis Vocis activæ, & passivæ, aliarumque omnium prærogativarum, & jurium quorumcumque capitularium, quibus contravenientes carere deberent, donec ad eadem jura non forent duabus ex tribus Capituli partibus in id consentientibus redintegrati.

Hujusmodi fretum decreto Capitulum sub mensem Maii anni 1730. resolutionem edidit, qua statuens primum, voce activa, & passiva, quotidianis distributionibus, aliisque emolumentis imposterum privandos esse illos omnes, qui capitularem suam portionem non detinerent, vocis activæ, & passivæ Juribus orbatum declaravit Canonicum Sylvestrum de Russo, prætereaque eumdem Choro licet, Divinisque Officiis incumbentem ad participationem quotidianarum distributionum, aliorumque emolumentorum admittere detrectavit sub obtentu, quod capitularem portionem, quam pridem ipse anno 1715. receperat, sub anno 1728. dimisisset.

Ab hisce Capituli gestis reclamavit usque ab anno 1734. ad hanc Sac. Congregationem Canonicus de Russo, super cujus querelis auditus Episcopus Juvenacensis, relata facti serie hactenus exposita, sententiæ suæ, quæ eidem Canonico suffragatur, rationes in hæc verba aperuit,, Puto enim Capitulum non potuisse denegare eidem
,, Canonico de Russo quotidianas distributiones, cetera emolumen-
,, ta, obventionesque mortuariorum, & eo minus vocem activam,
,, & passivam, quoniam Decretum emanatum a Visitatore Aposto-
,, lico non alloquitur de Canonicis, sed de aliis Sacerdotibus Capi-
,, tularibus Participantibus in eadem Ecclesia receptitia, & ita quo-
,, que de Diaconis, & Subdiaconis ejusdem, nec extenditur ad Ca-
,, nonicos, & præcipue quia observantia, & usus ita docuit post ema-
,, natum decretum Visitatoris Apostolici, optima enim legum in-
,, terpres est consuetudo, & cum eodem Canonico antea ita obser-
,, vatum fuit a mense Decembris 1728., ex quo renunciavit por-
,, tionem stabilium usque ad mensem Maii 1730., quo tempore ob-
,, tinuit quotidianas distributiones, & gavisus fuit voce activa, &

pas-

„ passiva, neque Capitulum cum sua nova Conclusione peracta in
„ eodem mense Maii 1730. facultatem *habebat*, aut *jurisdictionem*
„ illum amovendi a dd. prærogativis, cum sit Canonicus, cui de
„ jure, & in sua Bulla eidem concessa est vox activa, & passiva Ca-
„ pitularis, & distributiones quotidianas lucrari debet, quia caret
„ Præbenda separata, cujus vice succedunt quotidianæ distributio-
„ nes, & eo magis quia, si ea facultas daretur Capitulo, posset ad
„ sui libitum privare Canonicos iis prærogativis, & distributioni-
„ bus quotidianis, quorum provisio facta esset a S. Sede Apostolica,
„ & quoque ad evitandum absurdum, quia cum Sacerdotes sim-
„ plices, Diaconi, & Subdiaconi sunt numero majores omnibus
„ Canonicis, concluderent, sæpe sæpius simplices Sacerdotes con-
„ tra Canonicos, & cum dictus Canonicus de Russo sit probus un-
„ dequaque, & justus, & quotidie Divinis Officiis, & Choro assi-
„ stat, non meretur pœnam, quæ danda esset negligentibus.

Interea vero post præfixum Capitulo terminum ad sua deducenda jura in S. Congr., cum decesserit Canonicus Joseph de Feo, atque per ejus obitum portio quædam Capitularis vacaverit, sæpedictus Canonicus de Russo contendens, eamdem portionem, sibi tanquam antiquiori jure optionis debitam esse, proindeque; nulliter, ac injuste, triduo ad effectum optandi dato nondum elapso, fuisse a Canonico Joanne Baptista Lopez occupatam, præter duo Dubia, in quorum disputatione confidit, decernendam sibi fore restitutionem omnium distributionum, aliorumque emolumentorum hactenus a Capitulo retentorum, irritumque declarandum fore ejusdem Capituli Decretum, quo voce activa, & passiva privatus fuit, postulat quoque sub tertio Dubio, ut enunciata Capitularis portio per obitum Canonici de Feo vacata sibi adjudicetur.

Neque Capituli, neque Canonici Lopez nomine quidquam hactenus allatum est; Dignentur itaque EE. VV. statuere.

I. *An distributiones, & cetera emolumenta sint restituenda in casu &c.*

II. *An privatio Vocis activæ, & passivæ sustineatur*, & quatenus negative.

III. *An Portio Capitularis vacata per obitum Canonici Josephi de Feo debeatur Canonico Sylvestro de Russo in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam.

Die Sabbathi 10. Maii 1738.



JANUEN. MATRIMONII. Inito sub annum 1726. Matrimonio inter Joannem Andream ab Auria tunc Comitem Lodani nunc vero Principem Melphii, & Theresiam ab Auria Filiam Ducis Thursiæ, decem circiter annorum spatio etiam quoad thorum prænobiles isti Conjuges cohabitarunt; At sub initium anni 1736. præfata Theresia, uti præfertur, e Thalamo secessit; deindeque, superiori nempe anno, curavit ipsius nomine porrigi Sanctissimo D. Nostro supplicem Libellum, in quo exponens, *come fino dall' anno* 1726. *fù costretta a contrarre Matrimonio* in faciem Ecclesiæ *col Conte di Loano contro sua volontà, per meto riverenzia- le ver-* *Sess. 24. c. 1. de ref.*

li verso il Duca Doria suo Padre, -- Qual Matrimonio però non è stato mai consumato dall' Oratrice per il detto motivo di nullità per mancanza di consenso libero, -- Sanctitatem suam exoravit ,, a degnarsi ,, voler dispensare sopra il sudetto Matrimonio rato , e non con- ,, summato, e restituirla allo stato della primiera libertà con dirig- ,, gere l' esecuzione della Grazia a Monsig. Arcivescovo di Ge- ,, nova in forma commissaria.

Cum autem Sanctissimus Pater Sacrum hunc Consessum super ejusmodi precibus consulere duxerit, Sacer idem Senatus dictum supplicem Libellum, ut de contentis in illo, servatis servandis, edoceretur, ad Archiepiscopum Januensem transmisit. Quia vero interea temporis Libelli præfati exemplar ad Oratricis manus devenit, timens ista, ne suæ petitioni obesse possent verba ibidem ab ejus Extensore apposita, -- *Quale Matrimonio però non è stato mai consummato dall' Oratrice per il d. motivo di nullità per mancanza di consenso libero*, juratum emisit declarationem, in qua, repetito reverentiali metu erga Patrem, cujus impulsu asseruit, controversum Matrimonium iniisse invitam, expositisque ejusdem metus quibusdam peculiaribus circumstantiis, *ita se explicuit* ,, Durante ,, qual lungo tempo di sudetta coabitazione e condormizione nel- ,, lo stesso Letto, d. Signor Conte ha tentato più volte di consum- ,, mar meco il Matrimonio, ma senza alcun' effetto, quantunque ,, vi abbia avuto tutto il commodo,& hò conosciuto, e conosco da ,, sì lunga esperienza, che d.Sig. Conte è stato impotente a con- ,, summarlo, per lo che credendo, che non dovesse il medemo ,, mettere in dubbio la sudetta non consummazione, stimai, che ,, dovesse riconoscere per atto di mia attenzione la circonspezione ,, usata nel mio ricorso di dimandare la Grazia della dispensa del ,, sudetto Matrimonio non consummato principalmente per moti- ,, vo di sudetta nullità del medemo per mancanza di consenso li- ,, bero; qual grazia per altro hò inteso, ed intendo implorare non ,, solo per il sudetto motivo, ma anche per quello dell' impotenza ,, di detto Sig. Conte, e per l' insuperabile avversione, & invinci- ,, bile orrore, che hò verso il medemo, e per ogn' altro motivo, ,, che sia valevole a muovere la Santa Mente di Nostro Signore.

Post hæc advenit extrajudicialis Archiepiscopi Informatio, quam subinde jussus fuerat quanto citius transmittere, ut aliqua meritorum Causæ cognitio promptior haberetur, cumque in ea distincte recenseatur tota rei series ad sæpedictum pertinens Matrimonium, prætereaque ibidem differatur tum de Juribus, & documentis quibus nomine Oratricis contenditur satis probari, Matrimonium fuisse initum ex reverentiali metu erga Patrem, illudque nunquam fuisse ob naturalem viri impotentiam consummatum, tum alia plura referantur a Principe Melphii exposita, quæ, & assertum Mulieris metum excludere, & pluries secutam ejusdem Matrimonii consummationem evincere posse putantur, utrinque cæpit urgeri Causæ propositio. Verum quia nomine Principis Melphii disputari postulabatur hoc tantum Dubium, -- *An sit locus prætensæ dissolutioni Matrimonii, seu potius coactioni pro continuatione habitationis, & præstationis obsequiorum Matrimonialium*, ex altera vero parte voluisset dumtaxat discuti, *An sit consulendum Sanctissimo pro dispen*

dispensatione Matrimonii rati, & non consummati -- , Eminentissimi Patres, ad quos Collitigantium instantia remissa sunt, in Congr. diei 15. Martii proxime præteriti statuerunt, tria mox describenda Dubia proponi debere. Eorum igitur examen, perpensis juribus in utramque partem late adducendis, hodie oportet assumere.

I. *An sit locus prætensæ Dissolutioni Matrimonii;* & quatenus negative.

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio tamquam rato, & non consummato:* & quatenus negative ad utrumque.

III. *An sit locus coactioni ad præstanda obsequia Matrimonialia in casu &c.*

Dilata, conficiatur Processus juxta instructionem per Judicem delegandum ab Eminentissimo Præfecto, & fiat recognitio corporum Mulieris Romæ, Viri autem in loco designando ab eodem Eminentissimo juxta mentem cum præfixione termini duorum mensium dicto Viro ad se subiiciendum præfatæ recognitioni computandi a die faciendi Decreti, & in reliquis ad eumdem Eminentissimum Præfectum cum facultatibus necessariis, & opportunis.

Ad petitionem Episcopi Gerundensis, & Archidiaconi Cathedralis vulgo nuncupati *de Rogationibus* fuerunt in Congregatione diei 19. Aprilis hodierno examini reservatæ binæ Causæ, quæ mox describentur. Resumpto itaque Folio tunc distributo, rogantur Eminentiæ VV. decidere.

GERUNDEN. EXEMPTIONIS. Seß.6. Cap.4. Seß. 25. c.6. de ref.

I. *An constet de generali exemptione Capituli a jurisdictione ordinaria Episcopi in casu &c.*

II. *An dictus Episcopus procedere teneatur contra Capitulares extra Visitationem cum duobus Adjunctis ad formam Cap.6. Seß.25. de Ref. & in Visitatione Cathedralis, dictorumque Capitularium per se ipsum dumtaxat ad formam Cap.4. Seß.6. de Ref. in casu &c.*

III. *An dictus Episcopus in atrocibus procedere possit etiam sine Adjunctis contra dictos Capitulares, seu potius contra eosdem procedere debeat Episcopus Vicensis in casu &c.*

IV. *An occasione Visitationis Capituli, & Cathedralis Episcopus eam terminare teneatur quam citius, nisi fuerit legitime impeditus, seu potius, postquam fuit incæpta procedendo ad extraneos actus, eamdem ad libitum differre valeat in casu &c.*

V. *An dictum Capitulum subiiciatur Constitutionibus Synodalibus, sive aliis legibus etiam per Edicta panditis ab Episcopis absque illius consilio, & assensu, vel potius editis cum ejusdem consilio tantum in casu &c*

Non proposita cum sequentibus.

GERUNDEN. JURISDICTIONIS. Sess.6. c.4. Sess.24. c.16. & Sess.25. c.6 de ref.

An quoad III., & IV. Dubium sit standum, vel recedendum a Decisis die 12. Februarii 1729. in casu &c.

ROS-

Sess.24. c.12. de ref.

ROSSANEN. SERVITII CHORI. Discussa hac Causa sub tribus Dubiis conceptis -- I. *An in omnibus diebus Dominicis, & Festis omnes Dignitates, Canonici, & alii de Capitulo Missæ Conventuali, aliisque Divinis Officiis interesse debeant; vel potius eis liceat etiam præd. diebus per quartariam inservire, per assistentiam nempe unius Dignitatis, quinque Canonicorum, & sex Presbyterorum Participantium*; & quatenus affirmative quoad primam partem -- II. *An sit locus argumento distributionum, quomodo, & in qua summa*; & quatenus affirmative -- III. *An donec idem augmentum non fuerit factum, teneantur omnes dictis diebus Dominicis, & Festis Choro, & Ecclesiæ inservire in casu &c.*, -- sub diem 1.Martii proxime præteriti prodiit Resolutio -- *Ad* I. *Affirmative quoad primam partem, & Negative quoad secundam Ad* II. *Habebitur ratio in casu recursus cum opportunis documentis. Ad* III. *Affirmative* -- Cum autem Capitulum jura, quæ tunc non proposuit, in hodierna Congr., impetrato novæ Audientiæ beneficio, oportet experiri, Eminentissimi PP. dignabuntur statuere.

An r & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Sess.24. c.3. de ref.

TUDERTINA SPONSALIUM. Cum Anna Bartoccini Noverca Annæ Mariæ Lanzi domum Tiburtii, & Josephi Fratrum de Mascis, penes quos eadem Anna Maria eorum Neptis tunc decimum tertium circiter ætatis annum agens, utroque Parente orbata educabatur, ex condicto Bonaventuræ Bartoccini germani sui Fratris adierit, subindeque, eamdem Puellam die 30. Maii 1735., qua alterum, post Dominicam Pentecostes, Festum dicto anno celebrari contingebat, ad Parochialem Ecclesiam S. Salvatoris Civitatis Tudertinæ una cum quibusdam aliis mulieribus dictorum Fratruum de Mascis consanguineis, & familiaribus traduci curavit, memoratus Bonaventura hac utens occasione, Puellæ prædictæ voluntate, & consensu super Matrimonio inter ipsos ineundo, ut asseritur, habitis, sponsalitium anulum in ejus digitum immisit, quod tamen, ubi primum rescivere prædicti Fratres de Mascis, tamquam reos criminis raptus Annam, & Bonaventuram Bartoccini coram Vicario Generali Tudertino postularunt. Sed Vicarius præfatus, viso examine plurium Testium „ uno ore deponentium nullam vio-„ lentiam illatam fuisse dictæ Annæ Mariæ Nepti præfatorum de „ Mascis, nec per dictum Annam Novercam, neque per alios, nul-„ lamque violentiam illatam fuisse prædictis de Mascis, ad finem „ ut d. Noverca secum duceret dictam Annam Mariam, bene ta-„ men constare tam ex depositionibus supradictæ famulæ nominati „ Ludovici Bonelli, Dominici quondam Raynerii de Castro S. Te-„ rentiani, & Liberati quondam Francisci de Tuderto Testibus „ præsentibus impositioni anuli voluntatem, & complacentiam „ prædictæ Annæ Mariæ de contrahen. Sponsalia cum d. Ventura „ tam ex votis dictæ Annæ Mariæ, quam de permittendo imposi-„ tionem anuli fact. eidem per d.Venturam - *nec non considerato in* „ *facto* --, quod dicta Puella, si repugnantiam aliquam haberet se „ associandi cum dicta Noverca, & non consentiendi impositioni „ anuli, cum erat associata cum dicta Rosa uxore dicti D. Tiburtii, „ ejus famula, & filiabus, verisimiliter peracti essent per eam actus

repu-

,, repugnantes, videlicet petendi auxilium a dicta Domina Rosa, ,, vociferando saltem, qui actus in Processu non constant, bene ,, vero ejus voluntas; ac etiam consideratis, quod dicta Rosa prohibuerit dictæ Novercæ,& Annæ Mariæ, ne accederent amplius ,, ad domum dictorum de Mascis, ut deponit jam dicta famula,ob ,, quem finem insimul abjerunt,obedientia exercita tam per dictam ,, Novercam, quam per dictam Annam Mariam, dum nominati ,, D. Antonius de Gregoriis Cognatus dicti D. Tiburtii, & Franciscus Agnus dei, Soror pariter dicti Tiburtii obviam fecerunt ,, dictis Mulieribus, eisdem dicendo, ut irent insimul cum ipsis ad ,, domum dicti D. Antonii Gregorii, Juribus exhibitis pro parte ,, dicti Venturæ in actu suæ spontaneæ præsentationis probantibus ,, voluntatem dicti quondam Lantii de collocando d. Annam Mariam ejus Filiam in Matrimonium cum d. Ventura -- , *sub diem* ,, 23. *Junii* 1735. *definitiva sententia declaravit primum*, constare ,, de Sponsalibus contractis inter dictam Annam Mariam cum dicto Ventura, *deinde vero*, ipsis Sponsalibus firmis remanentibus, ,, *pronunciavit* fore, & esse dictos Annam, & Venturam absolvendos, & liberandos pro imputatione dicti Raptus, & obviationis, ,, & pro absolutis, & liberatis haberi *voluit*, *&* *mandavit*, Fisco ,, pro tali Causa perpetuum silentium imponendo.

Interjecta postmodum nomine Fratrum de Mascis,necnon ipsius Annæ Mariæ adversus hanc sententiam appellatione ad A. C. in Criminalibus, eadem Sententia primum confirmari promeruit, deinde vero, Causa reproposita, ac jura sua non deducente Bonaventura prævio recessu a decisis,revocata fuit: At demum remissa ad Sacrum hunc Consessum inspectione, num de controversis sponsalibus constet,hodie instant Collitigantes pro decisione Dubii, quod infra decribetur.

Præter Testium depositiones in præinserta Sententia enunciatas,ad hujus controversiæ definitionem,plures occurrunt expendendæ declarationes abAnna Maria emissæ,& præsertim formale illius examen, in quo sub diem 17. Junii 1735. coram Vicario Generali constituta ad interrogationem hanc, -- *An ipsa Anna Maria sciebat,quod in die lunæ* 30. *proxime elapsi Mensis Maii veniebat Ventura prædictus ad ponendum anulum ipsi Annæ Mariæ, & quatenus sic, an ipsa erat contenta impositionis dicti anuli* --, in hæc verba respondit, -- *Io sapevo benissimo,che detto Ventura veniva il Lunedì seconda festa di Pasqua Rosa à ponermi l'Anello, perche me l' aveva detto Anna mia Madregna, ed io n'era contenta, e di fatto me lo pose sotto alla Chiesa di S.Salvatore vicino al Pozzo,che stà nella Strada, & Io n'era contenta, e non ritornai in Casa del Signore Tiburzio Masci mio Zio,dove io stavo, e da detta Casa uscii insieme con detta mia Madregna, con la quale io stavo intesa di farmi porre detto Anello dal predetto Ventura, e me n'andai con detta mia Madregna in Casa di Felice Sartore,da dove poi io di mia volontà insieme con mia Madregna me ne volevo andare a Ripa bianca in Casa mia lasciatami da Pietro mio Padre,e poco dopo nell'uscir,che facessimo,fu carcerata la Madregna,& Io fui presa per forza dal Sig. Antonio Gregori, il quale mi condusse a Casa sua, dalla quale poi fui ricondotta in Casa di d. Sig. Masci mio Zio* --, subinde vero interrogata, *ut dicat, ob quam causam ad præsens ipsa*

Anna Maria non habeat voluntatem contrahendi Matrimonium cum d. Ventura --, hoc dedit responsum, -- *Io intanto dico presentemente che non voglio contraere Matrimonio con d. Ventura, perchè sò, che è disgusto de' miei Parenti che, se fosse stato, e fosse præsentemente di consenso de' miei Parenti, volentieri lo prenderei.*

Præterea ponderandæ sunt binæ Relationes ab Episcopo Narniensi, & altera ab Episcopo Tudertino super eadem re datæ. Scilicet Episcopus Narniensis pro informatione requisitus a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium negociis præposita super quibusdam supplicibus Libellis tam nomine ejusdem Annæ Mariæ, quam dictorum Fratrum de Mascis de asserta controversorum Sponsalium violentia conquerentium porrectis die 2. Septembris 1735. ita rescripsit -- *Non essendo il fatto espresso in detti Memoriali colle circonstanze enunciate successo nella mia Diocesi, altro non posso riferire, che il detto Don Giuseppe con licenza di cotesta Sagra Congregazione due mesi fà incirca pose per Educanda nel Monastero di S. Catarina della Terra di S. Gemini mia Diocesi la sud. Anna Maria Lanzi sua Nipote, avendo adempite tutte le condizioni espresse in detta Licenza, ed essendomi portato ultimamente in S. Gemini in persona, ed avendo esplorato diligentemente la sudetta Zitella, che avrà anni 13. incirca, mi hà asserito constantemente essere vero tutto l'esposto ne sudetti due Memoriali, e che essa è venuta volentieri, e stà volentierissimo in detto Monastero, e che non vuole in niun conto per Sposo quello, che li voleva dare la sua Madregna, ne averlo voluto mai, che per la poca età ora non vuole risolvere cosa alcuna sopra detto suo stato. Io hò fatto ordine espresso alla Badessa, che non faccia parlare con veruno la sudetta Zitella, la quale in S. Gemini non hà ne parenti, ne amici, ed il Monastero e osservantissimo, e ritiratissimo, essendo del primo Ordine di S. Chiara --*, die vero 29. Julii 1737. jussus Sacram hanc Congregationem instruere, denuo retulit, voluntatem sæpedictæ Annæ Mariæ rursus per suum Vicarium Generalem explorasse, compertumque habuisse, quod eadem Anna Maria *magis, magisque constans existit in proposito non nubendi viro signanter prælaudato nempe Bonaventuræ, quodque a Noverca fuerunt in ipsam exercitæ violentiæ, & importunæ suasiones, ad hoc ut Sponsalia cum d. Bonaventura ejus fratre contraheret--*, sub finem ita concludens -- *Quibus stantibus (quatenus res ita se habeat, ut ipsa Oratrix tam mihi, quam meo Vicario Generali narravit) essem in sensu, non constare de Sponsalibus, tanquam violenter initis cum Puella tunc tresdecim annorum circiter, in qua malitia non supplebat ætatem, necnon procedendum esse contra illius Novercam, a qua importunæ sensiones, & violentiæ causam duxerunt.*

Tudertinus autem Episcopus pariter jussus de tota rei gestæ serie Sacram Congregationem edocere, in sua epistola sub datum 10. Decembris 1737. transmissa, nititur primum sententiam sui Vicarii Generalis ab impicta nota invaliditatis, & injustitiæ vindicare, deindeque suam sententiam hisce verbis aperit -- *Idcirco, cum EE. VV. dignatæ sint in suis ad me transmissis literis præcipere, ut meum sensum in hac Causa addam, audeam dicere, congruam a me existimari Puellæ Sponsæ a Monasterio, in quo degit, & in quod ab Avunculis suis, quorum ipsa reveretur gradum, quosque quodammodo timet, translatio-*

lationem ad aliud aliquod Monasterium, extra tamen hanc Diœcesim, ut in hoc tale Monasterium ingressa post aliquam in illo moram explorata magis sui juris, & libera existens, magis etiam libere explorata ab aliquo probato viro voluntatem suam circa prædictorum Sponsalium observantiam explicet, atque declaret.

Omnibus itaque perpensis una cum juribus in utramque partem afferendis, onus erit EE. VV. rescribere.

An constet de Sponsalibus in casu &c.

AVENIONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Frater Silvester a S. Elisabetha Clericus professus Ordinis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini pridem in Sæculo nuncupatus Ludovicus Joseph Cordeil Professionem suam in ea Religione emissam, veluti per vim, & metum sibi extortam, nullitatis vitio laborare contendens, sub Mensem Aprilis superioris anni 1737. supplicavit Sanctissimo, ut sibi adversus lapsum quinquennii impertiretur beneficium restitutionis in integrum, cujus præsidio memoratam nullitatem, servata consueti judicii methodo, posset proponere; Cumque ejus preces fuerint Sacræ huic Congregationi remissæ, jussus est Archiepiscopus Avenionis, ubi Orator religiosa edidit vota, Processum de more conficere, audito Superiore locali, tributa quoque eidem Archiepiscopo facultate subdelegandi Judicem in Civitate Massiliensi, in finem recipiendi examen Testium, qui asserebantur ibidem degere de tota rerum gestarum serie cumulatius instructi. *Sess. 25. cap. 9. de regul.*

Mandatis ejusmodi obsequutus Archiepiscopus transmisit nuper Processum, cujus summa ex concordi plurium Testium Massiliæ examinatorum depositione eruta, ac presertim eruta ex judiciario, ut ajunt, Constituto ejusdem Fratris Silvestri, qui multis, accuratisque interrogationibus Promotoris Fiscalis coram ipso Archiepiscopo, & Priore Conventus sibi factis respondit, hæc esse videtur, nimirum, quod pubertatis annos vix Orator excesserat, quam gravia ob verbera, aliasque sævitias, quibus sæpesæpius domi excipiebatur a Josepho Patre duræ indolis homine, & ad iram, furoremque proclivi, cœpit secum animo cogitare, ut religiosum susciperet habitum in Conventu Avenionensi Patrum Excalceatorum Ordinis S. Augustini, quemadmodum reipsa sub diem 13. Decembris 1727. a quadraginta tantum diebus decimum quintum ætatis suæ annum prætergressus illum induit.

Hoc autem regulare Institutum declarat Orator in suis responsionibus ad enunciatas Promotoris Fiscalis interrogationes datis, neque ullo piæ affectionis impulsu suscepisse, neque ad illud amplectendum directe a suo Genitore fuisse coactum, sed in eam devenisse deliberationem, ut paternis austeritatibus sese subtraheret, experturus per annum Novitiatus, num posset in dicto Ordine profiteri. At sexto mense a die memorati ingressus in Religionem vix transacto, cum ardua ejus præcepta sustinere nequiret, pluries petiit, sibi permitti egressum e Novitiatu, quem tamen, tum detrectantibus primum Priore, & Magistro Novitiorum, tum gravissimis usque ad necem minis subinde illum deterrente suo Genitore etiam per organum Matris, exequi nequaquam potuit. Quocirca firmus in proposito re-

ligiosa claustra deserendi secum ipse statuit, vitam regulari instituto, ac disciplinæ in Novitiatu servandæ parum consonam ducere, ut a Superioribus expelleretur. Verumtamen, etsi brevi ea perpetraverit, ob quæ Frater Petrus a S.Maria tunc temporis Novitiorum Magister apposite postulasset a Religiosis capitulariter congregatis Novitium hunc veluti maleferiatū e claustris eiici, res tamen ex ipsius sententia non successit, dum Religiosi illius Conventus Capitulum constituentes, ut obsecundarent Patri, noluerunt Filium dimittere, indeque factum est, ut memoratus Frater Petrus Chrisologus, ne diutius huic indocili præesset discipulo, Novitiorum Magistri munus dimiserit.

His itaque se habentibus, cum Patris minæ non cessarent, cumque bini effluxissent menses post integrum Novitiatus annum, tandem Orator die 18. Martii 1729. Professionem emisit, in qua tamen ineunda protestatur, se tantam, ac adeo fortem habuisse repugnantiam, ut omnes Genitoris sui minas debuerit eo momento sibi repræsentare, quibus ad actum illum apparenter explendum induceretur, Declarat præterea, se nunquam habuisse animum, Professionem illam ratificandi, quin vero nedum sæpissime Condiscipulis Religiosis patefecisse voluntatem deserendi claustralem vitam, sed in hunc quoque finem, post triennium circiter a die Professionis emissæ, consensum enixis precibus flagitasse a Patre, ut sese ab ejus vinculo dissolvere posset.

Verum conatibus suis apud Genitorem in irritum cessis, cum prope jam instaret terminus quinquennii, quo elapso, difficiliorem sibi fore prævidebat optatum e Religione egressum, pluribus aliis eousque inutiliter tentatis mediis, decrevit tandem e claustris fugam arripere, & ad Insulas Americanas, ubi Frater suus germanus degebat, cum duobus ejusdem Ordinis Religiosis sese transferre; At, cognita ejus fuga. propositum iter non valuit perficere coactus Apostasiæ pœnas in Conventu Massiliensi subire.

In eo rerum statu licuit ipsi tandem, propriam Matrem ad ostium Conventus evocatam alloqui, cumque ab illa obtinuerit, ut promptam sese offerret, de violentiis ei illatis testimonium perhibere, una cum Matris attestatione alia in idem conducentia documenta, Patre tamen semper reluctante, sibi parare curavit. Interea vero cum acciderit, sæpedictum Oratoris Patrem deseruisse Uxorem, totamque Familiam, liberior facta inde est eidem Oratori potestas instituendi judicium, quod opportuna suorum Superiorum licentia munitus in Urbe degens, & in Claustris sui Ordinis constitutus modo promovet.

Hæc, quæ potissimum fuerunt excerpta ab effusa Oratoris narratione coram laudatis Archiepiscopo Avenionensi, & Priore Conventus expleta, plerisque in gravioribus circumstantiis comprobantur ab Elisabetha Daniel Oratoris Matre, a Maria Magdalena Daniel ejusdem matertera, & a Jo.Baptista Cordeil ejus Fratre natu minori, itidemque quoad multos actus patefacientes animum Oratoris longe alienum a voluntate perseverandi in Religione consona sunt responsa ab ipsomet Patre, necnon a pluribus ejusdem Ordinis Religiosis formiter examinatis data. Inter hos autem cum peculiaris facta fuerit mentio Fratris Petri Chrisologi, qui olim Magistri Novitiorum munere fungebatur, non abs re est, hic referre ejus Epistolam ad Orato-

Oratorem conscriptam, in qua sic habetur -- *Si credidisses, mihi carissime frater Silvester, non esses in Tribulationibus, in quibus ades, non ignoras, me totum possibile fecisse, ut persuaderem tibi met ipsi in conscientia, & Communitati te nullam omnino pro statu religioso vocationem habere, non obstantibus repræsentationibus meis, professionem emittere voluisti, & Religiosi Communitatis nimium obsecundaverunt, saltem major numerus, ut acquiescerent injustis tuis desideriis, verum quod fieri poterat, Patrem maximam habere partem resolutionibus tuis, vividis minis, quas tibi incussit in iræ furoribus, cum exire cupiebas; Sed hæc non fuit ratio, quæ te ad professionem emmittendam coegit, satis tranquilliter, & satis voluntario emisisti sine ulla, nec coactionis, nec violentiæ nota. En Testimonia, quæ reddere possum, & mea ad tuam epistolam responsio.*

At quia tenor hujus Epistolæ parum arriserat Oratori, novas iste dedit literas d. Fratri Petro Chrisologo, quibus exponens, quod, licet palam apparuerit, se satis libere professionem emisisse, quia tamen suum dumtaxat erat de interno judicare, *unum adhuc est*, inquit, *quod abs te postulo declarari, dum veritas purissima est quod nempe non ignoras, me sæpissime fecisse, quidquid poteram, ut tibi displicerem, quod millenis vicibus tibi obedire detrectabam, quodque tu irreligiosæ vitæ meæ demum pertæsus petiisti in Fratrum Capitulo, ut expelleret, cumque tuæ huic petitioni Patres non annuerint, adhuc non desiisti instare, ut haberetur scrutinium, quod pariter tibi denegatum fuit, jubente Patre Mattia Capitulum absolvi, meæ gubernationis cura posthac delegata P. Bonifacio, qui tempore Professionis a me emissæ Magistri Novitiorum munere defunctus est. In consultatione a me habita pro negocio meo dictum mihi fuit, quod hujus rei declarationem abs te obtinere bonum esset, pro ea itaque impetranda libertatem assumpsi scribendi tibi, plane confisus, quod hanc mihi gratiam non sis denegaturus, cum te ultro veritatis amicum semper agnoverim* -- Huic vero petitioni annuens d. Frater Petrus Chrisologus ad calcem earumdem literarum Oratoris hæc proprio charactere addidit verba -- *Subscribo libenter, mi charissime Frater Sylvester, iis omnibus, quæ in hac Epistola mihi perscribis, quia talis est veritas, & sum perfectissime tuus humillimus Servitor Frater Petrus Chrisologus a S. Maria Augustinianus Excalceatus, & Sub-Prior Conventus S. Petri Aquensis -- Datum Aquis Sextiis hac die 20. Decembris 1736.*

Ejusmodi literæ originales formiter recognitæ conjunctim cum memorato Processu fuerunt ab Archiepiscopo Avenionensi ad hanc Sacram Congregationem transmissæ, veluti e numero documentorum, quibus curavit Orator se communire, antequam judiciariam hanc actionem institueret. His itaque, ac præmissis omnibus perpensis unacum juribus per Defensorem, a Congregatione S. Ivonis pauperi huic Oratori datum latius exponendis, quibus Religio non contradicit, rogantur Eminentiæ VV. declarare.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

ACERNEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM, ET JUBILATIONIS. Philippus Ragone alter ex viginti Canonicis, quibus præter quatuor Dignitates constat insignis Collegiata Ecclesia S. Petri Montis Corvini, in supplici libello ad Episcopum dato expo- *Sess. 25. c. 9. de ref.*

exposuit, se unum supra septuagesimum agere annum, servitium præfatæ Ecclesiæ continuum, ac laudabile spatio quadraginta annorum præstitisse, pluribus jam vero morbis, & præsertim cancrenoso ulcere in dextero oculo ita vexari, ut tum ob ingravescentem ætatem, tum propter dictas infirmitates nequiret amplius Choro interesse, Ecclesiæque servitio incumbere, proindeque supplicavit eidem Episcopo, ut sibi indulgeret a residentia abesse, adeout, quamvis absens, Canonicalem suam Portionem, quotidianas distributiones, & quidquid ad ipsum spectaret, si Choro inserviret, lucrari posset; idem vero Episcopus sub diem 1. Martii 1736. ita rescripsit -- *Attentis narratis, concedimus Oratori licentiam absentiæ ad se omnino curandum, cum facultate, durante ejus infirmitate, sive curatione propter causam supra expressam, percipendi fructus, & reditus Canonicales, tam ex stabilibus divisis inter RR. Canonicos enunciatæ Collegiatæ, quam indivisis, & remansis penes Reverendissimum Capitulum, ejusque Procuratorem, cum onere tamen satisfaciendi trino annuarum Missarum, & Anniversariorum ad instar aliorum RR. Dignitatum, & Canonicorum præsentium, & residentium, expresse tamen exceptis Distributionibus manualibus, Anniversariis, & suffragiis funeralibus, & similibus, in quibus totius fere R. Capituli interventus accersitur, quia tunc lucrantur tantum præsentibus, & interressentibus, juxta Decreta Sacri Concilii Tridentini*.

Animadvertens autem memoratus Canonicus Ragone, Summum Pontificem Honorium II. *in Cap. Ad Audientiam de Cleric. non resident.*, & Bonifacium VIII. *in Cap. unic. eod. tit. in 6.*, post constitutam regulam, quæ a fructibus, & distributionibus quotidianis percipiendis arcet eos, qui non resident, ac Divinis non intersunt Officiis, excepisse Canonicos, aut Beneficiatos illos, *quos infirmitas, seu justa, & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaret*, Episcopum vero in præmisso Rescripto statuisse, ne ille tempore suæ absentiæ causa curandi dictas infirmitates posset quotidianas distributiones, aliaque emolumenta ex Anniversariis, & Funeralibus obvenientia percipere, satius putavit ad Supremum hunc Senatum confugere, atque ab ipso Jubilationis Indultum propter assiduum, & laudabile servitium 40., & ultra annorum spatio præstitum concedi consuetum implorare.

Ad ineundam itaque deliberationem super ejus precibus ter fuit auditus Episcopus, qui in prima Relatione sub diem 15. Maii 1736. transmissa narravit, se paterno amore alloquutum fuisse Oratorem, cui considerandum proposuerat, *quod, cum servitium hujus Collegiatæ adimpleatur per quatuor hebdomadas, quisque Canonicus non priusquam pro quarta parte Mensis, atque anni tantum inservit, additisque aliis diebus primæ, vel secundæ classis, aliarumque functionum nunquam impletur pro medietate anni, ideoque decursus quadraginta duorum annorum vix computari poterit pro viginti*: addens præterea, causas ab Oratore in supplici libello expositas eidem impedimento non esse, quominus & domesticis invigilet negotiis, & si qua sese offert occasio aliquod percipiendi emolumentum, alias adeat Ecclesias, quibus expositis, concludit, *quod, si aperietur via Indulto Jubilationis, complures Canonici æqualis ætatis, & exactioris forsan servitii ejus exemplo apud EE. VV. exclamabunt supplican-*

cantes pro consimili gratia: Ecclesia destituetur servitio renuentibus aliis supplere pro deficientibus vix pro sua quarta parte mensis, & anni implendo gementibus, & cum jurgiis.

In secunda vero Epistola sub diem 12. Decembris 1737. refert, se competentem terminum assignasse Capitulo ad sua jura deducenda in Sacra Congregatione, idemque Capitulum non omissurum petito Jubilationis indulto adversari, *clare exponendo notabile detrimentum servitii Ecclesiæ, aperiendo viam non paucis, sed pluribus majori servitio, & qualitatibus decoratis, majorisque meriti ad obtinendam Jubilationem, cujus effectus erit Psalmodiam Ecclesiæ vertere in nugas, detractiones &c. otiando per vicos, & plateas*; & tandem in tertia novissime recepta nonnullas facti circumstantias quas ait antea satis non advertisse, in hæc verba recenset: *Itaque prædicta Collegiata Ecclesia ex viginti quatuor Canonicis constat, inclusis quatuor Dignitatibus, eique adnexæ olim, & unitæ fuerunt tres Parochiales in pluribus dissitis, & distantibus Pagis existentes; ultra Curam Animarum ipsius Collegiatæ adnexam Archipresbyteratui, quæ septem Pagos complectitur, nempe Rovellæ, Stratæ, Castiuli, Votraciorum, Clareiliorum, Martorani, & Marangiorum. Servitium vero Canonicorum, & Dignitatum dictæ Collegiatæ ex antiquissima consuetudine partitum reperitur in quatuor hebdomadas, tam intuitu dd. Curarum, quam habitationis* Canonicorum *sparsim dictos Pagos incolentium: ita ut servitium omnibus simul singulis hebdomadibus admodum difficile redderetur; quapropter sex tantum Dignitates, & Canonici singulis hebdomadibus fuerunt onus Servitii Choralis; propterea quod, vel ob infirmos, vel absentes, aut nolentes, aliosve impeditos frequens est in Choro psallentium deficentia; itaut in nonnullis hebdomadibus coactus fuerim Ecclesiam cum meis Familiaribus adire, & non interessentium partes adimplere. Interea nunc temporis quatuor sunt absentes, inter quos Archipresbyter prima Dignitas actualem Animarum curam habens, septem sæpe infirmi, Senes cum servitio quadragenario, vel ultra sunt septem, aut octo.*

Cum itaque memoratus Canonicus Ragone suam adhuc urgens petitionem duo, veluti sibi tum jure, tum ex æquitate debita, postulet, nimirum quotidianas omnes distributiones a tempore, quo coactus fuit causa assertæ infirmitatis a Chori, Ecclesiæque servitio abesse, hucusque decursas, & amplum Jubilationis Indultum, quod assiduo, laudabilique Ecclesiæ suæ servitio ultra quadraginta annos præstito putat demeruisse, Capitulum vero utrique petitioni contradictorem se præbeat, bina, quæ mox describentur Dubia, ex juribus hinc inde afferendis, necnon ex iis, quæ alias in jure adnotata fuere *in Calaguritana Jubilationis* 18. *Aprilis* 1733., *in Colonien. Indulti* 22. *Maii* 1734., *in Fundana Distributionum, & Fructuum* 3. *Julii ejusdem anni, in Mantuana Jubilationis* 23. *Februarii, & in Constantien. Jubilationis* 4. *Maii superioris anni*, decidere oportet.

I. *An Canonico Philippo Ragone, attenta ejus infirmitate, debeantur distributiones quotidianæ, & alia emolumenta, de quibus agitur in casu &c.*

II. *An sit locus Jubilationi, & exemptioni a Choro in casu, & ad quem effectum &c.*

CÆS-

Sess. 22. decr. de observ., & evit. in celebr. Miss.

CÆSENATEN. ONERUM MISSARUM. Inter cætera, quæ Joseph Verzaglia in testamento sub diem 28. Martii 1731. condito disposuit, plura in ejus animæ suffragationem relicta leguntur Missarum onera, quorum primum ita conceptum est: „ Nel „ giorno della Trigesima voglio, che i miei Eredi sieno gravati „ farmi dire tutte quelle Messe, che potranno aversi quel giorno „ nella Chiesa de' PP. de' Servi, ove voglio la Sepultura decente, „ convenevole coll'elemosina detta di sopra pel giorno della mia „ morte, con un testone per una per tutte quelle, che si potranno „ avere agli Altari privilegiati non solo di quella, ma anche „ dell'altre Chiese della Città fatte dire da Sacerdoti come l'al„ tre, e colla stessa intenzione; *Secundum*, che tutto quel denaro, „ che mi troverò alla mia morte con quello, che si caverà dalla „ vendita da farsi de' miei mobili, voglio, che sia erogato in far„ mi dire tante Messe, cioè trecento ogn'anno a PP. Cappuccini, „ che dicono però quì in Cesena, ne le possino mandare a dire „ fuori di questo suo Convento; *Tertium*, E per essere sicuro, che „ li miei infrascritti Eredi eseguiscano, quanto ho detto, in ordi„ ne al bene, che ho detto, cui aggiungo una Messa ogni giorno „ del mio Anniversario a ciascun'Altare Privilegiato, voglio, e „ comando, che siino o eglino da per se, o per mezzo dell'Eco„ nomo da farsi obligati presentare al Conseglio tutte le ricevute, „ che mostrino d'aver eseguito, quanto ordino; *Quartum*, E per„ chè tra miei suppelletili mi trovo avere due Sagre Imagini una „ della Santissima Vergine Maria, e l'altra di un Cristo sotto la for„ ma di un' *Ecce Homo &c.* perchè non manchi loro il dovuto cul„ to, voglio, che sieno collocate in quel luogo più parerà oppor„ tuno a quel Padre, che averà cura della Santissima Vergine „ Addolorata sopra lo stesso Altare con obligo a miei Eredi di „ mantenerla metà co' PP. de' Servi tutto l' anno la Lampada, che „ mi suppongo tenghino alla Sacra Imagine di Maria Addolorata „ con far dire due Messe ogn'anno delle solennità della Festa della „ B. V., e del Figliolo suo Gesù &c. in ringraziamento di tanti do„ ni derivati in seno alla Santissima Vergine Maria, & special„ mente quelli della Immacolata Concezzione, e Virginità --; & „ *Quintum denique* -- Si facci un' Economo, il qual Economo vo„ glio, che tutto il tempo, che sará tale, faccia un cumolo delle mie „ Eredità, facendomi celebrare le trecento Messe all'anno per die„ ci anni, compresevi quelle, delle quali ho disposto addietro.

Secuto Testatoris obitu, cum multiplex oborta fuerit dubitatio super dictorum onerum adimplemento, Œconomus juxta testamenti legem ad hæreditatis administrationem deputatus, ne ipsum, aut enunciatam hæreditatem a Ministris, seu Commissariis Rev. Fabricæ S. Petri imposterum divexari contingeret, Supremum hunc adiit Consessum postulans declarari; primo, an una Missa in quolibet Altari Privilegiato Ecclesiæ dumtaxat Fratrum Ordinis Servorum B. Mariæ, seu potius in singulis Altaribus Privilegiatis aliarum omnium Ecclesiarum Cæsenæ debeat anniversario die obitus celebrari; secundo, an, si in Privilegiatis Altaribus uniuscujusque Ecclesiæ una Missa sit celebranda, totus earumdem Missarum numerus, qui ex distributa earum celebratione constitueretur, possit in

in binis Altaribus Privilegiatis Ecclesiæ dictorum Fratrum adimpleri; tertio, num celebratio duarum Missarum juxta Testatoris præceptum explenda *ogni giorno delle solennità della Festa della Beata V., e del Figliuolo suo Gesù* peragi debeat in geminis Festivitatibus, quæ tertia Dominica Septembris, & Feria sexta post Dominicam Passionis in honorem Septem Dolorum B. M. celebrantur, vel in omnibus solemnioribus Festis ejusdem B. M., & Domini Nostri Jesu infra annum occurrentibus; & quarto demum, an omnium dictarum Missarum celebratio debeat in perpetuum durare, sive potius ad decennium dumtaxat protrahi.

Super hujusmodi quæstionibus auditus fuit Episcopus, qui in sua Relatione quoad primam inspectionem animadvertens, Testatorem præcepisse, ut trigesima die post ejus obitum tot Missæ, quot haberi possent, celebrarentur *agli altri Privilegiati non solo di quella* (nimirum Ecclesiæ dictorum Fratrum) *ma anche dell' altre Chiese della Città*, subinde vero in separata dispositionis parte oneribus antea impositis addidisse ,, una Messa ogni giorno del mio Anni- ,, versario a ciascun' Altare privilegiato, *sic habet* -- Proinde credi ,, potest, contemplasse solum Altaria Privilegiata a dictæ Ecclesiæ ,, Servorum B. Virginis; tum quia illa fuerunt prius Testatore præ- ,, lata, atque considerata tam in die trigesima, quam obitus, & di- ,, cta Missa relicta fuit per modum additionis, seu appendicis ad ,, cetera legata pia; tum etiam quia hujusmodi intelligentia magis ,, confert ad implendam ejus voluntatem in reliquis dispositis in ,, eodem Testamento; *præterea quoad legatum* di due Messe ogni ,, giorno delle solennità della Festa della B. Vergine, e del Figlio- ,, lo suo Gesù *sic inquit* -- Interpretando illius mentem non satis ,, explicatam a contextu ipsius testamenti, & reflectendo ad devo- ,, tionem ab ipso demonstratam erga B. Virginem Septem Dolo- ,, rum, in cujus Ecclesia voluit sepeliri, ad legatum duarum Ima- ,, ginum Crucifixi, & ejus Sanctissimæ Matris, quas jussit colloca- ,, ri super Altare ejusdem B. V. Dolorosæ, ad aliud legatum ma- ,, nutentionis lampadis pro medietate inter ejus hæredes, & dictos ,, Patres retinendæ ante S. Imaginem ejusdem B. Virginis Doloro- ,, sæ, & denique ad expressionem ipsius Testatoris, abs re non vi- ,, detur, quod ipse potuerit cogitare de geminis Festis solemnibus ,, Beatæ M. V. Septem Dolorum, in quibus simultanee recolitur ,, memoria Passionis ejus, & Unigeniti ejus Filii, quorum unum ab ,, Ordine Servorum B. Virginis celebratur sub die tertia Septem- ,, bris, & alterum Feria sexta Passionis sub ritu duplici majori; rursus circa tempus, quo debent dicta Missarum onera persolvi, sententiam suam in hæc verba aperuit -- *Cum ambo nullam habeant temporis præfinitionem, & subinde Testator restrinxerit ad decennium* 300. *Missas sibi relictas, & per PP. Cappuccinos celebrandas, comprehensis superius dispositis, inter quas reperitur tam Missa in die Anniversarii, quam aliæ duæ* in ogni giorno delle solennità della Festa della Vergine, e del suo Figliuolo Gesù, *ex hoc conjecturari potest, Testatorem perpetuitatem non dilexisse, quam si voluisset, facile fuisset addere dictionem* in perpetuo, in infinito, *& hujusmodi, prout solent passim se exprimere Testatores perpetuitatem desiderantes.*

Postremo ita concludit ,, Addendum est pro coronide, in hac Civita-

„ te plures reperiri Ecclesias Altaribus Privilegiatis condecoratas,
„ & aliquas earum in variis statis diebus, & in totum circa numerum decem, & octo, comprehensis omnibus Septem Altaribus Conventus S. Dominici ex asserto Indulto Benedictino. Unde, quando unquam EE. VV. essent in sensu, quod omnia Altaria Privilegiata Civitatis fuissent a Testatore contemplata pro Missa celebranda in die Anniversarii, & quod etiam venirent in numero omnia dicta Septem Altaria S. Dominici, quæ valde dubium est, an fuerint ad notitiam Testatoris, foret certe minoris tricæ, & confusionis, ac majoris boni reducere ad unum Altare Privilegiatum omnes Missas sparsim ad alia celebrandas.

Nihil præter insertum Testamenti tenorem, & mox enunciatam Episcopi Relationem allatum est. His igitur inspectis, placeat EE. VV. rescribere.

I. *An celebratio Missæ injunctæ ex præcepto Joseph Verzaglia Testatoris in die sui Anniversarii fieri debeat dumtaxat in aliquo Altari Privilegiato existente in Ecclesia Conventus Ordinis Servorum B. M. Civitatis Cesenæ; seu potius in singulis Altaribus Privilegiatis omnium aliarum Ecclesiarum dictæ Civitatis;* & quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. *An dictarum Missarum numero, qui celebrari deberet in omnibus Altaribus Privilegiatis dictæ Civitatis, satisfieri valeat in solis geminis Altaribus Ecclesiæ dicti Conventus.*

III. *An celebratio aliarum duarum Missarum similiter ordinata ab eodem Testatore in quolibet die Solemnitatum Festivitatis B. M. V., ac ipsius Sanctissimi Filii Jesu fieri debeat dumtaxat in duobus Festis solemnibus B. V. Septem Dolorum nempe in tertia Dominica Septembris, & in Feria sexta post Dominicam Passionis, seu potius in omnibus solemnitatibus dictæ Sanctissimæ Virginis, & Domini Nostri Jesu infra annum occurrentibus.*

IV. *An omnium dictarum Missarum onus adimpleri debeat per solum decennium, sive potius in perpetuum in casu &c.*

CIVITATIS CASTELLI SERVITII CHORI. Cum bo: me: Alexander Codebò Episcopus Civitatis Castelli in Synodalibus Comitiis sub annum 1726. habitis inter cetera Chori, Ecclesiæque servitium concernentia sanciverit, Dignitates, & Canonicos omnes Cathedralis Ecclesiæ, qui nullo legitimo detenti impedimento verbi Dei prædicationi non interveniunt cum habitu Chorali tempore Adventus, & Quadragesimæ, punctandos esse pro integris distributionibus illius diei ad formam Decretorum Sacræ hujus Congregationis, Capitulum ejusdem Cathedralis, quod an ea consueverat per mediariam, ut ajunt, etiam Festis diebus, itidemque tempore Quadragesimæ, ac Adventus Choro interesse, adversus præmissum Synodale Decretum provocavit ad S. Sedem, sed Particularis Congregatio ex Rescripto sa. me. Benedicti XIII. deputata, post plurimorum Dubiorum definitionem, die 30. Januarii 1728. statuit, *Chori officiaturam esse imposterum servandam modo sequenti, ut, firmo scilicet remanente quotidiano Servitio quoad Cappellanos, & Clericos, Canonici, & Dignitates ex gratia ad inserviendum Choro, sive officiandum admittantur per Tertiariam, ita ut una hebdomada*

mada quinque Canonici , & una ex Dignitatibus Choro assistant , & intersint integræ Celebrationi Divinorum Officiorum , alia hebdomada hoc ipsum præstetur , a quinque aliis Canonicis , & altera ex Dignitatibus , & Tertia hebdomada hæc eadem adimpleantur a quinque Canonicis , & loco Dignitatis a Canonico Decano , exceptis tamen diebus Dominicis , & Festis de præcepto totius anni , & diebus omnibus Adventus , Quadragesimæ , Octavis Nativitatis , Resurrectionis Domini , Pentecostes , & Corporis Christi , quibus omnibus , & singulis diebus teneantur omnes Canonici , & Dignitates Choro interesse , ac Divinorum Officiorum celebrationi assistere sub pœna in casu contraventionis tam quoad Cappellanos , & Clericos quotidiano Servitio adstrictos , quam quoad Canonicos , & Dignitates obligatos ad inserviendum per Tertiariam , vel sine beneficio Tertiariæ certis quibusdam diebus supra expositis Mulctæ , sive Punctaturæ jam statutæ a bo: me: Episcopo Bonello in sua Constitutione quoad eos , qui in Choro non intersunt .

Post hæc idem Capitulum Sacrum hunc adiit Consessum postulans , declarari , ut Dignitates , & Canonici , qui non essent , ut vocant, de Tertiaria , tenerentur Missæ solemni , ac Vesperis tantum interesse illis diebus , quibus juxta enunciatam Resolutionem Congr. Particularis obstricti sunt omnes Chori , Ecclesiæque servitio incumbere , obtinuitque sub diem 17. Aprilis ejusdem anni 1728., attenta etiam supplicatione Episcopi , sibi indulgeri , ,, ut diebus , ,, quibus omnes juxta dictum Decretum tenentur assistere , & in- ,, servire , integra Officiatura expleatur ab his qui sunt de Tertia- ,, ria , & alii non teneantur assistere , nisi Missæ Conventuali , & ,, Vesperis , sequentibus tamen diebus exceptis nempe Nativitatis ,, Domini Nostri Jesu Christi, Feria quarta,quinta , sexta, & Sab- ,, batho Majoris Hebdomadæ,Dominica Paschatis Resurrectioni , ,, Festo Sanctorum Apostolorum Petri , & Pauli Solemnitate De- ,, dicationis Ecclesiæ ipsius Cathedralis , Festo S. Laurentii anti- ,, quioris ejusdem Patroni , Festo S. Floridi Titularis Ecclesiæ Ca- ,, thedralis , & Civitatis Patroni , quibus tam qui sunt de Tertia- ,, ria , quam alii integre inservire teneantur .

Novissime vero in supplici Libello SS. D. N. porrecto post expositam præmissam facti seriem petiit idem Capitulum Chori, Ecclesiæque servitium ita reduci , ut imposterum etiam diebus Festis , ac tempore tam Adventus, quam Quadragesimæ possit Tertiaria indistincte a Dignitatibus , & Canonicis servari , confidens , sibi annuendum fore , tum ex eo , quod reditus cujusque Canonicatus fuerint ita imminuti , ut vix annua scuta viginti octo attingant,tum etiam, quia Canonici ob aeris rigiditatem hyemali præsertim tempore assiduis infirmitatibus , & incommodis sint obnoxii , si velint juge Chori servitium præstare , tum demum , quia in Cathedrali Perusina servitium Chori per Tertiariam indistincte toto anni tempore etiam Adventus , & Quadragesimæ præstetur ; at , ejusmodi precibus ad Sacrum hunc Senatum remissis , infrascripti Dubii discussio juxta Capituli petitionem hodie assumenda est .

Episcopus Sacram Congregationem certiorem reddere jussus de iis , quæ in memorato Capituli Libello exposita fuere , suamque aperire sententiam post recensitam facti hactenus relati seriem , compro-

 batasque

bataſque tum aeris inclementiam, tum redituum tenuitatem, ita concludit „ Ideo pro tempore Adventus tantum, & Quadrageſimæ ad perſolvendum in diebus ferialibus integram Chori Officiaturam per ſolam Tertiariam Canonicos, & Dignitates admitti poſſe ſentirem: firmam tamen remanente obligatione omnibus, & ſingulis pro utraque temporis differentia interveniendi cum habitu Chorali Verbi Dei Prædicationi ſub eadem Mulcta in caſu contraventionis moderata, ac reducta a prædicta Sacra Congregatione Particulari in reſponſione ad ſextum ex undecim primis præcitatis Dubiis &c. Et quatenus in re tam gravi, in qua de Divino cultu, & ſervitio Eccleſiæ tractatur, agendum potius videretur per viam Permutationis, quam Diſpenſationis, fieri poſſet, ut Chori officiatura, quæ pro dictis temporibus Adventus, & Quadrageſimæ indulgeri, & moderari mereretur, ſi videbitur EE. VV., in gratiam Canonicorum valetudinis, ut qui non ſunt de Tertiaria cenſeantur dictis diebus, ſicuti in aliis diſpenſati, ab iſtis ſuppleri inde debeat hujuſmodi diſpenſationi intra annum in aliis Feſtis in ſupracitatis Decretis non nominatis, & aſſignatis, ſed nominandis, & aſſignandis per novum Reſcriptum gratioſum, ſive per quamlibet aliam compenſationem a ſupremo EE. VV. arbitrio præſcribendam, taliter ut omnes Canonici, licet non adſtricti inſervire in aliis Feſtis niſi per Tertiariam, obligati remaneant ſub eiſdem pœnis ad intereſſendum, & inſerviendum inſimul, & integræ Officiaturæ etiam Feſtorum, videlicet Pentecoſtes, Aſcenſionis, Sanctiſſimæ Trinitatis, ſive etiam Feſtorum, & Solemnitatum Annunciationis, & Aſſumptionis B. M. V., majori Fidelium concurſu, & devotione ubique colendarum.

Onus igitur erit EE.VV. pronunciare.

An, & quomodo Dignitatum, & Canonicorum precibus ſit annuendum in caſu &c.

Die Sabbathi 24. Maii 1738.



Xamen, quod in octo ſequentibus Cauſis ſub diem 10. currentis Menſis aſſumendum erat, dignabuntur hodie Emi Patres, reſumpto Folio tunc diſtributo, aggredi.

Seſs.6.c.4. Seſs.24.c.16. de ref.

GERUNDEN. EXEMPTIONIS.

I. *An conſtet de generali exemptione Capituli a juriſdictione ordinaria Epiſcopi in caſu &c.*

II. *An dictus Epiſcopus procedere teneatur contra Capitulares extra Viſitationem cum duobus Adjunctis ad formam Cap.6. Seſſ.25. de Ref. & in Viſitatione Cathedralis, dictorumque Capitularium per ſe ipſum dumtaxat ad formam Cap.4. Seſſ.6. de Ref. in caſu &c.*

III. *An dictus Episcopus in atrocibus procedere possit etiam sine Adjunctis contra dictos Capitulares, seu potius contra eosdem procedere debeat Episcopus Vicensis in casu &c.*

IV. *An occasione Visitationis Capituli, & Cathedralis Episcopus eam terminare teneatur quam citius, nisi fuerit legitime impeditus, seu potius, postquam fuit incœpta procedendo ad extraneos actus, eamdem ad libitum differre valeat in casu &c.*

V. *An dictum Capitulum subiiciatur Constitutionibus Synodalibus, sive aliis legibus etiam per Edicta panditis ab Episcopis absque illius consilio, & assensu, vel potius editis cum ejusdem consilio tantum in casu &c.*

Ad I. negative, & in reliquis dilata.

GERUNDEN. JURISDICTIONIS. Sess. 6. cap. 4. Sess. 22. c. 16. Sess. 25. c. 6. de ref.

An quoad III., & IV. Dubium sit standum, vel recedendum a Decisis die 12. Februarii 1729. in casu &c.

Dilata, & reproponatur una cum Dubiis reservatis in alia Causa cum Episcopo.

ROSSANEN. SERVITII CHORI. Sess. 24. c. 12. de ref.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis in omnibus, & amplius.

TUDERTINA SPONSALIUM. Sess. 24. c. 3. de ref.

An constet de Sponsalibus in casu &c.

Dilata, & Puella collocetur in Monasterio Diœcesis Interamnensis juxta instructionem.

AVENIONEN. RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Sess. 25. c. 15. de reg.

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative.

ACERNEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM, ET JUBILATIONIS. Sess. 24. c. 12. de Ref. Cum in supplici libello sub diem 23. Novembris 1737. nomine Capituli Collegiatæ Ecclesiæ Montis Corvini porrecto contendatur, jubilationem a Canonico Philippo Ragone petitam denegandam fore sub eo potissimum fundamento, *perchè non è stata mai pratticata nella d. Collegiata, la quale in luogo di giubilazione ammette gl' Infermi alla participazione per il tempo dell'infirmità, come in fatti è stato pratticato col sudetto Canonico Ragone, qual'ora per infirmità non ha potuto assistere al Coro*; in relatione autem Episcopi die 15. Maii 1736. transmissa expendendum proponatur

natur, *quod, si aperietur via indulto jubilationis, complures Concanonici aequalis aetatis, & exactioris forsan servitii ejus exemplo apud EE. VV. exclamabunt supplicantes pro consimili gratia*; propterea circa propositam exceptionem, quod scilicet in memorata Collegiata nullus unquam Canonicus jubilationis indultum obtinuerint, operae pretium visum est pro faciliori hujus Causae definitione, praeter exposita in postremo Folio binas S. hujus Congregationis Resolutiones EE.VV. oculis subiicere.

Altera nimirum edita fuit in Causa *Civitatis Castelli*, ubi, cum Capitulum Cathedralis Ecclesiae Canonico Nicolao Bretio jubilationem postulanti opposuisset; primo, quod ex Constitutionibus Capitularibus sub annum 1569. confectis nullus Canonicus, nisi infirmus, vel ex justa causa absens a servitio Chori excusaretur; secundo, quod in d. Ecclesia neque consuetudo concedendi jubilationis indultum, neque ullum d. Indulti aliquando impetrati exemplum reperiretur, tametsi quatuor, vel quinque Canonici ibi fuissent in aetate septuagenaria constituti, Ecclesiaeque spatio quadraginta, & ultra annorum inservissent; tertio, quod petita Jubilatio in maximum ejusdem Ecclesiae servitii, divinique cultus detrimentum fuisset cessura, inspecto parvo Canonicorum numero; & quarto demum, quod praefatus Canonicus Bretius annum sexagesimum quintum dumtaxat agens posset Ecclesiae commode inservire, dum negociis domesticis reipsa incumbebat, Sacra Congregatio, discusso Dubio, *An petitum Indultum sit concedendum*, die 17. Aprilis 1666., respondit, *Non esse concedendum*, ut in *lib.* 25. *Decr. pag.* 107.

Altera vero prodiit in una *Feltren. Jubilationis*, in qua, licet Capitulum Cathedralis Ecclesiae jubilationi per Canonicum Aloysium Zenum efflagitatae contradictorem se praebuisset sub fundamentis consistentibus in defectu aegritudinis d. Canonici Zeni, in potestate quam ipse habebat, petendi Coadjutorem, qui suo nomine Choro interesset, in longaeva itidem, & immemorabili consuetudine, juxta quam, pervolutis Regestis, nullum inveniebatur exemplum jubilationis concessae Canonicis d. Ecclesiae; & tandem in parvo numero Canonicorum, quibus non nisi duodecim extantibus, ac eorum nonnullis ob alia onera sibi incumbentia nequeuntibus Choro interesse, haud raro contingebat, ut Chorus Canonicis ad psallendum necessariis careret, excipiente tamen Canonico Zeno, quod, cum nulla de suo continuato, & laudabili servitio ultra quadraginta annos protracto moveretur quaestio, defectus exempli Jubilationum aliis Canonicis in praeteritum concessarum nihil urgeret, vel quia nullus fuerit ex Canonicis Praedecessoribus, qui diuturnum adeo, & laudabile servitium praestiterit, vel quia, si qui fuerunt, a petendo Jubilationis Indulto sponte sua abstinuerint, cum nemo appareret, qui eo munitus requisito fuerit a Sac. Congr. rejectus, & demum addente numerum duodecim Canonicorum non esse insufficientem pro congruo Chori, & Ecclesiae servitio, eadem Sac. Congregatio ad Dubium ita conceptum, -- *An sit concedenda Jubilatio in casu &c.*, -- die 11. Jan. 1721. rescripsit *Affirmative, & amplius* --, ut in *lib.* 71. *Decr. pag.* 1.

I. *An Canonico Philippo Ragone, attenta ejus infirmitate, debeantur distri-*

distributiones quotidianæ, & alia emolumenta, de quibus agitur in casu &c.

II. *An sit locus Jubilationi, & exemptioni a Choro, & ad quem effectum in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

CÆSENATEN. ONERUM MISSARUM. Sess. 22. decr. de observ., & evit. in celebr. Miss.

I. *An celebratio Missæ injunctæ ex præcepto Joseph Verzaglia Testatoris in die sui Anniversarii fieri debeat dumtaxat in aliquo Altari Privilegiato existente in Ecclesia Conventus Ordinis Servorum B. M. Civitatis Cesenæ: seu potius in singulis Altaribus Privilegiatis omnium aliarum Ecclesiarum dictæ Civitatis;* & quatenus affirmative quoad secundam partem.

II. *An dictarum Missarum numero, qui celebrari deberet in omnibus Altaribus Privilegiatis dictæ Civitatis, satisfieri valeat in solis geminis Altaribus Ecclesiæ dicti Conventus.*

III. *An celebratio aliarum duarum Missarum similiter ordinata ab eodem Testatore in quolibet die Solemnitatum Festivitatis B. Mariæ Virginis, ac ipsius Sanctissimi Filii Jesu fieri debeat dumtaxat in duobus Festis solemnibus B. V. Septem Dolorum nempe in tertia Dominica Septembris, & in Feria sexta post Dominicam Passionis, seu potius in omnibus solemnitatibus dictæ Sanctissimæ Virginis, & Domini Nostri Jesu infra annum occurrrentibus.*

IV. *An omnium dictarum Missarum onus adimpleri debeat per solum decennium, sive potius in perpetuum in casu &c.*

CIVITATIS CASTELLI SERVITII CHORI. Sess. 24. c. 12. de ref.

An, & quomodo Dignitatum, & Canonicorum precibus sit annuendum in casu &c.

NERITONEN. MATRIMONII. Vincentius Papa e Terra Casarani oriundus, Civis vero Oppidi Taviani, ut sponsalia, cum Maria Greco concive sua pridem inita posset eludere, testimoniales literas, ut ajunt, status liberi a Ministris Episcopalis Curiæ sibi tradi postulavit, Matrimonium alia cum muliere celebraturus; id autem cum agnoverit Maria Greco, cujus honor a Vincentio sub spe futuri Matrimonii fuerat læsus, in jus vocato eodem Vincentio coram præfata Episcopali Curia, sententiam obtinuit definitivam, qua declaratum est, constare de validitate dictorum Sponsalium. Sess. 24. c. 1. de Ref. Matr.

At huic sententiæ non acquiescens Vincentius ad Sanctam Sedem interposuit appellationem, receptaque Copia Processus in Episcopali Curia confecti edicto Oppido Taviani discedens ad Almam hanc Urbem venit, cumque hic pariter contrariam passus fuerit sententiam, Neapolim se contulit, ac diu postmodum varia per loca vagatus tandem in Oppidum Matini sese recipiens studuit primum modo multiplici promissione, & modo minis præfatam Mariam

Greco

Greco inducere, ut juri suo super controversa sponsalium promissione renunciaret, quod tamen cum assequi jam prorsus diffideret, demum statuit Puellam Carminam *Legitimo* e memorata Terra Casarani sibi in uxorem adjungere.

Eam itaque deliberationem impleturus mane diei 21.Junii 1735. Parochialem adiit Ecclesiam Terræ Matini, ubi, apprehensa manu Carminæ *Legitimo*, arreptaque veste Archipresbyteri dictæ Ecclesiæ ex improviso vocati, ac fugere nitentis, coram pluribus Personis ex condicto Vincentii eo confluxis, aliisque ibi fortuito adstantibus hæc protulit verba -- *Questa è Moglie mia* --, Carmina vicissim respondente, -- *Questo è mio Marito*; -- Quibus ita secutis, Archipresbyter, dum eorum notitiam Vicario Foraneo tunc temporis ab Oppido Matini absenti deferre nequivit, consilium cepit instandi apud Præsidem ejusdem Oppidi, ut Carminam æque, ac Vincentium carceribus mancipari præciperet, deindeque sub eademmet die 21. Junii 1735. literas Episcopo dedit, quibus rei gestæ seriem in hæc verba recensuit - *Do la notizia &c. come, finita la Messa cantata di questa mattina, nell' uscire, che io feci da Sacristia, fui dentro questa mia Parocchiale arrestato dal Dottor Fisico Vincenzo Papa, quale verso di me con due Femine forastiere, una vecchia, e l' altra giovine veniva pensando di far Matrimonio Clandestino, in proferir però che fece la prima parola detto Papa, incominciai a fuggire, e dire sempre gridando, che volete da me, andate via, caricandolo di più parole inginriose, ed a tutta la gente, che convenuta s' era con l' intelligenza d' esso per esser presente, & a quell' altra, che concorreva alle mie voci, e gridi, dateli, lo diceva, cavatelo di Chiesa dateli, e non fù poco ad uscirmene da detta mia Parocchia per la molta violenza, che faceva a rattenermi detto Papa, ciò succeduto, me ne andai da Casa dal Signor Vicario Foraneo, e non ritrovandolo per esser fuori, mi portai dal Signor Marchese, e Governatore per farlo arrestare nomine Curiæ alle Carceri Marchionali, e mi fù risposto, non esserci questo bisogno, perchè essendo inquisito da Taviano sua patria e restando rifuggiato in Matino, non saria per andare in veruna parte.*

Episcopus, hoc accepto nuncio, tam Vincentium, quam Carminam ob attentatum istud clandestinum Matrimonium majori excommunicatione innodatos declaravit, affixis adversus utrumque assertum Conjugem Cedulonibus, subinde vero ejusdem Matrimonii validitatem impugnantibus tam Promotore Fiscali Episcopalis Curiæ, quam antedicta Maria Greco non solum ex eo, quod Archipresbyter verba, quibus Carmina suum expressis consensum, non intellexerit, verum etiam ex eo, quod Vincentius ad Oppidum Matini se contulerit causa attentandi hoc Matrimoniũ in fraudem, atque perniciem ipsius Mariæ Greco, adeoque præfatus Archipresbyter dici nequiret proprius Vincentii Parochus, demandatum fuit ab Episcopo, ut idem Archipresbyter formali examini subiiceretur.

Hic igitur coram Notario constitutus in Responsis præsertim datis ad interrogationem super articulo nono primum ait „ E' vero, che li „ 21. Giugno del corrente anno notiziai a Monsignor Illustrissimo „ il fatto seguito del Matrimonio attentato tra il detto Fisico Vin- „ cenzo Papa di Taviano abitante dà circa quattr' anni in Matino con

,, con una Donna di Casarano &c. E perchè la notizia sudetta data ,, fu da me fatta in instanti offuscato di memoria per l' orridezza ,, del fatto, e volendomi scaricare d' ogni scrupulo di coscienza, ,, stante la notizia sudetta fu secca, priego V.S. anche a leggermela ,, per vedere, ed osservare, se veramente è così per quietarmi la ,, coscienza ,, deindeque, lecta sibi memorata Epistola, confirmans, quidquid in ea continebatur, subdidit -- *Devo nella medesima aggiungere qualcho cosa per scrupolo di mia coscienza, che la mattina 21. di Giugno del corrente anno, mentre uscivo dalla Sacrestia della mia Chiesa Parochiale di Matino, fui arrestato dal detto Fisico Vincenzo Papa, quale mi disse*: Sig. Arciprete, fammi grazia: *& Io credendo, che voleva entrare in Sacristia con quelle due Donne, che dietro se portava, gli risposi* -- Padron: -- *e detto Vincenzo Papa, afferrando per mano la Giovane di quelle due Donne che poi seppi che erano di Casarano, e si chiamava la Giovane afferrata Carmina Legitimo, disse detto Fisico Papa*: Sig. Arciprete, questa è Moglie mia: *ed Io a sentire, come intesi queste parole proferite da detto Fisico Papa prima di proferire tutta la parola* -- mia -- *Io gli diedi una spinta caricandolo di molte parole ingiuriose, chiamandolo scommunicatone, e mi posi a fuggire, e detto Vincenzo Papa mi afferrò per sottana dalla parte di dietro, dicendomi* -- non occorre altro, te l' ho detto Sig. Arciprete questa è Moglie mia, fermati Sig. Arciprete, fermati, proferendo più fiate questa è Moglie mia, -- *la detta Carmina Legitimo disse ancora, e parlava verso di me dalla parte di dietro, tenendomi afferrato per sottana, ma perchè Io mi atturai l' orecchie con le dita delle mani per non intenderla, non intesi distinte le parole, che proferiva detta Carmina, ma solamente il mormorio della sua voce; mi fu detto poi da D. Lazzaro Toma, ed altri, che erano presenti al fatto, che detta Carmina, quando gridava, a me avesse detto* -- Questo è mio Marito --, *e con queste gridate, e contrasti scappai, fuggendo dalle mani di detto Vincenzo Papa.*

E contra vero quatuor Testes a Vincentio, & Carmina validitatem Matrimonii propugnantibus inducti nedum asseruerunt, se audivisse dictam Mulierem proferentem hæc verba -- *Questo è mio Marito*, -- sed insuper addidere, Archipresbyterum aures sibi non obturasse, quin vero ex verbis, & signis utriusque Sponsi consensum potuisse optime ab illo percipi, publicam asserentes eo in oppido famam invaluisse, quod reipsa Mulieris quoque verba Archipresbyter intellexerit.

Præterea memoratus Vincentius ad excludendam oppositam exceptionem, quod Archipresbyter Matini non esset suus Parochus, plura attulit documenta, quibus putat evinci, se domicilium in dicto Oppido contraxisse, præsertim vero cum Testes a se inducti in formali examine deposuerint; primo, quod ipse spatio sex circiter annorum traxerit moram in Oppido Matini; secundo, quod fuerit ab Universitate ejusdem Oppidi in Medicum ordinarium consueto sub stipendio per triennium conductus; tertio, quod Ædes ibi retinuerit ita instructas, ut inter Cives sæpedicti Oppidi fuerit adnumeratus, nec Paschali tantum præcepto annuæ Communionis eo in loco satisfecerit, verum etiam illius Communitatis onera sustinuerit; & quarto demum, quod Bona in Terra Taviani cum Sororibus

ribus in communi possessa diviserit, satagens postea illorum portionem quæ sibi contigit, alienare, ita quidem, ut ob hæc e numero Civium illius Terræ fuerit deletus.

Nomine autem Mariæ Græco, ac Promotoris Fiscalis, qui contendunt, Vincentium domicilii jura in Oppido Matini nactum non fuisse, proindeque controversum Matrimonium, veluti ab ipso coram non proprio Parrocho celebratum, haud posse validum reputari, alii quidam Testes inducti fuere inter cetera deponentes, quod dictus Vincentius in Oppido Matini sese recepit -- *sì per sicurezza della sua persona sotto la protezzione di quel Marchese, sì ancora, che detta Terra di Matino è poco distante da Taviano, dove tiene la sua Casa*; quod in eodem Matini Oppido -- *non aprì Casa propria, ma stiede per poco tempo in Casa di Lionardo Lezzi, e poi in Casa di Silvestro Dimo dell' istessa Terra di Matino*; quod præterea „ nel tempo che e stato in Matino sempre da Taviano, l' e stato mandato „ tutto, quanto il bisognevole per mangiare, e anche le biancherie, come ancora la legna, e acqua, e questo dalle sue Sorelle, „ le quali hanno l' amministrazione delle loro robbe communi „ Bona autem, quæ in communi possidet cum Sororibus ad instantiam Catharinæ alterius ex dictis Sororibus diviserit, sed nunquam de ipsorum alienatione cogitaverit, minusque ut pretium inde retrahendum investiret -- *in altri luoghi, e specialmente nella Terra di Matino*, & demum, quod si aliquando dictus Vincentius potuisset cum præfata Maria Græco concordiam inire „ sarebbe venuto „ certamente in Taviano sua Patria per esercitare la sua Professione di Medico, come in effetto publicamente si disse, che l' anno „ passato venirebbe lui à Medicare in Taviano a causa, che il Medico ordinario di Capoa non lo volevano, ciò però non sortì a „ cagione, che detto Fisico Papa non li sortì di aggiustare la Parte.

Ex omnibus itaque Testibus hinc inde productis, ac rite examinatis completo Processu, Vicarius Generalis, coram quo lis fuerat instructa, satius duxit, se a proferenda Sententia super validitate, aut nullitate hujus Matrimonii abstinere, decrevitque, ut Partes, Sacrum hunc adirent Consessum; Quocirca ad preces sæpedicti Vincentii petentis validum declarari Matrimonium a se cum Carmina initum auditus de more fuit Episcopus, qui comprobata rerum gestarum serie hactenus descripta, & summatim recensitis juribus nomine præfati Vincentii coram suo Vicario Generali allatis ea, quæ pro evincenda Matrimonii validitate proponebantur, hisce verbis exposuit „ Mariæ Patronus authumat, Matrimonium attentatum „ esse nullum, quia Mulier ignota esset Parocho, & Testibus, qui „ certam Ecclesiam reddere non potuerint, nec post Matrimonium „ cognovere, nam examinati ignotam fassi sunt, & confrontatio „ ad juris formam impleta non est; Parochi præsentia physica, non „ moralis fuit, nam consensus non audivit, nec signa animadvertere quivit, nec Testium depositione de affectatione convincitur, „ Testes enim ad Fisici instantiam examinati hoc non probant, „ etsi ad instantiam Partis longe, diverse deponant, & varii sint, vel „ corrupti, vel subornati sunt dicendi. Parochus non audivisse deponit, ei fides est adhibenda. Testes enim de sensu alieno deponere

„ non

„ non possunt, nec signa sufficiunt, ubi verba exprimi possunt, in-
„ tellectio a Concilio præscribitur, non comprehensio. Parochus
„ neutrius est proprius. Vincentii mora quantumvis longa non est
„ sufficiens ad domicilium adipiscendum. Matinum confugii causâ
„ se recepit, a Taviano abesse in animo non est, inde victui neces-
„ saria mittuntur, &,conatus vendendi bona fallax est. Sponsalia
„ copula firmata dirimi non possunt sequenti Matrimonio rato,
„ præcipue, ubi natalium disparitas non intercedit. Et denique ad
„ aures mihi detulit, si pro Matrimonii validitate mea sententia
„ esset, scirem a Mariæ Conjunctis Vincentium de medio tolli
„ etiam statutum,ne de ipsorum dedecore jactare ulterius posset --
„ *& demum ita concludit* -- His ad trutinam positis, undique diffi-
„ cilis exitus emergebat, nam pro validitate statuere irrogabatur
„ Mariæ injuria, & Vincentio necis periculum imminebat,viaque
„ aperiebatur imposterum Matrimoniis Clandestinis, nullumque
„ dicere, quamvis Carminæ præjudicium non esset; tamen quam-
„ plurimæ rationes impellebant. His in ambagibus partes EE. VV.
„ adire existimavi, quibus, & potior cognitio est,& latior potestas.

Post receptam hanc Relationem, datæ fuerunt eidem Episcopo novæ literæ, ut congruum terminum præfigeret Mariæ Græco ad deducendum jura sua in Sacra Congr., cumque dicto termino jam præfinito, ac dudum elapso, nemo hactenus præfatæ Mariæ nomine comparuerit, enixe rogat sæpedictus Vincentius, qui interea temporis tam pro se, quam pro Carmina Legitimo afferta Uxore sua pluries a memorata excommunicatione obtinuit absolvi cum reincidentia, ut Dubium infra describendum decidatur.

Porro, cum ejus definitio pendere potissimum videatur a duplici præmissa inspectione, num scilicet Parochus ex verbis, aut signis intellexerit utriusque Contrahentis consensum, & an Archipresbyter Matini esset necne proprius Vincentii Parochus, præter ea,quæ super simili controversia quoad priorem articulum adnotata fuere in Causa *Segnen. Matrimonii proposita die* 22. *Septembris* 1736., *& resoluta sub diem* 17. *Novembris ejusdem anni*, ad eamdem conferre potest Resolutio edita in *Sarzanen. Matrimonii*, in qua, discusso Dubio, -- *An Matrimonium contractum absque denunciationibus, ac sine Ordinarii licentia coram Testibus, Parocho contradicente, qui audivit tantummodo verba consensus per Sponsum præstiti cum præmanibus habens Sponsam dixit* -- Questa è mia Moglie, -- *& audivit, quod Sponsa dixit nonnulla verba, quæ tamen non intellexit, an sit de jure validum* -- Sacra Congregatio sub diem 16. Febr. 1648. respondit, -- *Matrimonium sustineri, etiamsi Parochus non intellexerit verba Sponsæ, dummodo tamen ejus consensus ex aliis signis juxta juris communis dispositionem legitime constet*, -- ut in *libr.* 18. *Decr. pag.* 452.; Quod vero attinet ad alteram quæstionem, præ oculis habenda sunt ea Canonici juris principia, de quibus late disserunt *Fagnan. in cap. Significavit a num.* 28. *ad* 36. *de Paroch.*, *Sanchez de Matr. lib.* 3. *disp.* 23. concludentes, proprium Parochum ad effectum Matrimonii ineundi eum esse, in cujus Paræcia alter ex Sponsis aliquo temporis spatio fuerit commoratus, licet ex ejusmodi habitatione nullum ibi contraxerit domicilium.

 His

His igitur perſpectis una cum juribus nomine Vincentii Papa, & Carminæ Legitimo circumferendis, dignabuntur EE. VV. pronunciare.

An conſtet de validitate Matrimonii in caſu &c.

Die Sabbathi 14. Junii 1738.



Ecisio, quæ ſub diem 24. Maii proxime præteriti non prodiit in tribus Cauſis priori loco deſcribendis, hodie iterum Collitigantium nomine ab Emis PP. efflagitatur.

Seſs. 22. decr. de obſerv. & evit. in cel. Miſſ.

CÆSENATEN. ONERUM MISSARUM.

I. *An celebratio Miſſæ injunctæ ex præcepto Joſeph Verzaglia Teſtatoris in die ſui Anniverſarii fieri debeat dumtaxat in aliquo Altari Privilegiato exiſtente in Eccleſia Conventus Ordinis Servorum B. M. Civitatis Ceſenæ: ſeu potius in ſingulis Altaribus Privilegiatis omnium aliarum Eccleſiarum dictæ Civitatis;* & quatenus affirmative quoad ſecundam partem.

II. *An dictarum Miſſarum numero, qui celebrari deberet in omnibus Altaribus Privilegiatis dictæ Civitatis, ſatisfieri valeat in ſolis geminis Altaribus Eccleſiæ dicti Conventus.*

III. *An celebratio aliarum duarum Miſſarum ſimiliter ordinata ab eodem Teſtatore in quolibet die Solemnitatum Feſtivitatis B. Mariæ Virginis, ac ipſius Sanctiſſimi Filii Jeſu fieri debeat dumtaxat in duobus Feſtis ſolemnibus B. V. Septem Dolorum nempe in tertia Dominica Septembris, & in Feria ſexta poſt Dominicam Paſſionis, ſeu potius in omnibus ſolemnitatibus dictæ Sanctiſſimæ Virginis, & Domini Noſtri Jeſu infra annum occurrrentibus.*

IV. *An omnium dictarum Miſſarum onus adimpleri debeat per ſolum decennium, ſive potius in perpetuum in caſu &c.*

Ad I. negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam. Ad II. negative. Ad III., & IV. negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam, & amplius.

Seſs. 24. c. 12. de ref.

CIVITATIS CASTELLI SERVITII CHORI.

An, & quomodo Dignitatum, & Canonicorum precibus ſit annuendum in caſu &c.

Negative, & ſerventur reſolutiones dierum 30. Januarii, & 17. Aprilis 1728., & amplius.

Seſs. 24. c. 1. de Ref. Matr.

NERITONEN. MATRIMONII.

An conſtet de validitate Matrimonii in caſu &c.

Affirmative, & amplius.

Com-

COMPOSTELLANA IRREGULARITATIS. Franciscus Blanco, cum nocturno tempore obvium habuerit in loco de Villares Rocchum Bustello ex Villa de Grovas sibi pridem infensum, cœpit primum contumeliosis verbis illum impetere, deindeque subita succensus ira, stricto pugione, quem gestabat, triplici interemit ictu, eodemque concitatus furore Balthasarrem Pardal, & Patritium Porsela, qui auditis præfati Rocchi clamoribus, in ejus defensionem accurrerant, lethaliter fauciavit. Adstitit huic homicidio Casimirus Garzia Gil, quippe qui die illa una cum præfato Francisco Blanco cœnaverat in domo Alonsi de Fonte sui Consanguinei, &, multa jam nocte, ædes proprii Patrui Andreæ Gil, ubi Mater, & Soror commorabantur, repetiturus comitem habuit in via memoratum Franciscum Blanco. Hinc itaque factum est, ut Oppidani enunciati Loci de Villares a strepitu prædictæ necis excitati cum nequiverint Franciscum Blanco occisorem ob arreptam fugam comprehendere, præfatum Casimirum, veluti ejusdem Francisci Socium, ac patrato homicidio præsentem detinuerint. Sess. 14. c. 7. & Sess. 24. c. 6. de refor.

Re insequenti die ad Præsidem præfati Loci delata, præcepit ille statim, tum plures ex memoratis Oppidanis ob non factam eadem nocte homicidii denunciationem, tum præfatum Casimirum carceribus mancipari; deinde vero, jussu Regiæ Audientiæ compilato Processu, multi per Fiscum inducti fuere Testes, quos inter Balthassar Pardal alter ex lethaliter vulneratis a sæpedicto Francisco Blanco ita deposuit „ Essendo accorso in quella parte vi trovò un „ certo Francesco Blanco studente, e figliuolo d' un Agricoltore „ dell' istesso nome, e cognome ambedue del luogo di S. Clemen- „ te, e benissimo da lui conosciuti, il quale aveva investito il det- „ to Rocco Bustelo, ed avendo subitamente cominciato a gridare „ pace, pace, il detto Studente immediatamente investì anche il „ Testimonio, e li diede una pugnalata, per la quale subito comin- „ ciò a gettare una gran copia di sangue, ed a gridare, che l' arre- „ stassero --; *de Casimiro autem loquens sic inquit* -- In compagnia „ del detto Blanco si trovava anche Casimiro Garzia parimente „ studente, li quali jeri sera stiedero sempre insieme, & anche si „ dice, cenassero in casa del Maggiordomo di questa Parocia chia- „ mato Alonso de Fonte; Ma il detto Casimiro Garzia non fece „ alcun Insulto al testimonio, benchè egli procurò, che fosse ar- „ restato, vedendo, che non avevano possuto avere in mano il det- „ to Blanco, e perchè essendo in sua compagnia, le aveva data quel- „ la pugnalata, acciò a spese sue potesse farsi curare --, *& inferius* -- „ fu assicurato il detto Casimiro, come compagno dell' altro stu- „ dente. Sapeva però per cosa certa, che l' autore dell' omicidio „ del detto Rocco Bustello non fu altro, che il detto Francesco Blan- „ co studente, il quale anche tentò di fare l' istesso al Testimonio.

Completis jam vero Actis contra Inquisitos criminaliter instructis, Judex a Regia Audientia, ut ajunt, Coronæ delegatus definitivam edidit Sententiam, qua, condemnato Francisco Blanco contumace, -- *come reo, & autore dell' omicidio di Rocco Bustello a servire per otto anni nelle Galere di Spagna, atteso il perdono di Giulia Garzia &c.* -- quoad Casimirum ita declaravit -- *per quello, che risulta dagl' Atti, lo condanniamo a servire per sei anni nelle Guarnigioni, e Presidii della*

della Piazza di Tuii, ò di Montrei, ciò che prontamente doverà adempire colla comminazione in caso di trasgredire di maggiori pene; ad solvendas vero expensas Processus condemnavit præfatos Franciscum Blanco, & Casimirum Garzia, necnon Alonsum de Fonte -- , *riservando perciò le ragioni di poter ripeter gl' ultimi due le due terze parti dal detto Francesco Blanco, quando arrivi ad ereditare, e possedere qualsisia sorte di beni, atteso che attualmente nulla possiede, vivendo, come ancora vive suo Padre* -- , addita demum declaratione hisce verbis concepta -- *E questa riserva vogliamo, s'intenda a favore di Giulia Garzia in quanto alli alimenti che domanda per se, ed i suoi figliuoli, quando arrivi à possedere il detto Francesco Blanco, & in questa conformità assolviamo tutte le altri Parti comprese in questa Sentenza dalla detta pretensione per non essere stati gl' autori di detto omicidio mà solamente il d. Francesco Blanco*.

Sententiam hanc die 12. Februarii 1728. ab ipso Tribunali Regiæ Audientiæ confirmatam acceptavit memoratus Casimirus, implevitque pœnam sibi inflictam; Nuper vero circa finem anni 1735. clericali militiæ nomen dare exoptans supplicationem Sanctissimo porrexit, qua, summatim indicata facti serie hactenus recensita, asserens, se dubitare, quod irregularitatem contraxerit, humillime rogat, ut Sanctitas Sua ipsum dignetur ,, a quibusvis Excommunicationis, ,, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis, quas propter præmissa quomodolibet incurrerit, in ,, utroque Foro Apostolica auctoritate absolvere, & totaliter liberare, dictasque pœnas sibi gratiose remittere. & condonare, secumque, super irregularitate per eum ex præmissis quomodolibet ,, contracta, quodque illa, & eisdem præmissis non obstan. Clericali ,, charactere, quatenus illo nondum insignitus existat, insigniri, & ,, ad quatuor minores, necnon Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, ,, & Presbyteratus ordines promoveri, & promotus in illis etiam in ,, Altaris ministerio ministrare, necnon quæcumque, & qualiacumque cum Cura, & sine Cura beneficia Ecclesiastica, etiamsi Canonicatus, & Præben. Dignitates etiam actu minores, & principales ,, personas, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in ,, Cathedralibus Metropolitanis, & Collegiatis, aliisque Ecclesiis &c. necnon quascumque pensiones annuas &c. percipere, ,, excipere, & lucrari, & in suos usus, utilitatem convertere libere, ,, & licite valeat, dispensare, omnemque inhabilitatis, & infamiæ ,, maculam &c. tollere, & abolere, ipsumque Oratorem in pristinũ, in quo ante præmissa quomodolibet erat, statum restituere, reponere, & plenarie reintegrare.

Cum autem supplicatio ista fuerit ad Sacrum hunc Senatum remissa, auditus est Archiepiscopus, quo referente, nulla se rei gestæ serie pridem instructum novissime agnovisse ex copia criminalis Processus sibi exhibita, non fuisse aggressorem, neque homicidam Casimirum Garziam Gil, -- *ma bensì, che andava in compagnia di quello, che commise il delitto* -- , die 28. Septembris superioris anni postulatæ dispensationis gratia fuit Oratori denegata; Sed, repetitis postmodum ab eo precibus, Rescriptum prodiit, ut Causa describeretur in Folio. Nunc igitur, eodem Casimiro instante, duo proponentur Dubia, ad quorum decisionem, præter jura Oratoris nequ ... distribuenda,

con-

conferre possunt Resolutiones editæ in *Aprutina Irregularitatis* 15. *Decembris* 1718., *&* *in Novarien. Irregularitatis* 16. *Julii* 1712., & per extensum relatæ a Fargna *de Jurepatr. part.*1. *can.*5. *cas.*11. *n.*49., *&* 55.

Omnibus itaque perpensis, dignentur EE.VV. declarare.

I. *An Casimirus Garzia Gil contraxerit irregularitatem*, & quatenus affirmative.

II. *An sit cum eo dispensandum in casu &c.*

Esse locum dispensationi ad Cautelam.

GNESNEN. PAROCHIALIS. Delatis ad Metropolitanam Curiam Gnesnensem pluribus querelis adversus Chrisostomum Bazanovuiski antea Rectorem Parochialis Ecclesiæ Lipæ subinde vero Parochum Oppidi Debrovicensis, quinque successu temporis fuerunt in eum latæ Sententiæ; prima nempe sub diem 12.Julii 1717. declarans, eumdem Chrisostomum ex Testium depositionibus plusquam semiplene convictum reum ignis immissi in Horrea Alberti Zbrozek, eumque hac de causa condemnans tum ad refectionem damni inde illati, tum etiam ad pœnam carceris per tres menses sustinendam, secunda sub annum 1733. edita, qua eidem Parocho ob inhonestam, & scandolosam consuetudinem diu cum suspectis mulieribus habitam injunctum est; ut per duos menses in Conventu Loviciensi Fratrum Minorum Observantium permaneret, ibique diebus Veneris, & Sabathi in pane, & aqua jejunaret, postquam vero e dicto Conventu fuisset egressus, suspectam Mulierum consuetudinem fugeret, necnon ei multiplex alia pœna fuit inflicta ob plurium excessuum congeriem, quæ distincte recensetur in eadem Sententia data *in Summario Promotoris Fiscalis n.*3. tertia eodem anno 1733.pronunciata, ubi dictus Parochus, ut a pristino mulierum consortio, turpique vivendi ratione, quam eo vel magis prosequebatur, efficacius cohiberetur, nova pœna Carceris, & jejunii per duos menses protrahendi multatus fuit, præterea que monitus sub comminatione pœnæ Carceris ad annum, necnon suspensionis ab exercitio Ordinum, ut a similibus excessibus imposterum abstineret, itidemque condemnatus ad solvendum Sebastiano Ranziski Organistæ suæ Ecclesiæ centum marcas ob calumniam eidem judicialiter de quodam efferto furto impictam; quarta itidem anno 1733. promulgata, qua eumdem Parochum de attentato incendio domus cujusdam Oppidani cognomine Viethau ab instigatore Judicii, ut ajunt, accusatum prælaudata Curia *veluti reum, & convictum ob non factam purgationem de hujusmodi Crimine decrevit, & quia nullum damnum ex nonsecuto incendio provenit, ideo ipsum tantum pro hujusmodi ausu malitioso ad Carceres formales per duos menses condemnavit, & in ordine ad privandum Beneficio tertio canonice monuit, & ut a similibus in futurum abstineat, sub pœna excomunicationis eidem Sanctæ Sedi reservatæ, & privationis Beneficii, ac proscriptione ex Archidiœcesi, ac aliis arbitrariis ipsum admonuit, ac in damnis, ac litis expensis condemnavit*, quinta demum, qua eadem Curia, inspectis novo incendio in domo Pro-Consulis Vvieczynski attentato, turpi cum suspectis mulieribus consuetudine, necnon odio, & infamatione

*Sess.*14.*cap.*6. *& Sess.*25.*c.*14. *de ref.*

apud

apud Populum sibi commissum contracto, a Parochiali Ecclesia Debrovicensi amovit, tradiditque Patronis facultatem aliam Personam idoneam præsentandi, uti constat ex tenore ipsius Sententiæ *Summ. Promotoris Fiscalis n.* 11.

Postremam ex sententiis supra enunciatis impugnaturus Chrisostomus interjecit ad S.Sedem appellationem, quam modo ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi prosequens coram Sacro hoc Senatu juxta Dubium in calce præsentis Restrictus apponendum, contendit, multiplici nomine sententiam prædictam sustineri non posse, & præsertim quia ad præscriptum *S.Conc.Trid.cap.* 14. *sess.* 25. *de reform.* eam non præcesserit trina monitio.

At cum nomine Consulis, Proconsulis, totiusque Communitatis præfati Oppidi Debrovicensis fuerit sub annum 1736. porrectus Sanctissimo Domino Nostro supplex libellus, in quo exponebatur,, qua-
,, liter ad compescendam scandolosam vitam R.Chrisostomi Baza-
,, novuski eorum Parochi pluries, atque pluries coacti fuerunt, re-
,, currere ad Curiam Archiepiscopalem Gnesnensem, quæ per plu-
,, res vices eum incarcerari jussit, aliisque pœnis multavit, sed quia
,, dictæ monitiones loco inserviendi pro medela, & emendatione
,, ejus malæ vitæ eum de die in diem pejorem effecerunt, dum non
,, erubuit sæpe sæpius se inebriare cum fœminis malæ famæ, ac
,, etiam aliis, quæ virum habuerunt, publice conversari, & ad Ple-
,, banalem Domum die, noctuque traducere, Bona Recurrentium
,, comburere, eosque ab Ecclesia expellere, rixas inter Oppidanos
,, excitare, eosque verbis, & verberibus usque ad sanguinem afficere
,, bonaque multorum usurpare; ideo de anno 1733. iterum Orato-
,, res recursum habuerunt ad eamdem Curiam Archiepiscopalem,
,, quæ recognitis excessibus per dictum Parochum perpetratis ita
,, exigente justitia, pro quiete etiam Oppidanorum omnium decre-
,, vit privationem dicti Parochi, aliumque in ejus locum substituit,
,, *hisque expositis, preces eo tendebant, ut Sanctitas sua* -- nolit per-
,, mittere reditum dicti Parochi ad dictum Oppidum in figura Pa-
,, storis, dum in casu ejus reditus multi Patriam relinquent, & mul-
,, ti etiam propter aversionem, & scandala a Sacramentis per ejus
,, manus, se abstinebunt; -- juxta verba ejusdem supplicis libelli ad hanc Sac.Congregationem remissi, idcirco, perpensis facti circumstantiis utrinque latius descriptis, inspectoque potissimum Decreto Sacri Concilii Tridentini contra Parochus turpiter, & scandolose viventes edito *Sess.* 21. *cap.* 6. *de Ref.* una cum Resolutionibus, quæ consentanee ad idem Decretum prodierunt in *Novarien. Permutationis Parochiæ* 6. *Octobris* 1703. relata per *Fargn. de jurepatr. part.* 2. *can.* 21. *cas.* 9., *in Augustana* 12. *Februarii* 1735., *in Januen.* 9. *Februarii* 1737. *in Spoletana Parochialis* 23. *Februarii*, *&* *in Burgi S.Donnini Parochialis* 4. *Maii ejusdem anni*, dignabuntur Eminentissimi Patres respondere.

An Sententia Curiæ Metropolitanæ Gnesnensis lata die 10. *Julii* 1733. *contra Parochum Chrisostomum Bazanovuiski sustineatur in casu &c.*

Dilata, concordetur factum, & scribatur Archiepiscopo pro informatione juxta instructionem.

Sess. 24. c. 3. de ref.

NEAPOLITANA RESTITUTIONIS IN INTEGRUM. Beneficium Restitutionis in integrum imploraturus Frater Joseph Varchetta Ordinis Redemptionis Captivorum adversus Professionem, quam sub diem 9. Decembris 1715. in Conventu S. Archangeli ad Bajanum Civitatis Neapolis coactus emisit, ut ipse contendit, ob violentias sibi illatas tum a Catharina Baliossa Matre, tum a Josepho Pisacani, a quo fuerat jam pridem in Filium adoptatus, anno 1714. suas in eum finem SSmo Domino Nostro porrexit preces, quibus ad amplissimum hunc Cœtum remissis, demandata fuit consueta compilatio Processus quo demum jussu hodierni Emi Archiepiscopi una cum sua elucubratissima Relatione ad Urbē transmisso, contigit modo, urgente d. Fr. Josepho, Dubium, quod in calce præsentis Restrictus describetur, discutiendum proponi.

Ex memorato Processu, qui in depositionibus sex Testium consistit, satis probatum putat Orator, quod Catharina Baliossa a suo viro Nicolao Varchetta derelicta in domo d. Josephi Pisacani (qui erat vir Dominicæ Varchetta Oratori germanæ) degens, moribus aspera, furens animo, & cum filiis rigida sæpe sæpius, ac facile verberibus afficiens eumdem Oratorem moribus docilem, timidum, & obsequentem jam puberem ad præfatum Monasterium adegerit una cum dicto Josepho ejus parente adoptivo, quodque Orator ab eodem Josepho in illud primo ductus intra probationis annum domum dictorum Parentum cum Superioris licentia aliquando adiverit sociatus, in eaque muneribus alliceretur, donec constantem in susceptæ vitæ proposito servando animum ostenderet, ubi vero de statu Religionis conqueri inciperet, comminatis carceratione, aliisque malis, ad Cœnobium redire cogeretur invitus, ac tam Novitius, quam Professus animum suum a perseverantia in Religione alienum ipsis Testibus multoties aperuit, quamvis assidua comestibilium dona a suis Parentibus acciperet, ut totidem ferme verbis expositum legitur in prædicta Emi Archiepiscopi Relatione.

Tres insuper afferuntur protestationes ab Oratore coram Notario, & Testibus sub juris jurandi religione exaratæ, in quarum prima emissa sub diem 30. Octobris 1714., nimirum ante susceptum Religiosum habitum, prævia declaratione: „ Come per li tanti patimenti, mortificazioni, bastonate, e minaccie viene perseguitato „ dalli Maggiori Giuseppe Pisacani Padre adottivo, e Cattarina „ Baliossa legitima Madre a voler contro sua voglia prender l'abito della Redenzione de' Cattivi, perlochè frà pochi giorni contro ogni sua volontà deve vestirsi dell'abito sudetto, lo che forzosamente farà per sfuggire la rigidezza, patimenti, bastonate, „ e persecuzioni di detti Magnifici Giuseppe, e Cattarina, come „ anche per essere povero giovane, e non potersi da se solo mantenere, ed alimentare, ne poter dimorare in casa de' suoi Parenti anche per riflesso di detti magnifici Giuseppe, e Cattarina: „ *protestatus fuit*: non una, tre, e quattro volte, ma cento, e „ mille volte, e quante volte sarà necessario, non essere sua intenzione di vestirsi di detto abito, ne di altri abiti di qualsivoglia „ Religione, ne di professare, ne dimorare in quella, ò in qualsivoglia altra:, *subjungens præterea*: Che però essendo stata sempre conforme al presente è sua volontà di vivere da secolare, e

„ quantunque professasse, ò facesse qualsivoglia atto di Professione
„ in detta, ò in altra, ò dasse qualsivoglia giuramento, da ora per
„ allora s'intenda ipso facto nullo, come fatto detto atto forzoso
„ per le cause sudette, ne di sua spontanea volontà, e di poterne
„ in ogni futuro tempo esclamare, ed annullare detto atto di Profes-
„ sione, ed ogn'altro atto, e giuramento, che dasse, ò facesse,
„ protestandosi, come di sopra essere ad pompam, fittizio, e simu-
„ lato.

In secunda vero conscripta post Professionem, die scilicet 4. Januarii 1716., rursus exposito, se Religioni devovisse: „ Per li tanti pati-
„ menti, mortificazioni, persecuzioni, e bastonate avute dalli
„ Magnifici Giuseppe Pisacani suo Padre adottivo, e Cattarina Ba-
„ gliossa sua legitima Madre, e per la gran forza, e timore de' me-
„ desimi, e per le minaccie ancora inferiteli di volerlo scrivere
„ per Soldato, e portarlo al Regio Arsenale --, *sed ante Professio-*
„ *nis actum exarasse protestationem mox relatam, denuo confirmans*
„ *animum* --„ di controvenire, e dire di nullità della detta nulliter
„ sua Professione fatta, e giuramento, ed altro nulliter fatto --, *in*
„ *hæc verba se aparuit* -- Che però non tenendo intenzione di
„ commorare, ne stare in detta Religione, ma di vivere in li-
„ bertà, siccome vivono tutti gli secolari, non essendo sua inten-
„ zione portare detto abito, ne stare, ne per divina ispirazio-
„ ne in quella commorare; e perchè presentemente non puotè di-
„ re di nullità esso Chierico Frà Giuseppe di detta nulliter sua Pro-
„ fessione fatta, però espressamente si protesta, come di sopra non
„ una, ma cento, e mille volte, che quantunque le sue ragioni
„ sopra di ciò riserbate per ora non potesse proponere contro la
„ Professione, restino sempre salve da proponerle, ed eleggere
„ infra quinquennium servata forma Sacri Concilii Tridentini, *&*
„ *in tertia demum confecta die* 8. *Januarii* 1719., *recensitis binis*
„ *præmissis protestationibus, ita effatus est* -- Che passando il quin-
„ quennio sudetto, le sue ragioni vuole per il presente atto, che
„ restino per sempre valide, e ferme di poter dire di nullità dalla
„ sua Professione, e di esclamare usque ad seriem, & infinitum
„ come fatta la sudetta Professione per vim, & metum, e per le
„ cause espressate nelli detti atti fatti, e di proponerle, ed alle-
„ garle ad meliorem statum, & commoditatem, perchè per ora
„ non ha modo di poterle allegare, essendo ferma intenzione di
„ esso Protestante di allegare (e perchè se n'è protestato, e pre-
„ sentemente se ne protesta) che quatenus passasse d. quinquennio,
„ e non si ritrovassero dette sue ragioni allegate, e prodotte co-
„ ram quocumque Judice Ecclesiastico, perciò se ne protesta usque
„ ad seriem, & in perpetuum, poichè il dilatare nascerà dal non
„ aver modo di poterle allegare, e proporle, però restino sempre
„ ferme ad meliorem statum, & commoditatem.

Postremo adducitur solemnis declaratio a præfato Josepho Pisacani anno 1727. coram Notario, & Testibus edita, ac jurejurando munita, in qua fassus ille minas, tyrannidemque in Oratorem adhibitas, ut ad amplectendam Religionem induceret, apposite patefacit, quod „avendo fatta riflessione alle continue esclamazioni di detto
„ P. Giuseppe, ed affinchè il medesimo non resti pregiudicato nell'
anima

„ anima, ed efferne eſſo cauſa di darne conto a Dio &c. quindi è,
„ che oggi predetto giorno non per forza &c. dichiara, che non
„ altrimenti il ſudetto P. Giuſeppe preſe l'abito ſudetto in d. Reli-
„ gione, ed in quella profeſsò per divina iſpirazione, ma per le
„ veſſazioni, che da eſſo l'erano ſtate date, e per il continuo ti-
„ more, e minaccie inferitili, del che chiedendone perdono a Dio
„ con giuramento tutto ciò dichiara in preſenza noſtra.

Hæc ſunt, quæ Oratoris petitioni potiſſime ſuffragantur; Ponderandum jam vero eſt, num eidem officiant Sacri Ordines ad titulum paupertatis ſuſcepti, & Officium Vicarii per aliquot Menſes ab ipſo exercitum, de quibus late differitur in laudata Emi Archiepiſcopi Relatione, ubi, perpenſis hinc inde rationum momentis, ſuper præcipua quæſtione, an Orator ſponte ſua, vel coacte Vicarii officium ſuſceperit, & qua de cauſa tandiu adverſus Profeſſionem uſque ab anno 1715. emiſſam reclamare diſtulerit, hæc in facto adnotanda ſubjiciuntur: „ Qualis vero hujuſmodi voluntas in præfa-
„ to munere ſuſcipiendo, exercendo, & dimittendo fuerit, ex
„ Actis clarum non habetur ob recenſitam Patris Gregorii Jatti
„ depoſitionem (*ſcilicet Religioſus iſte in ſuo formali examine ad*
„ *interrogationem octavam ſequentia reſpondit*: Io sò beniſſimo, che
„ detto Frà Giuſeppe è intervenuto nelli ſoliti eſercizj farſi nella
„ noſtra Religione con fervore; conforme tutti gl'altri Religioſi:
„ ne da Noi ſi pratticano annali ratifiche di Profeſſione; Il mede-
„ ſimo Frà Giuſeppe mai ha commeſſo delitti, nella medeſima fu
„ una volta per poco tempo Vicario, e poi fu levato, per non eſ-
„ ſere abile, da Superiori --) quæ tamen a ſupradicta quatuor Re-
„ ligioſorum, privata tamen, & extrajudiciali atteſtatione directe
„ oppugnatur. E' contra hic prætereundum haud eſt, prætenſam
„ metus cauſam, nempe vitam utrorumque Parentum adoptivi,
„ ac naturalis ad annum 1730. uſque perduraſſe, tumque tempo-
„ ris, tametſi metus jam eſſe deſierit, Orator tamen ad aliquot an-
„ nos præpeditum ſe fuiſſe, aſſervit, quominus reclamaret, ſub-
„ orta lite cum ſuo germano ſuper hæreditariis defuncti Parentis
„ bonis, qua abſoluta, reclamare eſt aggreſſus, juxta memoratas
„ Teſtium depoſitiones.

Omnibus itaque liberatis, onus erit EE. Patrum pronunciare.
An ſit locus Reſtitutioni in integrum in caſu &c.

Negative, & amplius.

NULLIUS, SEU MASSANEN. JURIS CONVOCANDI SYNODUM. Contendente Rmo Silvio Valenti Gonzaga Commendatario Archimandrita nuncupato Monaſterii S. Salvatoris de Lingua Phari hodierno Apoſtolicæ Sedis apud Catholicum Hiſpaniarum Regem Nuncio: „ ſe ratione dicti Monaſterii particulare, & *Seſs. 24. cap. 9. de ref.*
„ ſeparatum Territorium habere, ac juriſdictionem quaſi Epiſco-
„ palem in ſibi ſubjectis Locis exercere, ac Synodum convocare,
„ & in ea Examinatores deputare, *necnon authumante*, *quod* ipſe
„ tamquam vere Ordinarius cum ſua propria Diœceſi diſtincta, &

 ſepa-

,, ſeparata , ac independenti cum jurisdictione ſpirituali , & temporali , ut quilibet Ordinarius in ſua propria Diœceſi habet , & vere eſſe *Nullius* a bo: me: Joſepho Migliaccio tunc Archiepiſcopo Meſſanenſi recognoſci , quodque cenſus in fundatione dicti Monaſterii favore pro tempore exiſtentium Archiepiſcoporum Meſſanen. conſtitutus pro omni jure Epiſcopi pro tempore exiſtentibus Archiepiſcopis Meſſanen. juxta quamdam concordiam inter bo. me. Ugonem , dum etiam viveret , Archiepiſcopum Meſſanen. , & tunc exiſtentem Siciliæ Regem initam ſolvi reſpective debeat , quodque confugientes ad Eccleſias præfato Monaſterio ſubjectas propria auctoritate extrahere , & in carceribus ad nomen Eccleſiæ detineri facere , necnon literas dimiſſoriales ſuis Subditis concedere , & concurſus ad Beneficia curata tenere , & inſtituere reſpective valeat , quodque diſpenſationes , & literæ Apoſtolicæ ei dirigi poſſint -- , *illius conatibus obſtitit memoratus Archiepiſcopus Joſephus Migliaccio mordicus propugnans , quod* -- præfatus Sylvius Archiepiſcopus , & Commendatarius minime ſit Ordinarius cum ſeparata Diœceſi , & diſtincto Territorio , & vere *Nullius* , quodque cenſus præfatus vigore fundationis præfati Monaſterii , & Regiorum Diplomatum a præfato Silvio Archiepiſcopo , & Commendatario debeatur , ac recognitio immunitatis Eccleſiaſticæ , illiuſque declaratio pro confugientibus ad Eccleſias eidem Monaſterio , ut præfertur , ſubjectas , eorumque extractio ad pro tempore exiſtentem d. Monaſterii Commendatarium ſpectare non poſſit , ſed hoc privative ad pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Meſſanen. , tamquam Delegatum Apoſtolicum ſpectet , & pertineat , quodque idem Silvius Archiepiſcopus , & Commendatarius literas dimiſſoriales ſuis Subditis concedere , atque concurſus ad Beneficia curata abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione tenere , & inſtituere reſpective non valeat , necnon diſpenſationes , & literæ Apoſtolicæ eidem Joſepho , & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Meſſanen. tantum privative quoad omnes dirigi debeant -- , proindeque , multiplici inter hoſce Præſules exorta controverſia , ad eam poſtea dirimendam conſultius utrinque exiſtimatum eſt , ſolemnem inire concordiam , in qua hæc reperiuntur conſtabilita .

Primo quod prædictus Archiepiſcopus per ſe , & Succeſſores ſuos recognoſcunt Archimandritam , & Succeſſores ſuos habere omnimodam juriſdictionem ordinariam civilem , & contentioſam , & criminalem in omnibus Locis ſuæ Diœceſis , necnon in Urbe Meſſanæ ſuper ſuos Subditos juxta tenorem Bullarum Apoſtolicarum , ac Sententiarum pronunciatarum , ad quas Sententias habeatur reſpectus , & relatio pro eo , quod reſpicit , & pertinet ad hunc tantummodo articulum ordinarietatis Illuſtriſſimi Domini Archimandritæ , nulla habita conſideratione articulorum reliquorum in Sententiis contentorum , qui declarantur remanere in eodem ſtatu , in quo ad præſens ſunt , & vigore præſentium articulorum in hac tranſactione , & concordia contentorum remanent .

Secundo , quod Archimandrita , ut ſupra per ſe , & Succeſſores ſuos obligatus ſit , prout ſe obligavit , & obligat ſolvere annuatim Illuſtriſſimo ,

„ ſimo,& Reverendiſſimo Archiepiſcopo Meſſanenſi uncias ſexdecim, & carolenos octo pecuniæ currentis hujus Regni Jure cenſus debiti juxta tenorem ſundationis,regiorumque Diplomatum.

Tertio,quod Archimandrita,& Succeſſores ſui in Archimandritatu poſſint concedere dimiſſoriales literas ſuis Subditis ad Ordines ſuſcipiendos,ita tamen ut toties quoties illas dimittere habeat,teneatur ex pacto vigore præſentis conventionis dimittere,dimiſſorialeſque literas dirigere privative Archiepiſcopo Meſſanenſi, advenientibus autem contingentibus caſibus, vel impedimentis D.Archiepiſcopi,vel longæ abſentiæ Ordinandorum,ſic peculiariter conveniunt,Archiepiſcopus aſſentit,quoties S.Sedes annuat, quantum in ſe eſt, poſſe Dominum Archimandritam literas dimiſſoriales dirigere ad prædictum Archiepiſcopum Meſſanen.; & eo impedito, ad quemcumque Epiſcopum juxta ſtylem,& formam conſuetam, quod pariter intelligendum eſt de Apoſtolicis Brevibus ſuper diſpenſatione ætatis,vel temporum Interſtitiis, & ad omnem æquivocationem tollendam ſtatuunt modo, quod pro longa abſentia Ordinandorum intelligatur,quotieſcumque reperiantur extra Diœceſim Domini Archiepiſcopi Meſſanen., ita quod hujuſmodi literæ dimiſſoriales præſentari debeant in Magna Curia Archiepiſcopali Meſſanenſi,& a Cancellario ipſius apponi,& ſubſcribi debeant: *Ita eſt,ſic ex pacto,& accedente Sanctæ Sedis conſenſu*; item conveniunt,poſſe Dominum Archimandritam dimiſſoriales literas concedere ad quemcumque directas in vacatione Eccleſiæ Meſſanenſis,adjecta particula,ſcilicet Sede vacante,hoc tamen expreſſe declarato,quod ejuſmodi literæ dimiſſoriales etiam præſentari debeant in Magna Curia Archiepiſcopali Meſſanenſi, & a Cancellario apponi, & ſubſcribi debeant -- *Ita eſt, ſic ex pacto, & accedente S. Sedis conſenſu*.

Quarto, quod Archimandrita, & Succeſſores ſui poſſint,libereque valeant concurſus quoſcumque ad Beneficia curata in ſua Archimandritali Diœceſis vacantia indicere, & inſtituere,quibus concurſibus, & inſtitutionibus Dominus Archiepiſcopus Meſſanenſis per ſe,& Succeſſores ſuos in vim præſentis concordiæ promiſit,& promittit ex nunc prout tunc, & e converſo non ſe opponere, quoties Sancta Sedes indulgeat.

Quinto, quod, literæ Apoſtolicæ,& diſpenſationes Matrimoniales pro Subditis Diœceſis Archimandritalis,ſi fuerint a Sede Apoſtolica directæ Domino Archimandritæ,tunc exequi debeant ab ipſo Archimandrita, & nullum a Domino Archiepiſcopo Meſſanæ præſente, & qui pro tempore fuerit, poſſit fieri impedimentum, vel obſtaculum,& e contra,ſi fuerint,ex aliqua ſpeciali cauſa directæ Domino Archiepiſcopo Meſſanenſi,tunc a D.Archiepiſcopo exequi debeant, & nulla poſſit per D.Archimandritam fieri oppoſitio;ſic ex pacto inter eos,& non aliter.

Sexto, quoad recognitionem, & declarationem Immunitatis Confugientium ad Eccleſias Archimandritalis Diœceſis inter ſe convenerunt,quod,ubi videndum eſt,utrum confugientes gaudeant,vel non gaudeant,ſi ſint reſtituendi,vel non reſtituendi Eccleſiæ,tunc Dominus Archimandrita, ejuſque Suceſſores debeant illos extrahere ex propriis Eccleſiis,& in ſuis carceribus cuſtodire cum declara-

„ claratione eos detinendi ad dispositionem D. Archiepiscopi, ad
„ quem privative spectat tale jus decisionis, teneaturque D. Archi-
„ mandrita, mediante epistola, ex officio certiorem reddere D. Ar-
„ chiepiscopum de extractione, & detentione Rei extracti intra ter-
„ minum dierum quatuor.

Postremo pro majori validitate, & firmitate ad invicem liti cesserunt,
„ quibuscumque supplicationibus, aliisque Actis usque modo hinc
„ inde gestis, & unicuique Causæ, & pendentiæ super supradictis ar-
„ ticulis, ut supra transactis tantum, & dumtaxat, promittens ad in-
„ vicem unus alteri, & e converso præsenti transactioni non contra-
„ dicere, nec adversus eam aliquid opponere &c.; pro reliquis ve-
„ ro altercationibus, quæstionibus, aliisque ad invicem prætensis
„ tam decisis, quam pendentibus, & tam in Judicio deductis, quam
„ non deductis unusquisque ex eis remaneat in ejus primævis juri-
„ bus, quibus erat, & est ante præsentem concordiam, & neutri ex
„ eis per præsens Instrumentum Concordiæ, & transactionis intel-
„ ligatur inductum, & illatum aliquod præjudicium, sed omnia, &
„ singula intransacta, & in præsenti non expressa remaneant in eo
„ statu, quo sunt, & quilibet ex eis, si voluerit, liberas Ædes habeat
„ jura sua experiendi, prout ante præsentem experiri poterat, firma
„ tamen, & rata manente hac præsenti concordia super articulis
„ prædictis, ut supra, transactis, & non aliter.

Post transactionem ejusmodi ex sententia Sacræ hujus Congregationis ad preces tam Archimandritæ, quam Thomæ de Vidal, & de Nin moderni Archiepiscopi Messanensis Successoris præfati Josephi Migliaccio interea defuncti Apostolico beneplacito in forma Brevis expedito communitatem idem Archimandrita innixus pacto, seu conventioni in illa adjectæ, quod tam ipse, quam Successoris sui *possint, libereque valeant concursus quoscumque ad Beneficia Curata in sua Archimandritali Diœcesi vacantia indicere, & instituere*, cum ob dictum Apostolici Nuncii munus nequeat Diœcesanam Synodum convocare, ibique Synodales eligere Examinatores, coram quibus juxta Tridentini præscriptum Concursus ad Parochiales Ecclesias in suo Archimandritali Territorio vacantes haberi possit, supplex ab Eminentissimis PP. postulavit, sibi tribui facultatem deputandi Synodales Examinatores extra Synodum; Sed quia Archimandritæ precibus rescriptum fuit, ut prius doceretur de jure convocandi Synodum, subindeque Oratoris petitioni contradictorem se præbuit Archiepiscopus Messanensis authumans ex facultate indicendi concursus non inferri jus congregandi Synodum, ut recens hoc litigium obtruncetur, sapientissimum Eminentiarum VV. Oraculum imploratur.

Concursus ad Parochiales Ecclesias, ut ab Abbate, aut alio Prælato Inferiore possit rite, valideque indici, cum ille ex Tridentini Decreto *Sess.*24.*cap.*18.*de ref.* coram Examinatoribus Synodalibus haberi debeat, satis non est, ut idem Abbas, aut Prælatus habeat proprium, distinctumque Territorium, cum qualitate, ut ajunt vere *Nullius*, ibique jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem exerceat, sed insuper requiritur, ut in vim Apostolici Privilegii, potiatur jure convocandi Synodum, atque in ea reipsa Synodales Examinatores elegerit, quemedmodum colligitur ex Rescripto pridem

dem a S.C. in hæc verba edito -- *S. C. cenſuit, examen, & Edicta proponere, & alias proviſiones facere juxta cap.18.Seſſ.24. ſpectare ad Epiſcopum tantum, & non ad alium Inferiorem, non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili, etſi inferior ex immemorabili haberet hoc Jus cumulative cum Epiſcopo in loco Suæ Jurisdictionis, dummodo in ipſius Epiſcopi Diœceſi Parochialis poſito ſit: Quod, ſi Parochialis non ſit intra fines Diœceſis alicujus Epiſcopi, & Inferior Epiſcopo omnimodam habeat Jurisdictionem Epiſcopalem, nec alicui ſubdatur ſed eſt immediate ſubjectus Sedi Apoſtolicæ, Nullius Diœceſis proprium Territorium habens, ſi habeat jus congregandi Synodum, & legitime conſtet, & illam congregaſſe, & congregare, & elegiſſe, ac eligere Examinatores, poterit concurſum inſtituere, examinare, & approbare Æconomos, Vicarios deputare, & alia facere, quæ præſcribuntur cap.18. Seſs.24.: Epiſcopus vero debet manuteneri, donec dicta requiſita Abbas probaverit* --, ut in *lib.6. Decr. pag.*91.

Hinc autem contenditur, elici ex parte Archimandritæ, quod, ſicuti concurſus inſtitui tantum poteſt ab eo, qui jus convocandi Synodum obtinet, ita ex poteſtate ſibi facta indicendi concurſum, tributa quoque cenſeatur facultas congregandi Synodum, quemadmodum argui poſſe videtur ex firmatis in *Deciſione* 629. *par.*4. *Diverſorum*, & ex traditis ab *Eminentiſſimo Petra in ſuis Doctiſſimis Commentariis ad Conſt.*4. *Calliſti III. Sect.*2. *num.*114. *in fin.*

At, licet Prælatus inferior, qui ex Apoſtolico Privilegio jus habet congregandi Synodum, potiri quoque dicatur jure inſtituendi concurſum, utpote ad Synodi convocationem confectario, atque ab ea prorſus dependente, *Garz. de Benef. part.*9. *cap.*2. *n.*131. *Tamburin. de jur. Abbat. part.*3. *diſput.*9. *quæſt.*20. *n.*2. *& alii adducti per Barboſ. ad Concil. Seſs.*21. *cap.*18. *n.*50., prætereaque jus Prælato inferiori in Apoſtolico Privilegio tributum inſtituendi concurſum ad Parochias vacantes, poſſit aliquando eſſe argumento, quod ei conceſſum quoque fuerit jus convocandi Synodum; attamen circa quæſtionem, num ille, cui ſimpliciter declaratum eſt, competere facultatem indicendi concurſus, & præſertim ſi id expreſſum fuerit in contractu, conceſſa itidem cenſeatur Synodi convocatio, præſtat in Jure adnotare, eandem Synodi convocationem, veluti Jus quoddam ſpeciale Monarchicum ferendi Leges Eccleſiaſticas adeo privative Epiſcopis competere, ut Prælatus quicumque Inferior nequeat illud ſibi vindicare, niſi præter Territorium ſeparatum cum omnimoda ordinaria, ſeu quaſi Epiſcopali jurisdictione, afferat Apoſtolicum Indultum, inquo ſibi id juris explicite tribuatur, proponatque inſuper ſubſecutam conſuetudinem, qua conſtet, ipſum ſolere Synodum convocare, ibique Synodales Examinatores deligere, ſecundum ea, quæ in terminis docent *Garz. de Benef. part.*2. *cap.*2. *num.*121. *& ſeqq. Pariſ. de reſign. lib.*8. *qu.*9. *num.*98. *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.*24. *c.*18. *num.*45., & alii relati *per Eminentiſſimum Petra ad Conſtit.*4. *Caliſti III. Sect.*2. *num.*114. *Tom.*5. *pag.*129., & conſentanee ad hæc Sacra Congregatio ſub die 26. Septembris 1615. reſcripſit „ Inferiorem Epiſcopo, ſi modo omnimodam Jurisdictionem „ habeat Epiſcopalem, nec alicui ſubdatur, ſed ſit immediate ſubditus Sedi Apoſtolicæ Nullius Diœceſis, ac proprium habens Territorium, ſi Jus habeat congregandi Synodum, & legitime conſtet,

„ illam

„ illam congregare, posse concursum Parochialium vacantium in-
„ stituere, atque alia peragere, quæ ipsius Concilii Decreto præscri-
„ buntur cap.18.sess.24., verum priusquam se has omnes, & sin-
„ gulas qualitates habere legitime docuerit, id Jus in Locis supra-
„ dictis ad Archiepiscopum tantum pertinere -- *ut in* lib.11. De-
„ cret.pag.163., *subindeque in* Nullius 17. *Augusti* 1626. *censuit*,
„ Abbatem non posse congregare Synodum, quamvis habeat Juris-
„ dictionem quasi Episcopalem, nisi etiam habeat Jus congregan-
„ di Synodum, -- *ut in* lib.13. Decr.pag.10.

Omnibus itaque ponderatis, placeat EE.VV. rescribere.

An Archimandritæ Messanensi competat jus convocandi Synodum in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess.24. ca.1. de Ref.

HORTANA JURIUM PAROCHIALIUM. Cum intra fines Parochiæ Oppidi Suriani plura sint publica Confraternitatum Oratoria, Rectores ejusdem Parochiæ insolidum, ut ajunt, animarum curam ibidem exercentes, occasione, qua sub annum 1736. in Oratorio Confraternitatis S.Euthitii die festo S.Theresiæ fuit a Cappellano celebrata Missa solemnis cum Diaconi, & Subdiaconi assistentia, assertæ consuetudinis præsidio suffulti cœperunt contendere, nullas posse in Ecclesiis dd. Confraternitatum ab earum Cappellanis independenter a se, & privative quoad ipsos functiones, etiamsi non Parochiales, peragi, minusque licere præfatis Cappellanis Missam solemnem in eisdem Oratoriis celebrare.

Hanc itaque controversiam, aliasque imposterum facile orituras dirimi cupientes dd. Sodalitatum Præfecti, supplicem supremo huic Consessui porrexerunt libellum, quo post expositas suarum Ecclesiarum a memorata Parochiali independentiam, multiplicesque Parochorum, quibus vexantur, conatus, petierunt declarari, licitum suis esse Cappellanis tum Missas solemnes, assistentibus Diacono, & Subdiacono privative quoad eosdem Parochos explere, tum præsentibus Cadaveribus recitare Officium Defunctorum, Missamque ad præscriptum Ritualis ante ipsorum tumulationem canere; e contra vero nullum jus esse præfatis Parochis quascumque functiones sive Parochiales, sive non Parochiales, & mere Ecclesiasticas, inconsultis Confraternitatum Officialibus, earumque Cappellanis in ipsorum Oratoris peragendi, ac præterea non quælibet intorticia, nec ceras omnes, sed quartam funeralem dumtaxat Parochis deberi, quotiescumque in iisdem Oratoriis, vel Ecclesiis tum Sodalium, tum aliorum quorumcumque Defunctorum cadavera sepeliri contingat.

Consentanee ad ejusmodi Confratrum petitionem, receptis pridem Episcopi literis, in quibus præmissæ controversiæ recensentur, quatuor subscripta fuere Dubia, quorum decisionem, inspectis decretis Generalibus S. Rituum Congreg., quæ per extensum referuntur a *Monacell. formul. for. Eccl. part.2. tit.3. form.1. pag.10. & seqq.*, quæque sæpius exornata fuere in Magistralibus Decisionibus S.Rotæ *in Pacen. Funeralium* 15.*Maii* 1723. *cor. de Gamaches*, & novissime *in Faventina jurium Parochialium 7.Martii proxime præteriti coram*

R.P.D.

R.P.D.Vicecomite, necnon in pluribus Foliis S.Congr., & signanter *in Asculana Jurium, & Functionum Parochialium* 8. *&* 29. *Augusti* 1733. *in Privernen. Ædificationis Ecclesiæ, & Jurium Parochialium* 24.*Sept.* 1735. *& in Firmana Jurium Parochialium* 2. *Junii* 1736. greve non erit EE. PP. edicere .

I. *An in Ecclesiis Confraternitatum Laicalium Terræ Suriani expleri possint functiones non Parochiales, & signanter celebrationis Missarum cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi independenter a Parochis in solemnioribus earumdem Ecclesiarum Festivitatibus .*

II. *An in dictis Ecclesiis possint Parochi peragere functiones tam Parochiales quam non Parochiales, irrequisitis Officialibus, & Cappellanis dd. Ecclesiarum .*

III. *An Cappellani dd.Ecclesiarum recitare possint Officium Defunctorum, & canere Missam ad præscriptum Ritualis , antequam sepeliantur Cadavera illata in dd. Ecclesiis , seu potius privative id spectet ad Parochos .*

IV. *An occasione tumulationis Defunctorum in dd. Ecclesiis debeantur Parochis omnia intorticia , & ceræ , seu potius debeatur sola quarta funeralis in casu &c.*

Dilata ad sequentem .

COLONIEN. , SEU LEODIEN. JURIS BENEDICENDI . E vivis erepto sub annum proxime elapsum Patre Nicolao Masin Abbate Monasteriorum Stabulensis , & Malmundariensis ex Congregatione Brustaldensi Ordinis S. Benedicti, electus fuit in novum Abbatem P.Deodatus Drion Prior Monasterii Malmundariensis , cumque super eadem electione confectus postea de more fuerit Processus ab Apostolico Nuncio ad Tractum Rheni, ac subinde relatus in S.Consistoriali Congreg, habita die 26.Septempt. superioris anni, meruit electio illa Pontificia confirmatione digna judicari,adeoque Apostolicæ literæ in hunc finem, curante memorato Abbate recens electo, fuerunt expeditæ, in quibus apposita est præcæteris clausula, ut possit *Benedictionis munus suscipere a Suffraganeo Archiepiscopi Coloniensis , vel Episcopi Leodiensis , quem ipse Abbas maluerit .* *Sess.25. c.21. de Reg.*

Atquia Leodiensis Episcopus , ubi primum accepit , clausulam istam fuisse in præfatis literis insertam , contendens, privativum , ut vocant, sibi jus esse benedicendi Abbatem dd. Monasteriorum,studuit moras interiici, ne præfatus Abbas enunciata libertate suscipiendi benedictionem sive a Suffraganeo Archiepiscopi Coloniensis , sive ab Episcopo Leodiensi uteretur, hos inter Præsules, quorum unusquisque sibi asserit mox dictum jus privativum , orta est contentio , ad quam dirimendam , cum fuerit utrinque implorata suprema SS.D.N. judiciaria potestas, placuit Sanctitati Suæ ejusdem controversiæ definitionem Sacro huic Consessui delegare .

Bina igitur', ita petentibus Antistitibus inter se decertantibus , oportuit subscribere Dubia , alterum scilicet complectens quæstionem super facultate benedicendi hodiernum Abbatem , alterum vero in quo disceptandum proponitur,cui competat jus benedicendi Regularem alterius Ordinis, quatenus ille foret in Abbatem eorumdem Monasteriorum postulatus, & ab Apostolica Sede confirmatus.

 Porro

Porro, quod attinet ad Dubium priori loco inferius describendum, & cujus decisionem præcipue urget hodiernus Abbas, quippe qui ex protracta sui benedictione tum Dignitatis adeptæ prærogativis, atque decori, tum libero Jurisdictionis exercitio, tum denique suorum Monasteriorum futuræ tranquillitati non exiguum authumat obvenire detrimentum, fatetur ipse quidem, non posse Abbates a quocumque Catholico Antistite benedictionem licite suscipere, sed illam petere obstringi ab Episcopis, in quorum Diœcesibus Monasteria consistunt, uti per Text. in *Can. Devotis* 20. *q.*1. *in cap. Statuimus* 1. *de supplen. negligen. Prælat.*, *in cap. Quoniam*, *& in cap. Cum contingat de ætat. & qualit.* tradunt cum aliis *Barbos. de offic. & potest. Episc.part.*2.*alleg.*27. *n.*51. *& seqq. Tamburin. de jur. Abbat. tom.*1. *disput.*11. *q.*1. *&* 2. *& Emus Petra in suis eruditissimis Commentariis ad Const.*9. *sect. unic. n.*10., & novissime id sancitum fuit a san. mem. Benedicto XIII. *in Conc. Rom. tit.*2. *cap. unic.*, ac in ejus Const. incip. *Commissi Orbis*, ubi sic habetur: *Injungimus, præcipimus, & districte mandamus omnibus, & singulis Abbatibus Regularibus licet perpetuis solummodo ratione administrationis, ut præfertur, qui Monasteriis cujuscumque Ordinis, Congregationis, ac Instituti de cetero præficientur, ut infra annum a die eorum electionis computandum solemnem benedictionem ab Episcopis, in quorum Diœcesibus Monasteria consistunt, juxta Ritum in Pontificali Romano præscriptum omnino suscipiant, vel saltem eam ter ab ipsis humiliter postulent, servata forma sancita in cap. Statuimus, de supplen. negligen. Prælat.*

Verum strenue propugnat, præmissam Benedictinæ Constit. sanctionem sibi minime obesse, non solum quia ibidem nulla fit mentio de Abbatibus Monasteriorum, quæ Apostolicæ Sedi sunt immediate subjecta, neque de illis, quorum electionis confirmatio juxta Germaniæ concordata debet a Summo Pontifice impetrari, sed etiam quia Constitutio præfata, utpote loquens de Abbatibus uni dumtaxat Monasterio præsidentibus, apta nequaquam sit comprehendere Abbatem, qui duobus, ut in hypothesi, præest Monasteriis inter se æque principaliter unitis, & quorum alterum in Diœcesi Leodiensi, alterum intra limites Archiepiscopatus Coloniensis reperitur erectum, ita quidem ut, si in casu isto ad tramites prælaudatæ Constitutionis procedendam foret, eadem potius sibi faveret quo ad libertatem suscipiendi benedictionem, vel ab Episcopo Leodiensi, vel ab Archiepiscopo Coloniensi, dum per illam temperata quidem fuere antiqua privilegia, quorum prædio nonnulli ex Abbatibus Regularibus poterant benedictionem a quocumque Catholico Antistite suscipere, sed æque statuta lex fuit, ut ejusmodi Abbates -- *a Diœcesano tantum Episcopo, vel a Metropolitano infra prædictum terminum benedictionem omnino suscipere teneantur*; Quocirca putat, nullo prorsus jure sibi posse ab Episcopo Leodiensi vetari, quominus benedictionem ab Archiepiscopo Coloniæ ejus Metropolitano juxta arbitrium sibi in Apostolicis literis collatum recipiat.

Addit præterea, assertum jus privativum, quod sibi vindicare nititur Leodiensis Episcopus, elici haudquaquam posse ex eo, quod Abbas antecessor novissime defunctus per ipsum fuerit benedictus, id enim contigisse ait, quia Benedictio fuerat illi in Apostolicis literis specialiter delegata, nec inde arguendum subdit, morem fuisse S.Sedis,

ut

ut potestas benedicendi Abbatem istorum Monasteriorum semper committerentur Antistiti Leodiensi, dum antiquioribus literarum Apostolicarum exemplis contendit alias concessam fuisse Abbati facultatem adeundi quemcumque Catholicum Antistitem sibi bene visum, idque non alia sane ex causa, nisi quia libertas ejusmodi delegationis a voluntate, & arbitrio Summi Pontificis omnino dependeat.

Hæc sunt rationum momenta, quæ nomine Abbatis circa I. Dubium proponuntur. Jura autem Metropolitani Coloniensis, & Episcopi Leodiensis, quorum Defensores super utroque decertare velle professi sunt, nondum allata fuere; Vestrum itaque erit Emi PP., tum ex hactenus expositis, tum ex aliis memoratorum Præsulum nomine adducendis juribus sapientissime decernere.

I. *An benedictio Abbatis Stabulensis, & Malmundariensis competat privative Archiepiscopo Coloniensi, vel Episcopo Leodiensi, seu potius sit in facultate hodierni Abbatis electi, & confirmati se benedicere faciendi ab uno, vel ab altero eorum, quem ipse maluerit juxta ejus literas Apostolicas in casu &c.*

II. *An, & a quo benedici debeat Regularis alterius Ordinis, quatenus postulatus, & confirmatus fuerit in Abbatem eorumdem Monasteriorum in casu &c.*

Dilata ad primam post proximam.

Die Sabbathi 5. Julii 1738.



Binæ, quæ priori loco describentur Causæ, indecisæ remanserunt in postrema Congregatione. Resumpto itaque Folio tunc distributo, rogantur Eminentissimi Patres eas definire.

NULLIUS, SEU MESSANEN. JURIS CONVOCANDI SYNODUM.

Sess. 4. c. 18. de Ref.

An Archimandritæ Messanensi competat jus convocandi Synodum in casu &c.

Negative.

HORTANA JURIUM PAROCHIALIUM.

Sess. 24. c. 12. de ref.

I. *An in Ecclesiis Confraternitatum Laicalium Terræ Suriani expleri possint functiones non Parochiales, & signanter celebrationis Missarum cum assistentia Diaconi, & Subdiaconi independenter a Parochis in solemnioribus earumdem Ecclesiarum Festivitatibus.*

II. *An in dictis Ecclesiis possint Parochi peragere functiones tam Parochiales, quam non Parochiales, irrequisitis Officialibus, & Cappellanis dd. Ecclesiarum.*

III. *An Cappellani dd. Ecclesiarum recitare possint Officium Defunctorum & canere Missam ad praescriptum Ritualis, antequam sepeliantur Cadavera illata in dd. Ecclesiis, seu potius privative id spectet ad Parochos.*

IV. *An occasione tumulationis Defunctorum in dd. Ecclesiis debeantur Parochis omnia intorticia, & cerae, seu potius debeatur sola quarta funeralis in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative. Ad III. Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam. Ad IV. Servetur solitum ad formam Const. san. mem. Benedicti XIII.

Sess.25. c.21. de Reg.

ALGAREN. SUBSIDII CHARITATIVI. Matthaeus de Bertollinis hodiernus Algarensis Episcopus, cum ob ingentes sumptus, quod occasione Episcopatus sibi collati, & praesertim in expeditione Bullarum, Consecratione, suoque ab Augusta Taurinorum ad propriam Sedem accessu facere debuit, plurimo aere alieno in summa scutorum fere quinque millium gravaretur, innixus dispositioni Sac. Canonum, suorumque Praedecessorum animatus exemplo petiit a Capitulo suae Cathedralis Ecclesiae consensum pro impositione subsidii, quod ajunt, charitativi a Canonicis Praebendatis, Parochis, Beneficiatis, aliisque reditus Ecclesiasticos in sua Dioecesi possidentibus juxta veterem consuetudinem exigendi, cujus ope contractis debitis aliqua ex parte levari posset. At, renuente Capitulo, postulatum accommodare consensum, authumans Episcopus, illum fuisse immerito denegatum, jussit promulgari Edictum, quo per totam Dioecesim solutio memorati charitativi subsidii in summa sc.100. juxta taxam, atque repartitionem ab ipso faciendam sub initium anni 1734. indicta fuit.

Ab ejusmodi promulgatione edicti ad Sacrum hoc Tribunal provocavit Capitulum contendens, juste a se recusatum assensum petitae impositioni subsidii charitativi; tum quia reditus, ut ajunt, Mitrae congruam longe excedentes satis superque sint solvendis assertis debitis ab Episcopo contractis; tum quia e converso proventus Capituli, & Beneficiatorum omnium summe tenues quodcumque onus subsidii Episcopo praestandi nequeant sustinere; tum demum, quia controversum subsidium nunquam hactenus exsolvi consueverit.

Quoniam vero Episcopus, hac reclamatione neglecta, quam ratus est, quoad effectum suspensivum non fuisse admittendam, processit ad exactionem impositi subsidii; Capitulum praedictum prosequens appellationem jamdiu interpositam, praeter alia plura, quae a se, vel saltem ipsius nomine contra laudatum Praesulem in libello EE.VV. exhibito objiciuntur, quaeque una cum responsis ab eodem Episcopo datis in hodierna Congregatione inter summaria precum referentur, obtinuit subscribi quinque Dubia in calce praesentis Restrictus apponenda, quorum decisionem memoratus Antistes magnopere urget.

Episcopos posse subsidium charitativum, requisito prius Capituli consilio, ab Ecclesiis, ac Beneficiis quibuscumque universae suae Dioecesis sibi subiectis postulare pro sumptibus in Bullarum expeditione factis, aut alia simili occurrente causa, cui iidem Episcopi nequeant ob inopiam respondere, probant expressi *Text. in Can. Nullus* 1.

q.1.

q.1. cap.3. de Officio Vicarii cap. conquerente. De Officio Ordinarii, cap. cum Apostolus §. Probibemus de censib. & in Extravag. Vas electionis. Eodem titulo inter com., & late tradunt, aliis addictis *Fagnan. in cap. Præterea n.36. & seq. ne Prælatus vices suas &c. Gonzal. in cit. cap. Cum Apostolus §. Probibemus n.10. Ventrigl. in prax. for. Eccles. par.2. annot.25. §. unic. n.2. & seqq. Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg.87. n.28.*, & egregie *Eminentissimus Petra in suis Commentariis ad Const.2. Urb.VI. n.10. & seqq. tom.4. p.342. & seqq.*, & resolvit S. Congr. *in Venefrana subsidii Charitativi 2. Apr. 1672. lib 27. Decr. pag.351. in Castren., seu Hydruntina Subjectionis lib.28. Decr. p.199. & in Urgellen. subsidii Charitativi 26. Januarii 1692. lib.42. Decr. pag.48. & seqq.*

Si vero annui Episcopalis Mensæ reditus ita sint pingues, ut taxam a Tridentino præscriptam pro congrua cujusque Episcopi sustentatione excedant, ac proinde Episcopus possit commode enunciatum sumptum expeditionis Bullarum persolvere, ei minime permissum est, charitativum subsidium exigere, uti communiter notant *Hostien. in cit. cap. Cum Apostolus n.7. ibique Abb. n.2. Barbos. de offic. & potest. Episcopi alleg.87. n.28. Bellett. disquisit. cleric. par.1. §.12. de cleric. debit. n.2. & 6. Tamburin. de jur. Abbat. tom.3. disp.10. q.1. n.1. & 2.*, & consonat Resolutio S. Congr. edita in *Gerunden. Subsidii Charitativi*, ubi, disceptatis hisce Dubiis. I. *An Episcopi pingues reditus babentes, quia videlicet nedum congruam ipsi juxta formam S. Conc. Trid. assignatam, verum etiam duplicatam, ac longe majorem babent, possint exigere charitativum subsidium a suis Diœcesanis?* II. *An Episcopi, quibus pro exigendo charitativo subsidio non obstat sufficientia, sive exuberantia redituum, possint illud exigere, nulla urgente causa & inconsultis eorum Capitulis.* III. *An possint illud exigere a Clericis Beneficiatis, qui licet aliquos reditus habent non consistentes in distributionibus quotidianis, nihil tamen eis superest ultra honestum victum; immo tales reditus vix sunt sufficientes ad prædictum eorum victum.* IV. *Supposito, quod, consultis eorum Capitulis, dictum charitativum subsidium exigere valeant, possint illud exigere a suis Clericis Beneficiatis non habentibus alios reditus, quam distributiones quotidianas*, die 17. Februarii 1663. rescriptum fuit: *Ad* I. II. III. *Negative. Ad* IV. *Explicandam naturam harum distributionum*, ut in *lib.23. Decr. p.435.*

Summa autem, seu quantitas ab Episcopis nomine sæpedicti subsidii charitativi exigenda olim discreto ipsorummet Episcoporum arbitrio relinquebatur, & taxa ab iis præfinita debebat observari, si modo mediocris, ac non valde onerosa fuisset, secundum ea, quæ advertunt *Monacell. in formular. legal. for. Eccles. par.1. tit.1. form.1. num.41. Eminentiss. Petra loc. supr. cit. n.11. & seqq.*, & ita censuit S. Congreg. in præallegata *Gerunden. Subsidii Charitativi*, in qua ad V. Dubium ita conceptum: *in casibus, quibus permissum est exigere charitativum subsidium, quanta debeat esse illius quantitas*, d. die 17. Febr. 1663. prodiit Resolutio: *Esse arbitrariam pro qualitate indigentiæ, dummodo moderatam, & non onerosam*; Sub annum vero 1678. jussu Ven. Innoc. XI. edita fuit ab hoc Sac. Consessu taxa postmodum *Innocentiana* nuncupata (quæ tamen Ecclesiasticas Italiæ tantum Curias afficere magis communiter creditur, juxta scite ex-

pen-

pensa ab *Eminentissimo Petra d. tom.4. p.344. n.17.*) circa exactionem subsidii charitativi ita statuens: *Il sussidio caritativo in quelle Diocesi, nelle quali sia solito di esiggersi, e non altrimente, si esigga solamente per una sola volta nel primo ingresso del Vescovo secondo la tassa solita antica di* 40. *anni indietro*, ut videre est *lib.*30. *Decret. pag.*129., & penes *Pignatell. consult.*11. *tom.*8.

Hisce itaque ad peculiares facti circumstantias utrinque super unoquoque Dubio enucleandas aptatis, inspectaque potissimum lata Relatione, qua Episcopus quidquid in demandanda subsidii charitativi solutione, eoque postmodum exigendo a se gestum est, nititur a Capituli querelis vindicare, rogantur EE. VV. decidere.

I. *An Episcopus Algarensis potuerit a Canonicis Præbendatis Cathedralis Ecclesiæ exigere subsidium charitativum, & in qua summa*, & quatenus negative.

II. *An teneatur illud restituere*.

III. *An Episcopus potuerit dictum subsidium charitativum exigere non solum a Parochis, sed etiam a Vicariis perpetuis, & in qua summa.*

IV. *An licuerit prælaudato Episcopo exigere d. subsidium tam ab Ecclesiis, & Confraternitatibus habentibus Beneficium unitum, aut alios reditus, quam a Confraternitatibus nullum Beneficium unitum possidentibus, aut nullos, aut ad summum tenuens reditus piis oneribus gravatos habentibus*.

V. *An potuerit ab Episcopo confici taxa controversi subsidii charitativi post requisitum, sed non obtentum Capituli consensum, illudque exigi in summa taxata in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

Sess.24. c.12. de ref.

JUVENACEN. Eadem tria Dubia, quorum decisio in Congr. diei 19. Aprilis proxime præteriti ad preces Capituli Collegiatæ Ecclesiæ S. Michaelis Oppidi Terlitii dilata fuit, in hodierno Consessu discutienda proponuntur.

I. *An distributiones, & cetera emolumenta sint restituenda*.

II. *An privatio vocis activæ, & passivæ sustineatur*; & quatenus negative.

III. *An portio Capitularis vacata per obitum Canonici Josephi de Feo debeatur Canonico Sylvestro de Russo in casu &c.*

Sess.24. c.14. de refor.

VICEN. SEU RIVIPULLEN. JURISDICTIONIS. Cum inter Episcopum Vicensem, & Fratrem Joannem Franciscum Copons Priorem Monasterii S. Mariæ de Rivipullo Ordinis Sancti Benedicti, Vicarium Capitularem, & vacantis Abbatiæ Rivipullen. Administratorem acre adeo exarsisset dissidium super deputatione Œconomi ad Parochialem Ecclesiam S. Eulaliæ de Villadonia, ut Episcopus declaraverit, antedictum Priorem incurrisse Censuras in Bul. Cœnæ Domini *cap.*16. & 17., & in Tridentino *cap.*11. *sess.*22. *de ref.* latas adversus eos, qui Ecclesiasticam Jurisdictionem sibi usurpant, aut illius exercitium quoquo modo præsumunt impedire; contra vero idem Prior publicari fecerit in Ecclesia Rivipulli, & affigi in locis publicis Cedulones, quibus Episcopus denunciatus fuit excommunicatus vitandus, ibina in Supremo hoc Tribunali, cui San-

Sanctissimus D. Noster negotii definitionem remiserat, proposita fuere Dubia sub diem 3. Julii 1734. I. nempe *An, & ad quem spectet in Parochiali Ecclesia S. Eulaliæ de Villadonia cum ei adnexa S. Stephani de la Riba Œconomum pro exercitio Curæ deputare in casu — & II. An, & quæ Censuræ sustineantur, & quomodo sit providendum in casu &c.*, quibus ad petitionem memorati Prioris ea die non resolutis, prodiit Rescriptum -- *Dilata, & proponatur omnino Causa super negotio principali in prima Congr. Novembris, suspensis hinc inde Censuris.*

Appropinquante jam vero mense Novembris, quo Causa juxta præmissum Rescriptum debuisset iterum proponi, idem Prior institit apud Eminentissimos PP., ut primum ex memoratis Dubiis reformaretur, eo sub obtentu, quod paratus esset renunciare controverso juri deputandi Œconomum, quodque solum intenderet propugnare jus nominationis Œconomi per Abbatem Monasterii exhibendæ Episcopo Vicensi, a quo Persona nominata deberet in Œconomum confirmari; Cum autem petitio hæc ob varias interpositas moras non fuerit in Sac. Congregatione proposita nisi die 23. Aprilis insequentis anni 1735., tunc fuit ab ea responsum, -- *Reformetur Dubium facta legitima, & valida renunciatione in Actis super prætenso Jure deputandi Œconomum, & proponatur Causa super meritis intra tres menses absque spe ulterioris prorogationis.*

At, elapsis jam tribus annis, neque in istorum decursu peracta renunciatione, quam Prior spoponderat, Vicensis Antistes die 5. Martii proxime præteriti obtinuit decerni, ut duo præfata Dubia semel proposita, & non resoluta denuo proponantur, -- *Nisi infra quinquaginta dies fuerit ex parte Abbatis, & Monasterii antedicti facta legitima, & valida renunciatio in Actis ad formam Rescripti Sacræ Congregationis diei 23. Aprilis* 1735. Juxta hoc itaque Decretum, quum hactenus memorata renunciatio non fuerit emissa, supplex postulat prælaudatus Episcopus ab EE. VV. definiri.

I. *An, & ad quem spectet in Parochiali Ecclesia S. Eulaliæ de Villadonia cum ei adnexa S. Stephani de la Riba Œconomum pro exercitio Curæ deputare in casu &c.*

II. *An, & quæ Censuræ sustineantur, & quomodo sit providendum in casu &c.*

CALARITANA ELECTIONIS CONCIONATORIS. Bernardus Carinea olim Archiepiscopus Calaritanus in votis habens cultum, Fideliumque Religionem erga Beatissimam Virginem in dies augeri, per publicum Instrumentum die 15. Octobris 1721. stipulatum tradidit Capitulo, & Communitati Primitialis suæ Ecclesiæ duos Census unitim constituentes summam in sorte scutorum 4200. hisce sub oneribus, primo nimirum, ut ex eorum fructibus idem Capitulum, & Communitas memorata teneantur quotannis solvere quingentas libras alimentorum nomine Laurentiæ Carinenæ Fratris sui Filiæ, quam quidem summam præstare deberent etiam in casu, quo, Censibus extinctis, pecuniæ nondum investitæ parem dictæ præstationi fructum non redderent, secundo, ut, defuncta præfata Laurentia, debeant singulis annis in perpetuum die 24. Septembris celebrare Festivitatem Virginis Sanctissi- *Sess. 24. c. 3. de ref.*

mæ

mæ de Mercede in dicta Primatiali Ecclesia juxta normam in quadam notula ab ipso pio Dispositore præscriptam, ubi inter cetera ad hodiernam controversiam non pertinentia legitur quod Concionatori decem libræ solvantur; tertio, quod anno quolibet tradatur Virgini pauperi dos in summa lib.250. solven. eadem die 24. Septembris, ea tamen sub conditione ,, quod diebus antecedentibus ,, celebrationi Festivitatis de Mercede congregentur singulis annis ,, Canonici in Ecclesia Capitulari una cum Decano, dummodo non ,, fuerit legitime impeditus, ac in eadem agant imbussolamentum ,, trium Virginum, ac immediate deveniant ad extractionem, ac ,, Virgini extractæ consignent Schedulam subscriptam a Decano, & ,, in ejus absentia a Canonico Residente,, & demum, tradita regula servanda in executione hujusmodi piorum Legatorum, ubi eadem sive ob extinctionem, sive ob deficientiam dictorum Censuum suspendi debeat, disposuit præfatus Fundator, quod adimplementum omnium a se præscriptorum spectet ad Capitulum, & illius nomine ad Decanum, & Successores, in istius vero absentia ad Canonicum antiquiorem; Cumque de his ita dispositis certiores fecerit Capitulum, ejusque Communitatem, Decanus tam ejusdem Capituli, quam dictæ Communitatis nomine consignationem præfatorum Censuum, necnon onus exigendi illorum fructus, eosque solvendi ad præscriptum dicti Fundatoris, prævia resolutione capitulariter habita, solemniter acceptavit.

Sequuto postmodum obitu tam laudati Fundatoris, quam memoratæ Laurentiæ Carinenæ, assumpta est, ut asseritur, a Canonicis executio ejus piæ voluntatis, donec sub annum 1734., contendente Decano, sibi privative quoad omnes Canonicos, & Beneficiatos competere electionem Concionatoris, qui occasione celebrandi Festum Beatissimæ Virginis Panegiricam Orationem haberet ad Populum, pluries ex iisdem Canonicis insimul congregati die 20. Augusti 1734. resolverunt, Beneficiatos quoque esse una cum Canonicis ad controversam Concionatoris electionem admittendos, & ad normam hujus resolutionis iidem Beneficiati insequenti die suffragium suum in dicta electione protulerunt; Sed ægre id ferentes Decanus, & alii quidam Canonici reclamarunt ad modernum Archiepiscopum, a quo tamen pronunciatum fuit --, *RR. Beneficiatos istius Primatialis Ecclesiæ Calaritanæ admittendos esse ad dandum suffragium una cum Nobilibus, & admodum Rev. Canonicis istius Illustris Capituli in electione Concionatoris pro Festivitate quot annis facienda in hac Primatiali Ecclesia Beatissimæ semper Virginis Mariæ sub titulo de Mercede, salva tamen superintendentia admodum Rev. Decani, & suo cum antiquiori Canonico relicta* --: At quia prædicti Decanus, & Canonici huic Sententiæ non acquiescentes appellationem ad hoc Sac. Tribunal interposuere, disputandum propterea est Dubium, quod infra describetur.

Capitulum cujuslibet Ecclesiæ sive Cathedralis, sive Collegiatæ ita a solis Canonicis constitui, ut ipsis dumtaxat jus suffragandi in actibus Capitularibus, vel aliis Capitulo reservatis competat, colligitur ex *Text. in cap. novit. de his, quæ fiunt a Prælat.*, & ex iis, quæ tradunt *Gloss. in cap. cum M. de Constit. verb. Receperunt, & in cap. penult. verb. Assisos de Cleric. non resid. Butr. in cit. cap. penult.* *num.*

num. 8. *Abb. num.*9., & cum aliis *Eminentissimus Petra in suis doctissimis Commentariis ad Const.*1.*D.Leonis Magni Sect.*2.*nu.*9.*to.*

Verum æque communiter receptum est, Mansionarios, ceterosque Beneficiatos Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ, licet de jure communi non reputatos de gremio Capituli, neque sub ejus appellatione comprehensos, *juxta Gloss. in cap. penult. verb. assisios de Cleric. non resid. ibique Abb. num.*9. *Butr. n.*8. *Reiffenstuel. in jus can. lib.*3. *tit.*11. *num.*4. *in fin.*, proindeque a ferendo in Capitularibus actibus suffragio arcendos, ad tradita *per Barbos. de Canonic.*, *& dignit. cap.*37. *num.*17. *Card. de Luca eod. tit. disc.*18. *num.*12., *& disc.* 19. *num.*5. quibus consonant Decreta hujus Sac. Congr. *in Januen. Cappellaniarum* 24. *Augusti* 1680., *&* 5. *Julii* 1681.; posse nihilominus Capitularibus actibus aliquando interesse, ibique suffragium suum una cum Canonicis proferre, si id juris sive ex Apostolico Indulto, vel Ecclesiæ Statuto, vel legitima consuetudine, siveex illius reservatione quoad aliquem actum per Fundatorem facta acquisierint, quemadmodum uno ore docent adducti per *Barbos. de Can.*, *& Dignit. cap.*37. *num.*7. *Eminentissimum Petram in suis doctissimis Commentariis ad Constit.*1.*S.Leonis Magni Sect.*2. *num.*14. *tom.*1., & resolvit Sac. Congregatio *in Montis Pellusii* 6. *Junii* 1682. *lib.*32. *Decret.pag.*297. *in Asten. Statutorum* 7. *Junii* 1688., & novissime *in Panen.* 16. *Junii* 1731.

Hanc præmissæ regulæ limitationem putat sibi suffragari Communitas Beneficiatorum una cum Canonicis, qui ipsos ad controversam Concionatoris electionem admiserunt, proptereaque contendit, merito sibi fuisse a prælaudato Archiepiscopo tributum Jus ferendi suffragium in controversa concionatoris electione,tum ex eo,quod celebratio enunciatæ festivitatis Beatæ Mariæ Virginis de Mercede non Capitulo dumtaxat Primatialis Ecclesiæ,sed ejus quoque Communitati, sub cujus nomine nonnisi Beneficiati comprehendi possint, fuerit a Fundatore iniuncta; tum etiam ex eo, quod, sicuti Fundator administrationem redituum ex binis enunciatis Censibus provenientium tam dicto Capitulo, quam Communitati præfatæ commisit, imposito utrique onere præstandi de proprio alimenta Laurentiæ Carinenæ, quatenus reditus dd. Censuum non sufficerent, ac erogandi post obitum Laurentiæ supradictos fructus in celebrationem præscriptæ Festivitatis, ita verisimile sit, eumdem Fundatorem voluisse in compensationem hujus oneris tribuere dictæ Beneficiatorum Communitati æque ac Capitulo Jus eligendi Concionatorem.

Jura Decani, & Canonicorum, qui appellationem a Sententia Archiepiscopi interiecere, hactenus allata non sunt; Partes jam vero erunt EE. VV. decernere.

An Electio Concionatoris pro Festivitate B. Mariæ Virginis de Mercede promiscue spectet ad Capitulum, & Beneficiatos Ecclesiæ Metropolitanæ Calaritanæ, adeout sustineatur electio facta de anno 1734., *& respective Sententia Reverendissimi Metropolitani, seu potius hujusmodi electio privative spectet ad dictum Capitulum, vel ad Decanum ejusdem in casu &c.*

Sess. 14.c.12. *de ref.*

LEODIEN. DISTRIBUTIONUM. Clar. mem. Cardinalis Franciottus Tanara, dum Apostolici Nuncii munere ad Tractum Rheni fungebatur, anno 1668. Collegiatam Ecclesiam utriusque Sexus sub titulo B. M. V. in Oppido Thorensi erectam, & Sanctæ Sedi immediate subjectam visitavit; Cumque ea occasione deprehenderit, Canonistas dictæ Ecclesiæ Divina Officia suis Canonicatibus incumbentia laudabiliter, & assidue peragere, Canonicos autem Choro rarius interesse, illis nihil novi oneris iniungens providos tantum simplicis adhortationis stimulos addidit, ut fideliter pergerent, nec ullo modo pium illum laborem intermitterent; istis vero præcepit, ut imposterum muneri suo non deessent, proindeque spatio novem saltem mensium quotannis residerent, necnon tenerentur singulis diebus Divini Officii recitationi in Choro interesse, ac præterea timens, anteactam Canonicorum negligentiam ex quotidianarum distributionum tenuitate provenisse, decrevit ,, ut tertia pars Massæ Communis, & redituum omnium ad Canonicos spectantium assignaretur pro distributionibus quotidianis ,, dividenda in tot partes, quot sunt dies in anno, portio deinde ,, cuique diei respondens subdividatur in decem partes Canonicis in ,, Choro præsentibus, & deservientibus hac rationes distribuendas.

Mandatis Apostolici Nuncii obsequentes memorati Canonici hactenus consueverunt per annum spatio novem mensium penes suam Collegiatam Ecclesiam residere, Canonicas Horas singulis diebus in Choro psallere, aliasque Ecclesiasticas functiones, quæ ibidem peraguntur, sedulo, ac laudabiliter obire; At præmissum Decretum, quo assignatio tertiæ partis Massæ communis, omniumque redituum ad Canonicos spectantium pro augendis quotidianis distributionibus iniungitur, tametsi fuerit sub annum 1672. a S. M. Clemente X. confirmatum, plures ob difficultates, quas circa illius executionem emersisse asserunt, nondum adimplevere, solumque novissime Summum adierunt Pontificem supplicantes, ut illud dignaretur hunc in modum temperare, videlicet ut non tertia pars Massæ communis, & redituum omnium ad Canonicos spectantium assignetur pro distributionibus quotidianis dividenda, sed unusquisque ex Canonicis teneantur quotidianas distributiones in annuis quinquaginta florenis Brabantiæ ex suis reditibus annuatim detrahendis adaugere.

Cum autem ejusmodi preces fuerint a Sanctitate Sua ad Amplissimum hunc Senatum remissæ pro voto, Canonici Oratores, ad quorum petitionem hodie proponitur Dubium in calce præsentis Restrictus describendum, ultro fatentur, Sacrosanctam Tridentinam Synodum *Sess.*21. *cap.*3. *de Refor.* ,, ne qua in parte minuatur Divinus ,, cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur ,, *statuisse*, in Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, in ,, quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut ,, verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum tam Dignitatum, quam ,, Canonicatuum, Personatuum, Portionum, & Officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter ,, Dignitates obtinentes, & ceteris Divinis interessentes proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo etiam tamquam Apostolicæ

„ licæ Sedis Delegato in ipsa prima fructuum deductione facien-
„dam dividantur ; salvis tamen consuetudinibus earum Ecclesia-
„rum , in quibus non residentes , seu non servientes nihil , vel mi-
„nus tertia parte percipiunt -- , atque conformiter ad hanc Conciliarem Sanctionem pluries fuisse a Sacra Congr. declaratum, distributiones quotidianas , non obstante contraria consuetudine , debere ex tertia parte fructuum cujusque Canonicatus constitui, easque singulis Horis Canonicis ab Episcopo sub consueta punctaturarum lege assignari , ut signanter contigit in *Alexandrina lib.3. Decr. pag.22. in Aquipenden. 29. Novembris* 1692. , *in Civitatis Cappellaniæ Punctaturarum* 5. *Maii* 1696. *in Narnien. Servitii* , *& punctaturarum* 14. *Aprilis* 1714. , *in Maurianen.* 14. *Februarii* 1625. *&* 24. *Januarii* 1632. *in Guardien.* 8. *Maii* 1649. , *in Albanen. Distributionum* 9. *Decembris* 1690. , *& in Carpentoraten.* 2. *Junii* 1731. *lib.8. Decr. pag.*269.

Verum authumantes , neque Tridentinorum Patrum in dicto Decreto , neque Sacræ Congregationis in recensitis declarationibus mentem unquam fuisse , ut assignatio dictæ tertiæ partis fructuum pro quotidianis distributionibus fiat in ipsismet fructibus, seu, uti ajunt, in specie, quin immo earumdem distributionum augmentum commodius , aptiusque censeri, si in pecunia ex fructibus cujusque Canonicatus retracta constituatur , secundum ea , quæ ad rem ponderavit *Card. de Luc. de Benefic. disc.*41. *num.*6. *vers. & bene verum* , multiplici nomine propugnant , in præsenti casu sat esse , si quotidianæ distributiones ab unoquoque Canonico in enunciata pecuniarum summa ex suis redditibus augeatur ; & primo, quia quotidianæ distributiones , quæ hactenus consueverunt inter Canonicos , & Canonissas partiri , consistant in viginti patacconibus pro qualibet , ut ajunt , præsentia , isti vero conjuncti cum aliis emolumentis ex Missarum , & Anniversariorum celebratione provenientibus constituant quotidianas distributiones in ea quantitate , quæ non solet a Canonicis negligi , vel certe sufficiant , nisi etiam abundent , ubi in earum augmentum dicta summa 50.florenorum accedat ; secundo , quod executio memorati Decreti ferme impossibilis, aut saltem difficultatibus plena sit , sive inspiciatur varia , & diversa qualitas fructuum , & proventuum, quibus Massa communis componitur sive spectetur redditum incertitudo, & difformitas , cui eadem Massa de anno in annum reperitur obnoxia ; tertio , quod ex dicta Massa communi participant Canonissæ æque , ac Canonici , & tamen Canonissis nullum novum onus fuerit injunctum , sed Canonicis dumtaxat legatur demandata assignatio , seu contributio tertiæ partis omnium fructuum ex Massa communi deducendæ ; & quarto tandem , quod in ceteris quoque Collegiatis Ecclesiis Civitatis Leodii certa pecuniarum quantitas ob similes forsan difficultates pro quotidianis distributionibus constituta reperiatur , secundum vetera Episcopalis Curiæ Statuta , quorum tenor profertur *in Summario eorumdem Canonicorum num.*3.

Ponderatis itaque hisce rationum momentis , quibus ductus hodiernus Apostolicus Nuncius arbitratur , Canonicorum petitioni annuendum fore , dignabuntur EE. PP. rescribere .

An sit annuendum precibus Canonicorum; vel potius an, & quomodo sit providendum in casu &c.

Sess.21. c. 7. de ref.

FLORENTINA INDULTI. Eques Julius Orlandini *del Beccuto* in supplici libello Sanctissimo Domino Nostro sub mensem Septembris superioris anni porrecto postulavit Indultum aperiendi in pariete Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Fratrum Carmelitarum Congr. Mantuanæ fenestram, per quam, medio quodam Ponte supra viam publicam construendo, liceret sibi, suæque Familiæ e propinqua Domo Missam, ceteraque Divina Officia audire; Cum autem Sanctitas Sua Oratoris preces ad Emos Patres remiserit, earum cognitionem in hodierno Consessu oportet assumere.

Indultum ab Oratore petitum non consuevisse concedi, nisi vel Patrono, qui in ipsa fundatione hoc Jus sibi quæsitum voluerit, vel ei, qui ob eximia beneficia optime de Ecclesia meritus fuerit, fuse, & relatis Sacrarum Congregationum Decretis, ostendunt *Pignatell. consult.* 129. *num.* 17. 25., *& seqq. tom.* 2., *Card. de Luc. de Servit. disc.* 16. *num.* 4. *& seqq.*, *Monacell. in Formul. Legal. for. Eccl. part.* 1. *pag.* 149. *num.* 17., *& seqq.*, *Visaya Tom.* 4. *part.* 2. *discept.* 14. *num.* 34., *& seqq.*, & consonant recentiores hujus Sacræ Congregationis Resolutiones, per quas hujusmodi Indulto locum non esse, declaratum fuit, ut in *Mantuana* 18. *Maii* 1726., *in Reatina* 2. *Junii* 1731., *& in Rheginen.* 7. *Aprilis*, *&* 2. *Septembris ejusdem anni*, *& in Veronen.* 26. *Aprilis* 1732.

Generalem hanc Canonici Juris censuram præmisit in sua Relatione Archiepiscopus Florentinus jussus Sacram Congr. instructam reddere super memorata Oratoris petitione, sed postea censuit, hæc in facto exponenda esse; primo scilicet, quod Orator ex nobili Familia *del Beccuto*, & de Baruccis *patrona asserta* (ut inquit idem Archiepiscopus) *in recordiis authenticis dictæ Ecclesiæ S. Mariæ Majoris, usquequo inde jura cessa non fuerint annuis regaliis in recognitionem Jurispatronatus honorifici*, per rectam lineam descendat, novissime vero cognomen Familiæ *Orlandini* in vim cujusdam pinguis Fideicommissi assumpserit sub onere inhabitandi Testatoris domum dictæ Ecclesiæ propinquam; ita quidem, ut ratione utriusque præfatæ Familiæ non tam descendens Patronus, quam etiam ipsius Ecclesiæ insignis Benefactor jure repræsentationis dici possit, eo quia tres ibidem habeat unacum totidem Altaribus Cappellas, duas nempe proprio ærea Majoribus de Familia *del Beccuto* constructas, sive acquisitas, alteram vero de Familia *Orlandini* ab Institutore Fideicommissi supra enunciati mormorea structura, picturisque magnificis recentius exornatam ingenti impensa scutorum 2735. 63. 8., secundo, quod ab ambabus Familiis prædictis fuerint in toties memorata Ecclesia erecta plura simplicia Beneficia, necnon perpetuæ Officiaturæ in Clericorum ibi inservientium alimoniam, Populi commoditatem, & Fundatorum suffragationem institutæ; tertio, quod in ipsamet Civitate Florentiæ plura extent exempla similium Indultorum, quæ quidem aliis Nobilibus Familiis fuerunt elargita; quarto, quod idem Orator in Actis promiserit, titulo majoris in eamdem Ecclesiam munificentiæ Cappellam, in qua fenestram aperiri postulat, in eam formam, & ornatum, quo

binæ

binæ aliæ Cappellæ extructæ reperiuntur, redigere; & quinto demum, quod Fratres Carmelitæ de mandato Sacræ Congr. auditi,& subinde capitulariter congregati, exceptis duobus dumtaxat, sub Apostolici Beneplaciti reservatione consensum præstiterint.

Post expositas autem ejusmodi circumstantias, idem Archiepiscopus suam aperiens sententiam in hæc verba concludit ,, Hisce igitur ,, omnibus Facti circumstantiis, conditionibus, nec non requisitis ,, in Oratore concurrentibus bene perpensis, ac examinatis, pro ,, mea sententia, quam teneor subdere de mandato EE. VV., censerem inhærendo Doctrinis eorumdem Canonistarum, ex epicheja quadam locum fuisse, & esse concedendi petitam ab Oratore gratiam aperiendi videlicet pro se, suaque Familia dictam ,, fenestram in Ecclesiam prospicientem, minime tamen inducentem structuræ deformitatem, & scandalosam servitutem, sed ,, modo, & forma præscribendis ab EE. VV.

Verum quia aliqui ex dictis Fratribus Carmelitis, reticito tamen nomine, Oratoris petitioni sese interea temporis opposuere, contendentes, memoratum Indultum minime concedendum esse ex pluribus rationum momentis, quæ curarunt ad calcem supplicis libelli per eos porrecti in hæc verba explicari -- *Non è benefattore* (nimirum præfatus Eques Julius *Orlandini del Beccuto* Orator) ,, anzi ,, sempre ha litigato con il Convento, e da sei in sette anni sono, ,, fece distruggere dodici Candelieri con un piede di Croce, e Croce d' argento di mirabile fattura dedicati, e destinati dal fu Francesco Orlandini Fideicommissario all' Altare della B. Vergine ,, del Carmine in detta Chiesa di valuta di circa due mila scudi -- ,, Non è Fondatore della Chiesa di Santa Maria Maggiore, come ,, si proverà evidentemente, essendo stata donata la Chiesa a petizione de Parochiani dal Reverendissimo Capitolo del Duomo a ,, PP. Carmelitani -- Perchè la finestra tornerebbe sopra l' Altare, ,, e sarebbe somma indecenza; che il Sacerdote, celebrando, avesse sopra il capo Secolari -- Perchè nelle parti remote essendo la ,, Chiesa assai bassa da cinque, e sei braccia, dalla Servitù si potrebbe segare i ferri, e scendere in Chiesa, e così non esser sicuro, ne ,, la Pisside, ne le altre Argenterie - E perchè, benchè ancor prometta di far fare una Cappella con spesa di ducento scudi, e stata ,, negata la grazia altre volte, abbenchè siano stati offerti due mila Crociati, *Ursaja Tom.4. part.2. discept.14. n.39.*, *& sequenti* -- ,, Perchè non puole detta Finestra esser se non un fomite di scandali, di occhiate, di discorsi, per esser bassa la Chiesa -- Perchè ,, in Firenze non vi è Persona privata, che habbia Finestre in Chiesa ,, con cavalca strada, quale sarebbe di somma difformità, e ancora di pregiudizio al Convento di detti Padri ,, Onus propterea EE. VV. erit ponderare, num rationes ejusmodi ex Archiepiscopi Relatione, ex Planta Ecclesiæ, ac domus Oratoris, aliisque documentis in contrarium circumferendis satis confutentur, ac sapientissimo, quod solent, oraculo decernere.

An Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

EUGUBINA SERVITII CHORI. Ubaldus Antonius Guiducci Canonicus Cathedralis Ecclesiæ usque ab anno 1732. cæpit statis horis *Sess.24. c.12. de ref.*

ris Vesperarum, & Completorii Choro non interesse, itidemque ad Processiones, quæ vespere solent ibi peragi; non accedere sub obtentu, quod asthmatico præsertim morbo ita laboret, ut nequeat omnino, nisi plurimo cum incommodo, vitæque etiam periculo præfatam Cathedralem a domo sua longe dissitam, ac in erecta Civitatis parte positam post prandium adire, non intermisso cæteroquin interventu Canonicis Horis ante meridiem celebrari consuetis, quippe qui præfata asthmatis affectione non adeo graviter mane affligetur; at insequenti anno 1733. cum putaverit Capitulum memoratæ Ecclesiæ, Canonicum Guiducci toto eo tempore, quo Vespertinis Horis non interfuit, punctaturarum legi obnoxium fuisse, instituta desuper est coram A. C. judicialis contentio, cujus tamen decisio ea in parte, quæ exemptionem a Choro concernit, quia fuit per Eminentissimum Pro-Auditorem Sanctissimi amplissimo huic Senatui delegata, disceptare modo oportet Dubium, quod infra describetur.

Præfatus Canonicus Guiducci in supplici libello Sac. huic Congregationi porrecto, post recensitam inter ceteras adhmaticam suam infirmitatem, rogavit Eminentissimos PP. -- *a degnarsi renderlo esente dalla divisata officiatura del dopo pranso, ed anco dalle Processioni per evitare il riscaldamento del sangue tanto pregiudiziale alle d. indisposizioni non solo per un' anno addietro per quiete di sua coscienza, quanto per il tempo avvenire per l' indennità della di lui salute. essendo in età di anni 56., e di abitazione più lontano di ogni altro Canonico della detta Cattedrale.*

Episcopus vero jussus super ejusmodi precibus Sacram eamdem Congregationem instruere, suamque aperire sententiam in literis sub diem 6. Julii 1733. datis hæc habet -- *Referam, quod præfatum inter Canonicum Guidacci ex una, & Capitulum ex altera parte viget in hoc meo Tribunali controversia circa punctaturas pro memorata absentia per annum elapsum, quas remitti non posse prætendit Capitulum, & fultum sanctione Synodali, & Capitulari laudabile consuetudine, quod nempe si aliquis ex Canonicis, asserta infirmitate non obstante, adhuc Civitatem circuire repertus fuerit (prout revera fere perpetim circuire repertus fuit antedictus Canonicus) sit nihilominus punctationibus obnoxius, nisi a Medico juratam attestationem, id suo consilio fecisse, reportaverit. Remittendas vero hic reponit, eo ductus argumento, quod ex Medici consilio Choro post prandium interesse non poterat citra propriæ salutis præjudicium* -- Quibus ita præmissis sensum suum in hæc verba aperuit -- *In quo Rerum themate obsequentissime censerem, quod relate ad punctaturas jam incursas teneatur solvere, cum non reportaverit juratam attestationem ex Medici consilio Civitatem circuisse, dum ob assertam infirmitatem vacabat a Choro. Pro futuris vero temporibus, ejusdem Canonici onerata conscientia, illum ad tempus a Choro promeridiano, Vespertinique Processionibus dispensari posse, existimarem.*

His itaque inspectis una cum documentis, quibus Orator nititur ostendere, se memorato asthmatico morbo ita affici, ut Cathedralem Ecclesiam nequeat post prandium adire, definiendum proponitur.

An constet de legitimo impedimento Canonici Guiducci non accedendi ad Cathedralem Horis Vespertinis, ita ut eidem sit indulgenda exemptio a Choro in casu &c.

Die

Die Sabbathi 2. Augusti 1738.



OMANA MATRIMONII. Philippus Bonaventura Patritius Romanus, & Anna Victoria Uffreducci Nobilis Fanensis plurimum dolentes, Matrimonium inter se initum die 15. Apr. 1736. post cohabitationem ad sesquiannum ferme protractam, pluresque post conatus invicem adhibitos, ob naturalem Viri impotentiam consummari nequivisse, unanimes supplicarunt Sanctissimo Domino Nostro „ affinchè si degni di soccorrere allo stato infelice degli Oratori con quel rimedio, che stimerà piu a proposito, „ o per via di giustizia col discioglimento del detto Matrimonio, o „ per via di grazia colla dispensa sopra il medesimo Matrimonio rato, e non consumato. Sess. 24. c. 12. de ref.

Ejusmodi autem precibus Sacræ huic Congregationi a Sanctitate Sua remissis, ad ea paranda, quæ judicio super alterutra Oratorum petitione recte ferendo sternerent viam, rogatus fuit Eminentissimus Urbis Vicarius, ut Processum, servatis servandis, a Curia sua juberet confici, & juxta eorumdem Oratorum instantiam Peritos eligeret, a quibus Philippi corpus recognosceretur, omnibus in hunc finem facultatibus necessariis, & opportunis Eminentiæ Suæ t[illegible]butis; Prætereaque demandatum est Episcopo Lauretano, ut form[illegible]t[illegible]r examini subiiceret Medicum quemdam in ejus Civitate commorantem, qui sub primos contracti Matrimonii dies asserebatur, nonnulla memorato Philippo ad excitandas coeundi vires apprime apta præbuisse medicamenta.

Jam vero hisce adimpletis, cœperunt Oratores urgere, ut Dubium mox describendum proponeretur; At, ne quidquam tanta in re ad eruendam veritatem, maturandumque consilium videretur negligi, datus est Matrimonii Defensor, cumque tum Processus, ut supra, confecti, tum reliqua documenta a sæpedictis Oratoribus exhibita fuerint ei jamdudum communicata, reliquum modo est, ut libratis rationum momentis hinc inde afferendis, perspectisque peculiaribus rerum circumstantiis, quas constans fama ipsa vulgavit, Eminentiæ Vestræ pronunciare dignentur.

An sit locus dissolutioni Matrimonii, vel saltem sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super Matrimonio tanquam rato, & non consumato in casu &c.

Esse locum dissolutioni Matrimonii ex Causa naturalis, & perpetuæ impotentiæ Viri.

COLONIEN., SEU LEODIEN. JURIS BENEDICENDI. In Folio Congregationis habitæ die 14. mensis Junii proxime præteriti enarrata fuit occasio litis obortæ inter Archiepiscopum Coloniensem, & Episcopum Leodiensem super jure, quod eorum uterque sibi privativum asserit benedicendi Abbatem duorum Monasteriorum Stabulensis, & Malmundariensis, ibique descripta fuere Dubia, quorum disputationi ad finem discordiæ imponendum Partes Sess. 25. c. 16. de ref.

tes altercantes assensum præstiterant. Quamquam vero illorum decisionem magnopere urgeret P. Deodatus Drion nuper in Abbatem eorumdem Monasteriorum electus, atque ab Apostolica Sede confirmatus, ut quamprimum sive ab uno, sive ab altero ex memoratis Præsulibus Benedictionem posset recipere plura sibi, suisque Regularibus Subditis ex ejus protracto desiderio conquerens incommoda derivari, quia tamen laudati Antistites longioris temporis moram ad instruenda sua jura enixe flagitarunt, ipsorum precibus annuentes Eminentissimi PP. dignati sunt Causæ discussionem in hanc diem reiicere. Nunc itaque resumpto Folio supra enunciato, perpensisque juribus, quorum distributionem polliciti sunt Collitigantium Defensores, deliberandum erit.

I. *An benedictio Abbatis Stabulensis, & Malmundariensis competat privative Archiepiscopo Coloniensi, vel Episcopo Leodiensi, seu potius sit in facultate hodierni Abbatis electi & confirmati se benedicere faciendi ab uno, vel ab altero eorum, quem ipse maluerit juxta ejus literas Apostolicas in casu &c.*

II. *An, & a quo benedici debeat Regularis alterius Ordinis, quatenus postulatus, & confirmatus fuerit in Abbatem eorumdem Monasteriorum in casu &c.*

Ad primum jus benedicendi Abbatem neutri competere, sed eidem Abbati competere facultatem suscipiendi Benedictionem ab alterutro juxta formam literarum Apostolicarum. Ad II. provisum in primo, & amplius.

Copia, & gravitas aliorum negociorum, quæ proponi oportuit in superiori Congregatione diei 5. Julii nuper elapsi cum tempus non reliquerint disputationi septem Causarum mox describendarum, rogantur hodie EE. VV. ad singula earum Dubia sapientissimo, quo solent, oraculo respondere.

Sess. 24. c. 4. de ref.

ALGAREN. SUBSIDII CHARITATIVI.

I. *An Episcopus Algarensis potuerit a Canonicis Præbendatis Cathedralis Ecclesiæ exigere subsidium charitativum, & in qua summa,* & quatenus negative.

II. *An teneatur illud restituere.*

III. *An Episcopus potuerit dictum subsidium charitativum exigere non solum a Parochis, sed etiam a Vicariis perpetuis, & in qua summa.*

IV. *An licuerit prælaudato Episcopo exigere d. subsidium tam ab Ecclesiis, & Confraternitatibus habentibus Beneficium unitum, aut alios reditus, quam a Confraternitatibus nullum Beneficium unitum possidentibus, aut nullos, aut ad summum tenues reditus piis oneribus gravatos habentibus.*

V. *An potuerit ab Episcopo confici taxa controversi subsidii charitativi post requisitum, sed non obtentum Capituli consensum, illudque exigi in summa taxata in casu &c.*

Omnia ad Eminentissimum Rezzonicum, qui dignetur rem perpendere, auditis Partibus etiam cum facultate agendi pro concordia, & Sacræ Congregationi referre. JUVE-

J UVENACEN.

I. *An distributiones, & cetera emolumenta sint restituenda.* Sess. 24. c. 12. de ref.

II. *An privatio vocis activæ, & passivæ sustineatur*; & quatenus negative.

III. *An portio Capitularis vacata per obitum Canonici Josephi de Feo debeatur Canonico Sylvestro de Russo in casu &c.*

Non proposita cum sequentibus.

V ICEN., SEU RIVIPULLEN. JURISDICTIONIS. Sess. 24. c. 18. de ref.

I. *An, & ad quem spectet in Parochiali Ecclesia S. Eulaliæ de Villadonia cum ei adnexa S. Stephani de la Riba Œconomum pro exercitio Curæ deputare in casu &c.*

II. *An, & quæ Censuræ sustineantur, & quomodo sit providendum in casu &c.*

C ALARITANA ELECTIONIS CONCIONATORIS. Sess. 25. c. 6. de ref.

An Electio Concionatoris pro Festivitate B. Mariæ Virginis de Mercede promiscue spectet ad Capitulum, & Beneficiatos Ecclesiæ Metropolitanæ Calaritanæ, adeout sustineatur electio facta de anno 1734., & respective Sententia Reverendissimi Metropolitani, seu potius hujusmodi electio privative spectet ad dictum Capitulum, vel ad Decanum ejusdem in casu &c.

L EODIEN. DISTRIBUTIONUM. Sess. 24. c. 12. de ref.

An sit annuendum precibus Canonicorum; vel potius, an, & quomodo sit providendum in casu &c.

F LORENTINA INDULTI. Sess. 21. c. 7. de ref.

An Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

E UGUBINA SERVITII CHORI. Sess. 24. c. 12. de Ref.

An constet de legitimo impedimento Canonici Guiducci non accedendi ad Cathedralem Horis vespertinis, itaut eidem sit indulgenda exemptio a Choro in casu &c.

Die Sabbathi 23. Augusti 1738.


Ilata ad hodiernam Congregationem ob temporis angustiam definitione sex Causarum, quæ in Foliis dierum 5. Julii, & 2. labentis Mensis descriptæ fuerunt, rogantur Eminentissimi PP., resumptis memoratis Foliis, pronunciare.

Sess. 14. c. 12. de Ref.

JUVENACEN.

I. *An distributiones, & cetera emolumenta sint restituenda.*

II. *An privatio vocis activæ, & passivæ sustineatur*; & quatenus negative.

III. *An portio Capitularis vocata per obitum Canonici Josephi de Feo debeatur Canonico Sylvestro de Russo in casu &c.*

Ad I. Affirmative. Ad II. Negative, & Decretum Episcopi visitationis non afficere Canonicos. Ad III. Affirmative, & amplius.

Sess. 24. c. 18. de ref.

VICEN., SEU RIVIPULLEN. JURISDICTIONIS.

I. *An, & ad quem spectet in Parochiali Ecclesia S. Eulaliæ de Villadonia cum ei adnexa S. Stephani de la Riba Œconomum pro exercitio Curæ deputare in casu &c.*

II. *An, & quæ Censuræ sustineantur, & quomodo sit providendum in casu &c.*

Ad I. spectare ad Episcopum. Ad II. sustineri Censuras latas ab Episcopo; latas vero per Priorem non sustineri, & quoad absolutionem ad mentem.

Sess. 25. c. 16. de ref.

CALARITANA ELECTIONIS CONCIONATORIS.

An Electio Concionatoris pro Festivitate B. Mariæ Virginis de Mercede promiscue spectet ad Capitulum, & Beneficiatos Ecclesiæ Metropolitanæ Calaritanæ, adeout sustineatur electio facta de anno 1734. & respective Sententia Reverendissimi Metropolitani, seu potius hujusmodi electio privative spectet ad dictum Capitulum, vel ad Decanum ejusdem in casu &c.

Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam.

Sess. 24. c. 12. de refor.

LEODIEN. DISTRIBUTIONUM.

An sit annuendum precibus Canonicorum; vel potius an, & quomodo sit providendum in casu &c.

Affirmative quoad primam partem.

Sess. 14. c. 12. de ref.

FLORENTINA INDULTI.

An Oratoris precibus sit annuendum in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 24. c. 4. de ref.

EUGUBINA SERVITII CHORI.

An constet de legitimo impedimento Canonici Guiducci non accedendi ad Cathe-

Cathedralem Horis vespertinis, itaut eidem sit indulgenda exemptio a Choro in casu &c.

Affirmative durante causa infirmitatis.

TRIDENTINA TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. In Testamentariis Tabulis sub annum 1705. conditis Alexander Joseph GuarischettiDecanus Endeburgi post scriptam hæredem in universo Patrimonio Mariam Annam Guarischetti, pluraque relicta legata, quæ hodiernas non concernunt cotroversias, ita cavit -- *Quarto, lascio alla Ven. Chiesa della B. V. in Pellizzano Val di Sole quattro mila Fiorini, però con questa condizione, che ivi secondo il buon parere del mio Signor Erede universale, ed Esecutore venga eretta una Fondazione, mediante la quale venga celebrata ogni giorno in perpetuo una Messa eccettuato il giorno di Domenica, e questa in suffragio dell'anima mia, e per i Defonti della mia Famiglia, e finalmente per tutti li Fedeli Cristiani Defonti, e a tal fine venga sicurato il Capitale, oppure se fosse stimato più espediente, doveranno essere comprati per il sudetto Capitale altri Fondi.* Sess.22. cap. 4 & 6. de ref.

In exequtionem testamentariæ hujus dispositionis Maria Anna hæres prædicta curavit primum sexMissas in d.ParochialiEcclesia B.M.V. Terræ Pellizzani singulis hebdomadis peragi spatio plurium annorum, soluto Presbytero eas celebranti annuo stipendio Florenorum 240., qui ex Capitali quatuor mille Florenorum percipi poterant; deinde vero sub annum scilicet 1719. ut perpetuis futuris temporibus pia Testatoris voluntas tutius adimpleretur, supplicavit Antistiti Tridentino, ut ex enunciato Capitali quatuor mille Florenorum a Testatore in præmissam causam celebrationis Missarum relicto perpetuum Ecclesiasticum Beneficium, seu Cappellania in d.Ecclesia Terræ Pellizzani erigeretur ea sub lege, quod Cappellanus, seu Rector Beneficii, vel Cappellaniæ instituendæ sex Missas unaquaque hebdomada in eadem Parochiali Ecclesia Terræ Pellizzani celebrare obstrictus foret, Jus autem nominandi, seu præsentandi ad hanc Cappellaniam ipsi Mariæ Annæ, aliisque Descendentibus ex Familia Guarischetti reservaretur.

Ejusmodi precibus annuit Episcopus, erecto juxta Mariæ Annæ vota Beneficio. At postmodum, exorta inter Præsides Communitatis Pellizani, & Promotorem Fiscalem Episcopalis Curiæ controversia super hujus Erectionis validitate, cum Vicarius Generalis pronunciaverit, nullum jus neque prælaudatæ Communitati Pellizzani, neque Rectori sæpedictæ Parochialis Ecclesiæ *competere contradicendi, vel impugnandi antelatam fundationem, seu Erectionem jam dicti Beneficii, sed illud tamquam rite, & canonice fundatum, & erectum, confirmandum, & approbandum fore*, cumque ratam pariter habuerit præsentationem ad illud factam in Personam Gasparis Particella, præfati Communitatis Præsides sententiæ isti minime acquiescentes litem prosequi meditabantur; Verum eodem Vicario Generali curante, inita demum fuit inter ipsos, & Pro-Fiscalem Episcopalis Curiæ transactio, in qua tam dicto Gaspari Particella, quam Successoribus Beneficiatis quædam injuncta fuere onera, illudque præ ceteris, ut Beneficiatus sive per se, sive per alium teneatur singulis diebus pri-

mam Missam in Ecclesia B.M. Terræ Pellizzani celebrare, necnon quibusdam diebus festis ibidem indicatis Sacramentales Confessiones excipere.

Post hujus transactionis stipulationem cum prælaudatus Gaspar Particella titulo controversi Beneficii ad Sacros Ordines jam promotus ejusdem Beneficii patronatum sibi, suæque Familiæ a Maria Anna donari obtinuisset secum animo recogitans, onera prædicta Beneficiatis imposita, utpote nec a Testatore, neque in erectionis instrumento præscripta sustineri non posse, ad avertenda nova jurgia cum Prioribus Communitatis Pellizzani ere sua esse putavit, Sacrum hunc Senatum adire, authumans, se obstrictum non esse, Missas in toties memorata Parochiali celebrare, vel saltem postulans, ut sibi impertiatur facultas eas alibi celebrandi, sed audito prius Episcopo, illius petitioni inter summaria precum relatæ sub diem 14. Aprilis dicti anni 1737. responsum fuit, -- *Teneri ad celebrandum in Ecclesia S. Mariæ Pellizzani*; *quo vero ad petitam dispensationem Episcopo pro meliori informatione, auditis Executore, & aliis interesse habentibus*.

Datis itaque novis literis memorato Præsuli juxta Sacræ Congregationis Rescriptum, exposuit iste sub datum diei 16. Julii 1737. homines Universitatis, & Sindicos Ecclesiæ Pellizzani, post communicatas ipsis preces Gasparis Particella, ejusdem instantiæ adversari cœpisse, cumque in dies major efferveseret contentio, cujus finem inutiliter ad aliquot Menses fuit præstolatus, tandem rationum momenta, quibus utraque Pars innititur, sibi tradi præcepisse. Earum vero summam ex parte Communitati in eo potissime versari, refert, quod præstet nimirum, leges transactionis ad dirimendam litem, suadente, & approbante Vicario Generali, peractæ religiose servari, præsertim vero cum eadem transactio fuerit inita, ipsomet Germano Fratre Gasparis Particella Causarum piarum Promotoris vices agente, eoque magis, quia, si petita Missarum translatio permitteretur, nedum ea cederet in spirituale Communitatis detrimentum, verum etiam Testatoris voluntati, nulla satis valida impellente ratione, contigeret derogari. Jura autem præfati Gasparis ad id potissimum redigi, quod, sicuti erectio Beneficii rite expleta; piæque Testatoris dispositioni conformis ab Ordinario Tridentini jamdudum agnita fuit, irritum proinde dijudicandum sit onus omne, quod ultra conditiones in Testamento, atque in dicta Beneficii erectione adjectas præscriptum legitur in memorata concordia, præcipue dum illa sine suo, præfatæque Mariæ Annæ consensu inita fuit nec sine gravi ejusdem Gasparis dispendio servari posset, quippe qui vel domum paternam Tridenti sitam deferre compelleretur, vel si alium Presbyterum pro celebrandis Missis, aliisque in Oppido Pellizzani explendis oneribus delegare coactus esset, congrua sustentatione ex dicto Beneficio, ad cujus titulum promotus reperitur, percipienda careret.

Episcopus in suis literis ad hanc Sac. Congregationem primo datis sub diem 20. Martii 1736. hæc habuit -- *Super adjecto libello supplici Presbyteri Gasparis Particella sensum animi mei exprimere jussus mandatis EE. VV. me obtemperasse putabo si dixero ex ipsis Testamenti verbis libello fideliter insertis constare, Beneficii illius fundatorem*

rem Alexandrum Guarischettum designasse Ecclesiam Pellizzani, in qua singulis hebdomadis sex Missæ celebrentur: Ut adeo vix dubitari posse credam, quin certus locus ubi sacra fiant, omnino sit præscriptus; Atque ejus voluntatis non leve sane argumentum videtur, quod Testatoris Majores in sacra illa Æde sint sepulti. Num vero allatæ ab Oratore causæ, quas hisce adnecto, tanti sint momenti, ut ob eas ipsi facultas alibi celebrandi, seu dispensatio concedi queat, id sapientissimo Eminentiarum VV. judicio submitto.

In secundis vero sub datum diei 16. Julii 1737., quibus paruit jussibus reddendi plenius instructam Sacram Congregationem, auditis Executore, & aliis interesse habentibus, post exposita præcipuarum questionum inter Partes excitatarum capita, hisce verbis concludit -- *Ceterum donatum fuisse ab hærede Oratori, ejusque familiæ utrumque juspatronatus, probante donationem ultimo Decessore meo, illum esse I.V. Doctorem ex nobili genere natum, & adhuc filium familias abunde constat; Nec vero præter reditus hujus, & alterius forte Beneficii, quod servata pensione Ludovico Sardegnæ ob Senium resignante nunc primum a S.Sede impetrasse audio, ipsum proprii quidquam habere, mihi unquam compertum est. Quamobrem si ejusmodi quidem causæ movendo EE. VV. animo sufficiunt, ut sex illæ Missæ alibi, quam in Ecclesia Pellizzani celebrari permittantur, ego quoque ut Oratoris precibus deferre velint EE.VV. demisse oro.*

In novissimis tandem literis diei primæ Octobris ejusdem anni 1737. significans in obsequium postremi mandati ab hac S.Congregatione habiti, se jam indixisse terminum duorum mensium Communitati loci Pellizzani ad deducenda jura coram Supremo hoc Senatu, ita subjunxit -- *Cæterum cum prioribus literis, quibus statum controversiæ, causasque referebam, error quidam imprudentia scribentis irrepserit, ubi incaute scriptum est, Beneficium Guarischettum erectum fuisse post transactionem quamdam ante Vicarium Generalem initam nunc illum emendare necesse duco, ac quod exhibitis documentis potuit, affirmare. Testor igitur erectionem ejus Beneficii tribus mensibus enunciatæ Transactioni præcessisse.*

His ita se habentibus, cum in præsentiarum, & erectionis Beneficii, & Transactionis sub annum 1720. initæ validitas, necnon juris præsentandi Cappellanum pertinentia controvertantur, ac præterea tum petito translationis oneris Missarum indulto, tum Dispensationi a Gaspare Particella saltem ad sui vitam imploratæ mordicus adversetur Communitas Pellizzani, perspectis juribus utrinque circumferendis, ac pensatis potissimum, quæ circa similes petitiones super Missarum translatione de una ad aliam Ecclesiam fuerunt adnotata in *Firmana Cappellaniæ* descripta in Folio diei 18. Jul. 1733., necnon iis, quæ latius referuntur *in Lauden. Cappellaniæ* inferius apponenda, rogantur EE.VV. decidere.

I. *An sustineatur erectio beneficii, de quo agitur, seu potius obstet voluntas Testatoris, juxta quam legatum florenorum* 4000. *relictum Ecclesiæ B.M. Pellizzani censendum sit simplex opus pium cum onere Missarum.*

II. *An sit servanda transactio anni* 1702.

III. *An jus præsentandi Beneficiatum, seu nominandi Cappellanum spectet ad illos de Familia Guarischetta, seu potius ad Rectorem d. Ecclesiæ S.M. Pellizzani.*

IV. *An*

IV. *An sit locus Indulto translationis oneris Missarum*; & quatenus negative.

V. *An sit locus dispensationi ad vitam Oratoris in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess. 22. c. 4. & 6. deref.

CORDUBEN. ERECTIONIS CAPPELLANIÆ. Joannes de Gongora, & Armentia in testamentariis, cum quibus decessit, tabulis sub annum 1722. conditis hæredes usufructuarias quorumdam stabilium a se possessorum in Montanis Civitatis Cordubæ apud Pagum *di Misserguido* existentium instituit Annam Mariam de Banvelos Matrem, & Mariam Magdalenam Sororem, cum reciproca inter ipsas substitutione; Iis autem decedentibus, eorumdem bonorum usumfructum deferri voluit ad Sacerdotem Josephum de Gongora suum Germanum Fratrem Cathedralis Ecclesiæ dictæ Civitatis Cordubæ Canonicum ea sub lege ,, che dal giorno, che entrerà a godere, e possedere della rendita, e frutti di tutti li detti ,, miei beni, & azienda abbia da essere obligato il predetto mio Fratello ordinare, che si dica, ed adempisca per l'Anima mia, quello ,, del detto mio Sig. Padre, Nonni, e di altri miei Defonti una Messa ,, bassa in tutte le Domeniche, e giorni di festa di precetto, che vi ,, saranno in ogni anno, in cui goderà della rendita, e frutti della ,, prefata mia azzienda, qual Messa si ha da adempire, e celebrare ,, nella detta mia azzienda di Menserguido, che stà nella Montagna, ò sia Colle di questa Città da un Sacerdote Secolare, ò Regolare, che dal sopradetto si eleggerà, dandoli per sua elemosina ,, la somma, che li parerà conveniente -, Post obitum vero memorati Josephi jussit prædicta sua bona uniri, atque aggregari bonis Primogenituræ, seu Majoratus, quod ipsius Pater, Patruus Lucas Antonius, & Joannes Emmanuel de Gongora sub annum 1667. instituerant, eam repetens legem ,, che li Possessori, che saranno delli ,, detti beni perpetuamente per sempre in infinito hanno da essere ,, obligati, e gli obligo a far celebrare da Sacerdoti Secolari, ò Regolari in tutte le Domeniche, e feste di precetto di ciaschedun' ,, anno, una Messa bassa nella detta mia azzienda di Menzerguido ,, Territorio di questa Città per l'anima mia, quelle del detto mio ,, Sig. Padre, Nonni, ed altri miei Defonti.

Prior post Testatorem decessit Anna Maria ipsius Mater superstitem relinquens Mariam Magdalenam, quæ adhuc vivens in vim memoratæ reciprocæ substitutionis integro fruitur dictorum Bonorum usus fructu. Quia vero sub annum 1730. ex hac vita migravit quoque Antonius de Gongora enunciati Majoratus possessor, a quo Canonicus Joseph ejus Germanus Frater institutus fuit Tutor, & Curator Lucæ Filii ab ipso in minorili ætate relicti, plenamque, ac liberam ei tradidit facultatem administrandi tam bona Majoratui subjecta, quam alia ad Lucam antedictum spectantia, idem Canonicus Joseph post susceptam istorum bonorum administrationem, secum ipse statuit Cappellaniam de proprio peculio fundare, eo tamen consilio, ut ejusdem Cappellaniæ pro tempore possessor adimpleat Missarum onus a laudato Testatore Joanne de Gongora sæpedictis bonis Majoratui aggregandis impositum, itaut deinceps tam

Lu-

Lucas suus Nepos, quam ejus Descendentes in majoratu Successores remaneant a dicta obligatione soluti, necnon altero sub pacto, ut sibi liceat in primum Cappellanum nominare Laurentium de Castilelo Tafur Patritium Cordubensem filium Joannis sui, ut ipse asserit, familiarissimi, atque benevoli, pluribusque aliis sub conditionibus, quæ per extensum legi possunt in minuta Instrumenti data *in Summario* Oratoris.

At cum recte animadvertit præfatus Joseph ad medietatem Cappellaniæ fundationem rite exequendam Apostolicum requiri Beneplacitum, supplex rogavit Sanctissimum, ut eamdem fundationem cum omnibus, & singulis conditionibus in ipsa contentis per speciale suum Breve dignetur approbare, atque una simul Ordinario Cordubensi committere, ut juxta stylum suæ Curiæ ad sæpedictæ Cappellaniæ erectionem deveniat, facultate illi tributa promovendi ad sacros Ordines sub ejusdem Cappellaniæ titulo prædictum Laurentium Castilelo Tafur, cui præterea istius Cappellaniæ assecutio impedimento non sit, quominus alias obtinere valeat Cappellanias Laicales, quas Orator prævio Patronorum consensu cuperet illi sub præsidio ejusdem Apostolici Beneplaciti resignare.

Ejusmodi preces fuerunt ad Sacram hanc Congregationem remissæ; adeoque jussus Episcopus Cordubensis eam desuper instruere, præmittens veritate niti omnia a Josepho Oratore in supplici libello Sanctitati suæ exposita, ipsius postulatis censet annui posse Orator vero ut Rescriptum ab Emis PP. juxta sua vota facilius impetret, duo præsertim expendenda proponit; alterum scilicet ex Cappellaniæ fundatione, quam ipse meditatur, citius inchoari celebrationem Missarum, quæ ad tramites testamentariæ dispositionis Joannis de Gongora, nonnisi post obitum Mariæ Magdalenæ alerius ex primis hæredibus usufructuariis a dicto Joanne institutis in vegeta adhuc ætate degentis deberet incipi; alterum vero ex certo Capitali eidem Cappellaniæ assignando tutius reddi perpetuum ipsarum Missarum adimplementum, quod soli curæ Possessorum Majoratus concreditum facile poterit in discrimen adduci.

His igitur, aliisque inspectis rationibus, quibus Orator petitionem suam fulciri studet, & ex opposito perpensis conditionibus ab ipso volitis, quæ non modicam videntur præseferre immutationem voluntatis præfati Josephi Testatoris, sive spectetur limitata subjectio exigui Capitalis oneri Missarum, sive conditionata vocatio ad eamdem Cappellaniam Collegii S. Rocchi Ordinis Carmelitarum, sive demum libertas eligendi locum, in quo Missæ poterunt aliquando celebrari, onus erit EE.VV. decernere.

An, & quomodo sit annuendum Erectioni Cappellaniæ in locum legati pro celebratione Missarum ordinati à Joanne de Gongora in casu &c.

Negative.

LAUDEN. CAPPELLANIÆ. Exoptans Balthassar *Caravaggio* propriæ, suorumque Defunctorum Animæ perpetuo suffragari, sub diem 9. Augusti 1785. irrevocabilem plurium Bonorum Stabilium donationem quæ inter vivos nuncupatur, in manibus Vicarii Generalis Laudensis favore, ut ipse inquit, Causæ piæ exaravit ea sub lege,

Sess. 22. decr. de observ. & evit. in cel. Miss.

lege,& conditione,quod -- *ex fictis, & redditibus percipien. ex dicta possessione, seu Bonis per eum. ut supra cessis, & donatis celebrari debeat perpetuo, & omni tempore Missa una quotidiana ad Altare B.V.M. septem dolorum erect. in Ecclesia Parochiali S. Jacobi Majoris d. Civitatis cum eleemosina solidorum viginti, pro qualibet Missa, computatis etiam Feria quinta, & sexta, & Sabbato majoris Hebdomadæ compræhensa manutentione in ratione solidorum duorum pro qualibet Missa, solvenda per Cappellanum pro tempore R.D. Præposito pro tempore suprascripta Parochialis Ecclesiæ quæ, Missa diebus Festis celebrari debeat hora commoda d. Ecclesiæ, & Populo in salutem animæ suæ, ejusque Defunctorum per Cappellanum eligendum ab ipsomet D. Donante, & post ejus obitum a Persona, vel Personis per ipsum designatis, vel designandis in ejus Testamento condito, vel condendo &c.*, & infra -- *Volens, & omnino intendens d. D. Caravaggius, ut supra, quod dicta Missa intuitu specialis devotionis, qua flagrat erga B.M.V. Septem Dolorum quotidie, & omnibus futuris temporibus ad Altare, & in Ecclesia, ut supra, celebretur*; -- post interpositum vero a Vicario Generali Decretum, super hujusmodi donatione idem Balthassar ad celebrandam dictam Missam quotidianam in supradicta Ecclesia S. Jacobi, & ad Altare B. M. V. Septem Dolorum per ipsum constitutum, & dotatum deputavit Joannem Baptistam Caravaggium consanguineum suum, cui tribuit *Jus, actionem, & facultatem petendi, ac exigendi ab ipso Balthassare, & post ejus obitum ab ejus Hæredibus solidos viginti pro singulis Missis, compræhensa manutentione* -, sunt verba Instrumenti donationis.

Post hæc idem Balthassar sub annum 1736. supplicem Episcopo porrexit libellum, quo exponens, duo fuisse in memorato Instrumento prætermissa, alterum *di riservare tanto a se stesso, quanto alla di lui Moglie, ed alla di lui Nipote Maria durante la loro respettiva vita la facoltà di poter per lo rispettivo comodo far celebrare la sudetta Messa in qualunque altra Chiesa a loro benevisa, almeno per tre, ò quattro mesi ogn'anno*, -- alterum vero -- *di tenere sgravato il presentaneo Cappellano per essere della di lui agnazione dall'obbligo di far supplire per altri la celebrazione di detta Messa in caso d'infermità longhissima anco perpetua*, -- postulavit, ut sibi, suisque Uxori, ac Nepti, donec viverent, permitteretur libertas celebrare faciendi per tres, aut quatuor cujusque anni menses enunciatam Missam quotidianam in Ecclesiis bene visis, & commodioribus, utque memoratus Joannes Baptista Cappellanus toto tempore, quo infirmitate detineri contingeret, universos Cappellaniæ fructus absque ullo onere satisfaciendi per alium Missarum celebrationi, percipere queat.

Priori ex binis hisce petitionibus, auditis prius tam Parocho Ecclesiæ S. Jacobi Majoris, quam Promotere Fiscali suæ Episcopalis Curiæ, hunc in modum annuit Episcopus, ut scilicet „ non obstante dicto „ Instrumento fundationis die 9. Augusti 1735. posse dicta Missa „ quotidiana pro commoditate ejusdem Fundatoris celebrari per „ bimestre tantum in aliis Ecclesiis, quam in præfato S. Jacobi be„ nevisis eidem Fundatori durante ejus vita, & vita naturali ejus „ Uxoris, & non ultra; dummodo tamen celebratio prædicta facien„ da in dictis Ecclesiis benevisis non posse fieri tempore Sancti „ Adventus usque ad Festum Epiphaniæ &c; -- Circa posteriorem

vero

vero considerans, præfatum modernum Cappellanum e Fundatoris sanguine descendere, indulsit ,, ut, eveniente tali ægritudine, qua jux-
,, ta votum Medici celebrare, non possit, arctari non valeat ad sup-
,, plendum per alium Sacerdotem Missis omissis tempore ejusdem
,, ægritudinis; Dummodo tamen per attestationem Medici coram
,, nobis probetur vera impotentia ad celebrandum, in cujus conspe-
,, ctu ordinabitur per Parochum S. Jacobi admittendam esse eam-
,, dem attestationem pro legitimo probatione, salvo in reliquis di-
,, cto Instrumento fundationis .

At ægre ferens Baltassar Caravaggius , petitam facultatem celebrari faciendi in Ecclesiis benevisis , & commodioribus , tum ad duos dumtaxat menses cujuslibet anni, tum ad sui , suæque Uxoris dumtaxat vitam fuisse ab Episcopo restrictam , exclusa ipsius Nepte , supremum hunc adiit Senatum , cui easdem Episcopo porrectas preces exhibuit . Cum autem interea temporis Baltassar fuerit e vivis ereptus, hodie Maria Bellinzaga ejus neptis instantiam a Patruo promotam instaurat , duo postulans declarari , alterum videlicet , num permitti debeat, ut celebratio enunciatæ Missæ quotidianæ tribus , aut quatuor cujusque anni mensibus in Ecclesiis ipsi Mariæ Bellinzaga , & Catharinæ d. Balthassaris olim Uxori benevisis , & commodioribus (naturali earum vita durante) expleatur, alterum vero , an memoratus Joannes Baptista primus Cappellanus debeat ab onere supplendi Missarum celebrationem per alterum Presbyterum tempore , quo infirmitate detineatur liberari .

Sacram Congregationem non ita facilem esse ad ea immutanda , quæ in Cappellaniarum , seu Beneficiorum erectionibus fuerunt præstituta, nisi id justa, & necessaria postulet Causa , passim deprehenditur ex pluribus ejusdem Sacri Senatus Rescriptis, ex quibus constat, sæpe sæpius petitam Missarum translationem ab Ecclesiis per Fundatores designatis fuisse denegatam , tum ne Fundatorum menti injuria fieret , tum ne cultus Ecclesiarum , quas iidem Fundatores fuerant contemplati, quoquo modo imminueretur , tum demum ne detrimentum aliquod ipsarum Rectori contigeret irrogari , uti præsertim conjicitur ex Resolutionibus editis in *Æsina Legatorum* 21. *Augusti* 1706. *lib.*56. *Decr.pag.*278. , *& in Ariminen. Commutationis Missæ* 14. *Martii*, *&* 13. *Junii* 1711. *lib.*61. *p.*113. *&* 363. *& in Mediolanen.* , *seu Ferrentina Cappellaniæ* 23. *Februarii* 1715. *lib.*65. *Decret.pag.*80. , *& in Casalen. Commutationis voluntatis* 24. *Septembris* 1718. *lib.*68 . *Decret.pag.*399. , *& in Neapolitana Cappellaniarum* 16. *Junii*, *&* 17. *Novembris* 1731. *lib.*81. *decret.p.*309. , *&* 551. , *& in Romana translationis oneris Missarum* 28. *Julii ejusdem anni pag.*381. , *& in Ariminen. translationis Cappellaniæ* 20. *Decembris* 1732. *lib.*82. *decret. pag.*600. , & denique in *Neapolitana commutationis voluntatis* 7. *Februari* 1733.

Verum in hypothesi putat Oratrix peculiares concurrere circumstantias ob quas facillime translationi petitæ sit annuendum; Primo scilicet, quia Balthassar Caravaggius, tametsi in fundationis Instrumento mentem suam haud satis explicaverit, eam tamen usque a tempore conceptæ erectionis Cappellaniæ fuisse, ut Cappellanus in Ecclesiis, quæ sibi, suisque Uxori, & Nepti commodiores essent , Missam posset celebrare , quemadmodum habetur ex Testium depositione

Summario num.3.; ſecundo, quia idem Balthaſſar in ordinanda Miſſæ quotidianæ celebratione principaliter ad animæ ſuæ, ſuorumque Defunctorum ſuffragationem reſpexerit, non autem ad cultum Eccleſiæ S.Jacobi Majoris; & tertio demum, quia neque cultus d. Eccleſiæ ex Miſſarum tranſlatione ad quatuor tantum anni menſes petita minueretur, neque ullum Parocho obveniret detrimentum.

Hæc autem nomine Oratricis in facto propoſita multo majorem vim recipere videntur ex duobus, quæ in jure expendi poſſunt, alterum nempe, quod, ſicuti Fundatoribus permiſſum eſt, onera, qualitates, conditiones, ac leges ſibi beneviſas apponere, juxta expreſſos Textus in *Cap. præterea de Jurepatr.*, *& in Cap. quarto de Cenſibus*, quos exornat cum aliis *Piton. de contr. Patr. alleg*.35. *num*.5. *Tom*.1., *& alleg*.31.*num*.1.; ita ſimiles leges contra ipſorum mentem in fundationis Inſtrumento omiſſas poſt peractam, completamque Beneficii, ſeu Cappellaniæ erectionem ſuperaddere liceat, ex deductis per *Alphonſ. de Leon. de Offic. Cappell. quæſt*.4. *pag*.6. *a num*.101. *Corrad. in prax. Benef. lib*.2. *cap*.10. *num*.150., *& ſeq. Piton. diſcept. Eccl*.25. *num*.9. *in fin.*, & firmavit *Rot. cor. R.P.D. Criſpo dec*.318. *num*.7., *dec*.395. *num*.9.

Alterum vero, quod, etiamſi novæ leges nequeant adjici, vel adjectæ commutari, poſtquam Eccleſiaſtici Beneficii fundatio fuit ab Ordinario approbata, *Tondut. quæſt. Benef. part*.1. *cap*.91. *n*.1. *Piton. de Contr. Patron. tom*.2. *alleg*.82. *n*.7. *Vivian. de Jurepatr. par*.3. *lib*.14. *cap*.3. *n*.3. & conſonat inter cæteras reſolutio hujus Sacræ Congregationis edita in *Aquen. Celebrationis Miſſarum* 12. *Januarii* 1732.; nihilo tamen minus, quando ipſimet Fundatores inſtant, ut conditio aliqua Beneficio, vel Cappellaniæ jam erectæ ſuperaddatur, & conditio addenda neque adverſetur juris diſpoſitioni, neque ſit in alicujus detrimentum ceſſura, debeat admitti, ſecundum generalis regulæ limitationem, quam tradunt *Vivian. de Jurepatr. lib*.2. *cap*.8. *n*.10. *in fin. Monacell. Formular. legal. for. decl. par*.1. *tit*.2. *form*.1. *n*.10., *& Rot. dec*.10. *n*.7. *par*.19. *rec. cor. Seraph. n. dec*.1414. *cor. R.P.D. Criſp. d. dec*.318. *n*.8

E contrario tamen ponderanda ſunt verba ſuperius tranſcripta Inſtrumenti Fundationis, ubi Fundator ipſe ſtatuit Miſſam quotidianam perpetuo, & omni tempore celebrandam eſſe in Eccleſia Parochiali S. Jacobi Majoris ad Altare B. M. V. ſeptem dolorum a ſe conſtructum, & dotatum, eo inter cætera cauto, ut Miſſa diebus feſtis celebrari debeat *hora commoda dictæ Eccleſiæ*, *& Populo*, factaque inſuper declaratione ſe ita diſponere *intuitu ſpecialis devotionis, qua flagrat erga B.V.M. ſeptem dolorum*; His enim innixus Rector prædictæ Parochialis Eccleſiæ jamdudum ab Epiſcopo juſſu Sacræ hujus Congregationis excitatus contendit, poſtulatam facultatem, de qua quæritur in primo ex infraſcriptis Dubiis concedi minime debere.

Quod vero attinet ad diſpenſationem, ſeu exemptionem in ſecundo Dubio petitam favore hodierni dumtaxat Cappellani ab onere ſupplendi per alium Presbyterum ſæpedictæ Miſſæ quotidianæ celebrationem tempore, quo idem Cappellanus aliqua detineatur infirmitate, Maria, aliique de Caravaggiis, qui diſpenſationem præfatam conantur impetrare, cenſent eadem ferme momenta pro obtinen-

tinenda Missarum translatione exposita huic quoque petitioni valide suffragari.

Verumtamen hic quoque expendendum est, num eorum precibus officere possit, quod Fundator Missæ quotidianæ Sacrificium non in propriæ tantum animæ, sed suorum quoque Defunctorum suffragationem voluit applicari, quodque Bassianus Mancini Præpositus Parochialis Ecclesiæ S. Salvatoris in ipso Instrumento fundationis Cappellaniæ, de qua agitur, in hæc verba se obligavit: *casu, quo dictus Clericus* (nimirum Joannes Baptista Caravagius in primum Cappellanum nominatus) *non celebret aut celebrare non faciat dictam Missam Quotidianam, prædictus D. Præpositus Mancinus subministrabit de suo proprio quidquid necessarium erit pro ejusdem Missæ celebratione, etiamsi dictus Clericus eleemosynam exegisset, & dictam Missam non celebrasset, aut celebrare non fecisset, sicuti etiam in casibus impotentiæ, inhabilitatis, aut alias &c. d. Clerici ad celebrandum, & sic ad præcipiendam dictam eleemosynam, ut supra, assignatam eidem Clerico subministrabit etiam de proprio omnia necessaria ad ejus victum, & vestitum in quantitate correspondente dictæ eleemosynæ omni anno, si totidem erunt necessariæ.*

Licet enim juxta quorundam Doctorum opinionem, quam refert, & sequi videtur *Amostaz de causis piis lib.3. cap.6. n.24. & seqq.* Beneficiatus, seu Cappellanus, cui incumbit onus Missas per ipsum celebrandi, si aliquando ægrotet, non teneatur Missas per alium Presbyterum celebrari facere; In hypothesi tamen præstat in primis advertere, neque moderno Cappellano, neque futuris illius successoribus injunctum legi onus Missam quotidianam per se ipsum celebrandi, quin imo in fundationis Instrumento expresse cautum fuisse, *quod dictam Missam quotidianam postquam consecratus fuerit in sacris Ordinibus, illam celebrabit per se, vel celebrari faciet per alium Sacerdotem approbandum a Rmo Ordinario Laudensi*; Deindeque ob oculos habendum est, magis receptam hodie videri sententiam, quod Beneficiati, vel Cappellani, quantumvis gravati onere Missas per se ipsos celebrandi, obstringantur earum celebrationem per alium supplere, si infirmitas, aut aliud legitimum impedimentum ultra decem, aut ad summum quindecim dies protrahatur, uti explicando *Textum in Cap.Significatum 2.de Præbend.* tradunt late adducti per *Ursayam tom.5. part.1. discept.4. §.6. num.19. & 20.*

Cui quidem posteriori Sententiæ consonare videntur Decreta tum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, & præsertim *in Novarien. 14. Maii 1627. relata ab Ursaja loc. cit. n.21.* ibi -- *Sacra &c. respondit Sacerdotem, cui a Testatore impositum fuit onus quotidie per se celebrandi, si legitime impediatur, quo minus id munus per se possit explere, teneri per alium satisfacere oneribus Missarum sibi a Testatore impositis*; -- tum etiam Supremi hujus Tribunalis, & signanter *in Romana celebrationis Missarum*, ubi ad duo hæc Dubia. I. *An Cappellanus, ut supra obligatus quotidie per se ipsum celebrare, potuerit omittere celebrationem prædicto tempore infirmitatis; & nihilominus eleemosynam prætermissæ celebrationis consequi*, & quatenus affirmative. II. *An idem dicendum sit, dum Cappellanus ultra obligationem celebrandi per se ipsum habet*

onus applicationis Sacrificii singulis diebus pro certis, & determinatis Personis --, sub diem 4. Junii 1689. prodiit Rescriptum : *Ad I. Negative, & teneri supplere per alium celebrationem Missarum omissam occasione infirmitatis. Ad II. Provisum in Superiori* --, ut in *lib.*39. *Decr. pag.*206., *& seqq.*, & in Causa, cui titulus, *Dubium celebrationis Missarum*, in qua discussis hisce Dubiis. I. *An competat Cappellano intra hebdomadam aliqua quiescentia honestatis, & reverentiæ causa*. II. *An multa solidorum decem debeat esse pro pœna, vel pro mercede Missæ non celebratæ*. III. *An tempore infirmitatis teneatur ad celebrationem Missarum per alium* --, die 17. Septembris 1695. responsum fuit -- *Ad I. in casu, de quo agitur, negative, nisi suppleat per alium. Ad II. cedere loco pœnæ. Ad III. Negative in casu infirmitatis non excedentis quindecim dies*, ut in *lib.*45. *Decr. pag.*509.

Omnibus itaque pensatis, deliberandum erit.

I. *An, & per quot anni mensibus sit permittenda celebratio Missæ pro Cappellania erecta in Parochiali Ecclesia S. Jacobi Laudæ in alia Ecclesia ipsi Fundatori benevisa.*

II. *An Cappellanus tempore infirmitatis dispensandus sit ab onere celebrandi per alium in casu &c.*

Negative ad utrumque.

Die Sabbathi 13. Sept. 1738.

*Sess.*22. *decr. de observ., & evit. in celeb. Miss.*



RIDENTINA TRANSLATIONIS ONERIS MISSARUM. Discuti debuerat hæc Causa in postrema Congregatione habita die 23. Mensis mox elapsi; sed cum Homines Villæ Pellizzani dilationem impetraverint, resumpto Folio ea die distributo, erit modo ab EE.VV. definiendum.

I. *An sustineatur erectio beneficii, de quo agitur, seu potius obstet voluntas Testatoris, juxta quam legatum florenorum* 4000. *relictum Ecclesiæ B.M. Pellizzani censendum sit simplex opus pium cum onere Missarum.*

II. *An sit servanda transactio anni* 1702.

III. *An jus præsentandi Beneficiatum, seu nominandi Cappellanum spectet ad illos de Familia Guarischetta, seu potius ad Rectorem d. Ecclesiæ S.M. Pellizzani.*

IV. *An sit locus Indulto translationis oneris Missarum*; & quatenus *negative*.

V. *An sit locus dispensationi ad vitam Oratoris in casu &c.*

Ad primum negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam: Ad reliqua provisum in primo, & amplius.

LEOPOLIEN. UNIONIS. Postulante Georgeo Moki Rectore, seu Præposito Parochialis Ecclesiæ Oppidi de Kulkiero, ejusque pre-

preces confovente clar. mem. Sereniſſimo Principe Jacobo Ludovico Sobieſchi, ut Parochialis, ſeu Præpoſituralis Eccleſia de Zolikof, prævia illius ſuppreſſione, præfatæ Parochiali de Zulkiero una cum omnibus illius fructibus, & oneribus uniretur, Sacra Congregatio, relata ſub diem 14. Novemrbis 1733. inter ſupplices libellos inſtantia, cenſuit, petitæ unioni non eſſe annuendum: At cum laudatus Princeps pro maturiori iteratæ petitionis examine poſtmodum obtinuerit, Cauſam in Folio deſcribi ſub Dubio -- *An ſit locus unioni in caſu &c.*, Sacra eadem Congregatio die prima Septembris 1736. illius deciſionem ſuſpendit, mandavitque, novum expectari Archiepiſcopum, a quo de facti circumſtantiis recentius expoſitis, quæque Principis, & Parochi precibus ſuffragari videbantur, latius edoceretur.

Inauguratus jam vero in Leopolienſem Eccleſiam novus Archiepiſcopus literas nuperrime dedit ad Eminentiſſimos PP., quibus enunciatam unionem non laudat tantum, verum etiam una cum prædefuncti Principis Filia Duciſſa de Bovillon, & Parocho Zulkivienſi hodiernis Oratoribus, quibus accedunt alii ejuſdem Principis Sereniſſimi Succeſſores, reverenter implorat; Dignentur itaque EE. VV., reſumpto Folio dicta die prima Septembris 1736. diſtributo, & inſpectis literis memorati Præſulis, reſpondere.

An ſit locus unioni in caſu &c.

Affirmative.

VINTIMILEN. ERECTIONIS COLLEGIATÆ. Cum Prioratus Congregationis Canonicorum Regularium S. Rufi a pluribus ſæculis in Civitate Soſpelli ſub invocatione S. Michaelis erectus, qui modo ex Priore, quinque Canonicis Regularibus, & uno Novitio Clerico conſtat, conſueverit jamdudum Presbyteris Sæcularibus ſub nomine Priorum ab Apoſtolica Sede commendari, idem Canonici Regulares, quorum tres gravantur onere coadjuvandi Priorem in exercitio Curæ Animarum præfato Prioratui adnexæ curarunt anno 1726. ſupplicem S.M. Bened. XIII. porrigi libellum, quo exponentes damna tum ipſis Canonicis, tum antedicto Prioratui a Prioribus Commendatariis illata, & plurimum conquerentes de incommodis in futurum obventuris, ſi poſt obitum Joannis Franciſci Corveſi hodierni Prioris Commendatarii eumdem Prioratum Presbytero Sæculari rurſus commendari contigeret, obtinuerunt, a Summo Pontifice decerni, quod, *præfato Joanne Franciſco moderno Prioratus præfati Commendatario quandocumque cedente, vel decedente, aut alias ejuſmodi Prioratum dimittente, vel amittente, ſeu Commenda præfata aliter quomodolibet ceſſante, idem Prioratus amplius non commendetur etſi commendare contigerit abſque ſpeciali mentione, & derogatione præſentis noſtræ voluntatis, Commenda ipſa nulla ſit eo ipſo, ſed Prioratus præfatus in priſtinam tituli naturam reverti, ac illi de Perſona Regulari idonea provideri debeat, perinde acſi nunquam commendatus fuiſſet* --, ſunt verba Apoſtolici Brevis Benedictini, quod datur in Summario Canonicorum Regularium *num.* 4. *Seſſ. 24. c. 13. de Ref.*

Diſplicuit memorato Joanni Franciſco Priori Commendatario Pontificia

ficia hæc dispositio, quippe quæ illi adimebat facultatem resignandi Prioratum alteri Presbytero Sæculari sibi beneviso, proindeque studiis suis cum Episcopo Ventimiliensi collatis, nisus ipse est oris aperitionem adversus præfatum Breve in Congregatione, quam vocant Signaturæ Gratiæ, obtinere, sed post plures judiciarios Collitigantium conatus, re tandem consilio, & authoritate Eminentissimi Domini Cardinalis Alexandri Albani composita, stipulatum fuit Instrumentum concordiæ inter dictum Episcopum Ventimilen. tunc in Urbe commorantem, qui tam suo, quam memorati Joannis Francisci nomine transigere professus est, & inter Marcellum Franciscum Eusebii unum ex dictis Canonicis Regularibus, & Procuratorem Capituli Prioratus Sospelli non solum super enunciato Brevi sa.me. Benedicti XIII., sed etiam super aliis controversiis in Urbis Tribunalibus inter cætera vero ad rem, de qua agitur, priori loco ita statutum fuit -- *Il detto Illustrissimo Monsignor Vescovo per se, & a nome, come sopra, rinunzia ad ogni lite, ed instanze fatte, o da potersi fare contro la sentenza &c. e contro il Breve della sa.me. di Benedetto XIII. emanato li* 14. *Decembre* 1726. *a favore di detti Canonici, e detto Loro Priorato, e Religione quali saranno, come promette, in perpetuo osservanza, e vigore liberamente* --, uti præfert idem Instrumentum concordiæ per extensum Apostolico Brevi insertum, quod in ejusdem Concordiæ approbationem, & confirmationem fuit postmodum expeditum.

At, eo vix pacato dissidio, porrectus fuit nomine Consulum Civitatis Sospelli supplex Sanctitati Suæ libellus, quo, relatis scandalis, & malis, quæ culpa dictorum Canonicorum Regularium in dies oriri asseruntur, atque enarrata eorumdem Canonicorum negligentia in obeunda Animarum cura, & in Chori, Ecclesiæque functionibus peragendis, ita subjungitur ,, Considerando la Città Oratrice, che ,, l'unico riparo a i pregiudizi sopra riferiti sarebbe la suppressione ,, della Regolarità di detta Chiesa, Priorato, e Canonicati, e l'erezione de'medesimi in una Collegiata Secolare composta del Priorato sudetto, come prima, & unica Dignità, e di cinque Canonicati, & un Chiericato col medesimo obbligo alli trè primi di coadjuvare il Priore nell' esercizio della Cura, e come di libera collazione si conferissero, prævio concursu, fermo, & illeso restando il ,, Padronato degl'altri due Canonicati; al quale effetto il moderno ,, Priore Commendatario propone cedere alla Commenda nelle ,, mani di V. S., e li Padroni Laici propongono di consentire alla ,, Secolarizazione de due loro Canonicati, e che da un si opportu- ,, no provedimento ne risultarebbero. E' esato servizio Spirituale ,, alle anime de'Parrochiani, i quali verrebero assistiti da'Sacerdoti ,, dotti, zelanti, & esemplari. La Chiesa verrebbe ad essere servita, ,, ed ufficiata con molto maggior decoro per l'unione di tutto il ,, Clero Secolare. E la Città, che è conspicua per il numeroso Popolo, e Nobili Famiglia, formando uno de tre Vicariati della Provincia di Nizza, in cui risiedono un Prefetto Regio, un Avvocato Assessore con una pubblica Cattedra di S. Theologia, oltre d'essere stata altre volte parziale Residenza de' Vescovi di Ventimiglia, acquistarebbe un lustro maggiore, e si toglierebbero per ,, sempre tanti sconcerti, e dissidj, & inconvenienti sopra narrati --,

quibus

quibus in facto præmissis, ita concluditur -- „ Supplica per tanto „ umilmente la S. V. a degnarsi di secondare benignamente una „ si giusta, e vantaggiosa idea con la grazia tanto opportuna della „ suddetta suppressione, & erezione -- ; Sed postulatione ejusmodi ad Eminentissimos PP. remissa, eique contradicentibus sæpedictis Canocicis Regularibus, subscribi oportuit Dubium ad calcem præsentis Restrictus apponendum, ad cujus decisionem binæ occurrunt discutiendæ inspectiones, altera nempe, num Prioratus, de quo res est, suppressa illius Regularitate, debeat ad statum sæcularem reduci altera vero an ex eodem regulari Prioratu præstet Sæcularem Collegiatam Apostolica authoritate institui.

Sane, quod attinet ad petitam Prioratus Regularis suppressionem, de qua primario agendum est, notandū occurrit, quod Innocentius III. *in cap. Inter quatuor 5. de Religios. domib.* consultus, num Ecclesiæ Regulares, earumque Monasteria possent, suppressa Regulari prærogativa, ad sæcularem statum reduci, Constantinopolitano Patriarchæ in hæc verba rescripsit -- *Quamdiu Monasteria per Regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad Sæculares Clericos transferenda*; hac autem Decretali Epistola interdici quarumvis Ecclesiarum Regularium, ac Monasteriorum suppressionem, eorumque translationem ad sæcularem statum, tametsi Monasteria non sint Monachorum, sed ea ad Canonicos Regulares pertineant, tradunt ex Antiquioribus *Joann. Andr.*, *Hostien. Cardinal.*, & alii in cit. *cap. Inter quatuor.* & ex Recentioribus *Fagnan. in eod. cap. Inter quatuor num. 3. Barbos. ibidem num. 2.*, *Reiffenstuel. in Jus Can. lib. 3. tit. 36. num. 11. Engel. eod. loc. in fin.*, *Pirring. num. 4.*, *& Smalzgrueber ibid. num. 25. Konig. num. 10. Vviestner. num. 19.*, *& duob. sequen.*

Verumtamen quia idem Pont. Innocentius III. præmissæ regulæ hanc limitationem adjecit -- *Sed si Regulares defuerint, propter eorum defectum in eis* (scilicet Monasteriis) *Sæculares Clerici poterunt ordinari* --, Idcirco, ut Clerici Sæculares juxta laudatam Decretalem in loca Regularium rite sufficiantur, hic ordo servari solet; nimirum, si Religiosi alicujus Monasterii defecerint, aut Regularem Disciplinam ita neglexerint, ut ea penitus collapsa sit, debet ejusmodi Monasterium aliis Religiosis ejusdem Ordinis, vel inhabitandum, vel reformandum tradi; non extantibus autem Religiosis ejusdem Ordinis, oportet Religiosos alterius Ordinis substituere; Si vero Religiosi, neque ejusdem, neque alterius Ordinis haberi possint, qui in dicto Monasterio instituantur, debent Clerici Sæculares advocari, eisque Monasterium, & Ecclesia, suppresso Regulari Statu, committi, quemadmodum explicant Doctores supra allegati, & præsertim *Fagnan. in dicto Cap. Inter quatuor. num. 4.*, *& 5.*, *Reiffenstuel. loc. cit. n. 11.*, *& Engel. eod. loc. in fin.*

Præterea, licet Summus Pontifex Apostolica sua possit authoritate, præmisso ordine posthabito, Monasteria quæcumque supprimere, eaque ad sæcularem statum reducere, seu alias quaslibet fundationes libere immutare, id tamen veluti in aliquorum detrimentum facile vergens, non censetur sua potestatis plenitudine exequi velle, nisi quæpiam gravissima urgeat causa, secundum illa, quæ ad rem ponderat *Engel. in Ius Can. tit. 36. in fin.* ubi notabilia hæc verba habet „ Licet „ porro in cap. Clerici 2. de Religios. domib. supponatur ex autho-

„ ritate

„ ritate Papæ posse quascumque fundationes libere mutari, nihilo-
„ minus etiám Summus Pontifex non censetur a Jure communi re-
„ cedere,aut plenitudine potestatis uti velle præsertim in præjudi-
„ cium aliorum; auferendo eis Jus suum , nisi ex causà gravissima ,
„ adeoque præcedente causæ cognitione, & in specie exprimendo ,
„ quod ex certa scientia,aut plenitudine potestatis procedat,argum.
„ C.licet 12. de Offic. Ordin. Innoc.in C. quæ in Ecclesiar.d. Con-
„ stit.Reg. Cancell. de non tollendo jus quæsitum Cap. quamvis 5.
„ de rescript.in 6., unde si de facto , Parte altera inaudita , Bullas
„ concedat de Monasteriis, aliisque Piis Locis ad alium Ordinem ,
„ vel Statum transferendis,merito de subreptione,aut obreptione
„ suspectæ censebuntur .

Et re ipsa Apostolicam Sedem facilem non fuisse in similibus Monasteriorum suppressionibus elargiendis , ut ea ad sæcularem statum redigantur, apprime constat ex binis exemplis relatis per *Fagnan.in cit. cap. Inter quatuor num.7. & 9.*, & præsertim ex priori exemplo hisce verbis relato sub *dicto n.7. -- Et per prædicta in Sacra Congregatione Rerum Consistorialium habita die* 17. *Augusti* 1648.*rejecta fuit supplicatio Monachorum Monasterii S. Victoris Massiliensis Ordinis S. Benedicti , qui petebant Sæcularizationem dicti Monasterii , & reductionem Monachorum ad Statum Canonicorum Sæcularium ; Nam etsi in ea Monastica disciplina plurimum esse collapsa, tamen cum dicatur esse caput Congregationis , & inter cæteras Abbatias , & Prioratus a se dependentes habeat Monasteria aggregata , & unita S. Congregationi S. Mauri ejusdem Ordinis , in qua , benedicente Domino , Regularis Observantia præclare , & mirifice per totam Galliam instaurata est , & sic non desint Monachi ejusdem Ordinis , qui possint hujusmodi Monasteriorum reformare, non est ullatenus ad Sæculares Clericos transferendum ut hinc patet ; Quod si per Monachos ejusdem Ordinis reformari non posset , tunc illis ejectis , Fratres alterius Ordinis in illud essent inducendi , ut labores impiorum justi edant , dicit Text. in d. C. Relatum , ne Cler. vel Monach. nec Clerici Sæculares essent in eo instituendi nisi in defectum omnium Regularium secundum gradus , quos supra distinximus .*

Reticendum tamen non est suppressionem memorati Monasterii S. Victoris Massiliensis , de quo loquitur Fagnanus fuisse nuperrime ab Apostolica Sede statutam , ejusque erectionem in Collegiatam Sæcularem, ita consulente eadem S. Congr. Consistorialibus negociis præposita hanc potissime ob causam , quod pluribus frustra tentatis remediis , nequiverit in illud disciplina Regularis induci .

Hæc sunt , quæ ad priorem attinent inspectionem ; Quovero ad alteram concernentem erectionem hujus Ecclesiæ , seu Prioratus in Collegiatam , advertere juvat in facto, Consules Civitatis Sospelli, quorum nomine petitur dicta erectio , nihil hactenus ex Bonis propriis , vel Communitatis sive pro augmento tum numeri Canonicorum , tum congruæ eorum sustentationis, sive pro sacra suppellectili , qua Sacrarium dicitur omnino carere , comparanda exhibuisse , & tamen cum annui reditus præfati Prioratus juxta ipsorummet Consulum confessionem ad quinquaginta tantum supra biscentum Ducatos Cameræ ascendant , ex quibus hucusque Prior Commendatarius consuevit triginta sex cuilibet ex tribus Antiquio-

quioribus Canonicis, duodecim vero Ducatos Novitio Clerico annuatim persolvere, perpendendum est, num summa præmissa par sit sustinendo decori Ecclesiæ, quæ in Collegiatam erigatur.

In jure autem ponderanda se offerunt quæ circa similes Collegiatarum erectiones tradunt *Lotter. de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 14. *Barbos. de Canonic.*, *& Dignit. cap.* 2. *num.* 8., *& seqq. Corrad. in prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 1. *Scarfanton. ad Ceccoper. Lucubr. Canonic. Tom.* 1. *in animadvers. ad tit.* 5., *Eminentissimus Petra in suis doctissimis Commentariis ad Const.* 7. *Innoc. IV. Sect.* 1., *&* 2. *Tom.* 3., præsertim vero spectanda videtur Resolutio edita in *Tranen. Erectionis Collegiatæ*. in qua, cum postulaverint Presbyteri Participantes recipitiæ Ecclesiæ S. Sepulchri Oppidi Baruli, ut hæc sua Ecclesia in Collegiatam Sæcularem erigeretur, petitæ vero erectioni contradiceret Magnus Prior Religionis Hierosolymitanæ sub fundamento, quod d. Ecclesia, uti eidem Religioni Hierosolymitanæ subjecta, esset Regularis, adeoque in Collegiatam Sæcularem absque sui, Religionis, ejusdemque Ecclesiæ Status detrimentum erigi nequiret proposito Dubio *An sit relaxanda supplicatio*, *de qua agitur in casu &c.* die 2. Junii 1736. prodiit Resolutio -- *Negative*, *& amplius* -- ut in *lib.* 86. *Decr pag.* 215.

Episcopus in Relatione per manus EE. VV. circumferenda, post late recensitos quamplures dictorum Canonicorum Regularium excessus, iisdemque præsertim culpatis, quod extra Claustra perpetuo degant, quod Chori, Ecclesiæque servitium, & Animarum curam sæpissime negligant, inde satis probatum putat, Regularem Disciplinam in memorato Prioratu adeo collapsam esse, ut super Consulum precibus sententiam suam aperiens hæc habeat -- *Tutte le sudette relazioni sono per verità*, *& coram Deo*; *Onde per esprimere il mio sentimento*, *conforme mi prescrivono l' EE. VV.*, *stimo gloria di Dio*, *e salute delle Anime*, *che li detti Canonici siano secolarizzati*, *perchè altrimenti non mai si redurranno a vita commune*, *ed esemplare*, *troveranno intoppi insuperabili nel fabbricar Monastero*, *si toglieranno sconcerti*, *e inconvenienze grandi tra loro*, *& il Clero Secolare*; *per il che questi non interviene mai al Coro*, *ne a Processioni*, *viverà con maggior esemplarità*, *applicherà più alli studi affine di esser promosso a Benefizi*; *quali resulteranno*, *secolarizzandosi li Canonici* -- Onus Jam vero erit EE. PP. deliberare.

An sit locus suppressioni Prioratus Congregationis Canonicorum Regularium S Ruffi, *ejusque erectioni in Collegiatam Sæcularem in casu &c.*

Negative, & ad mentem.

GERUNDEN. JURIS CONVOCANDI CAPITULUM. Exoptantes Canonici Cathedralis Ecclesiæ Gerundensis assequi potestatem convocandi Capitulum libere, ac independenter tam ab Episcopo, Sede plena, quam ab Archidiacono Majore nuncupato *de Rogationibus*, Sede vacante, quoties in suis Comitiis agendum esse putaverint sive de lite nuper contra Episcopum instructa super exemptione, quam sibi asserunt ab ejus Jurisdictione ordinaria, sive de aliis Judicialibus contentionibus, quæ inter se, & memoratos Epi- *Sess.* 25. *c.* 6. *de ref.*

Episcopum, ac Archidiaconum pariter vertentes poterunt deinceps promoveri, literas Apostolicas in forma Brevis a Sanctissimo Domino Nostro sub diem 11. Maii 1736. impetrarunt, quibus Sanctitas Sua eorumdem Canonicorum votis, atque supplicationibus annuens benigne indulsit, -- *ut ipsi deinceps perpetuis futuris temporibus pro rebus, & negociis ad lites, & controversias cum Episcopo, & Archidiacono præfatis nunc, & pro tempore quandocumque vertentes spectantibus, Capitulum prædictum, ubi, & quoties opus fuerit, per se ipsos absque prædictorum Episcopi, & Archidiaconi, Sede Episcopali ejusmodi vacante, eorumque respective Vic ariorum de gremio requisitione, licentia, ac interventu convocare, & celebrare, ibique res, & negotia præfata tractare, illaque per antiquiorem Canonicum d. Ecclesiæ residentem, onusque hujusmodi suscipere volentem gerere, & exequi libere, licite, & valide possint, & valeant.*

Quum primum literæ hujusmodi præfatis Episcopo, & Archidiacono fuerunt ostensæ, ambo utique declararunt, se quo par erat obsequio Apostolicum Breve suscipere, ac revereri, sed unanimi quoque consilio unusquisque eorum per proprium Procuratorem sejunctim constitutum protestatus est in Actis, quod *Jura omnia adversus prædictas literas, seu Breve ex capite subreptionis, vel obreptionis, aut alio quovis modo competentia sibi salva, ac integra reservabat* ad effectum eamdem Sanctitati Suæ humiliter exponendi, & supplicandi omni meliori modo, & prout visum fuerit opportunius; Quemadmodum reipsa paulo post utriusque nomine supplex Summo Pontifici porrectus fuit libellus ad hanc Sacram Congregationem cum facultatibus necessariis, & opportunis deinde remissus quo postulatur reductio præfati Brevis ad terminos juris; Unde orta est necessitas discutiendi duo Dubia, quæ mox describentur.

Ob quatuor potissimum facti circumstantias putant Episcopus, & Archidiaconus, literas Apostolicas a Capitulo impetratas subreptionis, & obreptionis vitio laborare; Prima est, quod Canonici controversam facultatem convocandi Capitulum libere, & independenter tam ab Episcopo, ejusque Vicario Generali, quam ab Archidiacono Majore efflagitaverint, rem ita obscure, ac sub verborum involucro exponentes, perinde ac si iidem Episcopus, & Archidiaconus aliquando detrectassent impertiri Canonicis licentiam convocandi Capitulum pro definiendis rebus, cæterisque negotiis ad lites inter ipsos, & Episcopum, ac Archidiaconum vertentes spectantibus, cum de cetero nullus possit proferri casus, quo ejusmodi licentia fuerit unquam denegata; Secunda, quod sub obscure pariter, nec satis clare fuerint expositæ tot Rotales Decisiones, & Sententiæ, quibus definitum est, præfatos Canonicos neque pro Capitularibus negotiis posse ex se ipsis Capitulum convocare, cum a Rotæ Romanæ Auditorio non semel invalidæ, atque attentatæ declaratæ fuerint convocationes Capituli etiam in eum finem a Canonicis absque debita Episcopi, vel Archidiaconi requisitione peractæ. Tertia, quod iidem Canonici subdole reticuerint, Episcopum, & Archidiaconum, eorumque respective Vicarios Generales consuevisse post peractam Capituli convocationem e Capitulari Aula egredi, ubi a Secretario Capituli moniti fuerint, quod in eo foret pertractandum de re, quæ Interesse Episcopi, vel Archidiaconi

coni con cerneret, ita quidem, ut fuerit femper Canonicis præfatis, licet enunciato Apoftolico Brevi nondum communitis, liberum fuffragia fua in omnibus ejus generis capitularibus negociis proferre: Quarta demum eft, quod ad facilius extorquendam controverfam Gratiam pro tempore Sedis vacantis fallo fuerit Pontifici narratum, fæpedictum Archidiaconum tempore, quo Gerundenfis Ecclefia fuo eft viduata Paftore, frui Jurifdictione Epifcopali ut fubrogatum ex confuetudine in locum Capituli, quando tamen idem Archidiaconus non veluti in Capituli locum fuffectus, fed ex fuæ Dignitatis prærogativa in omnimodam Epifcopi Jurifdictionem fuccedere dicitur, uti definitum præfertur ex pluribus Judicatis Rotalibus, & fignanter ex Decifionibus 24. 25., *& poft Scarfanton. ad Ceccoper*.

Jura, quibus Capitulum fortaffe conabitur præfatum Breve ab impicta obreptione, & fubreptione vindicare, nondum allata funt; Ad maturiorem tamen Caufæ decifionem expendenda videntur ea, quæ de facultate convocandi Capitulum communiter fcripfere Canoniftæ, inter quos *Barbof. de Canonic., & Dignit. cap.* 35. *n.* 8., *Ceccoper lucubr. Canonic. lib.* 4. *n.* 50., *Pignatell. to.* 4. *conf.* 154. *n.* 6. *& feq.*, & doctiffime *Eminentiffimus Petra tom.* 1. *ad Conftit.* 1. *D. Leonis Magni Sect.* 2. *n.* 58.; Omnibus itaque ponderatis, dignentur EE. VV. decernere.

I. *An fit locus aperitioni oris adverfus Breve*, & quatenus affirmative.

II. *An, quomodo, & in qua parte fit exequendum, vel potius revocandum dictum Breve in cafu &c.*

Ad I. affirmative. Ad II. reducendum effe ad terminos Indulti fan. me. Julii III.

LAMACEN. IRREGULARITATIS. Cupiens Jofeph Correa Leytao Clericali militiæ nomen dare fubdole curavit, ab Epifcopo Mindonienfi in Regno Galleciæ feria 6. ante Dominicam Paffionis anni 1735. prima Tonfura, & quatuor minoribus Ordinibus abfque literis dimifforialibus fui Ordinarii initiari; deinde vero, licet vigefimum fecundum dumtaxat annum ageret, præterea que omni tum Beneficii, tum Patrimonii Sacri titulo effet deftitutus, & Apoftolica careret difpenfatione fuper Interftitiis, quadam literarum dimifforialium fpecie fub nomine cujufdam Vicarii Generalis ex militari ordine S. Joannis Hierofolymitani confictarum exhibita obtinuit, extra tempora, die fcilicet 26. Maii ad Subdiaconatum, infequenti die 27. ad Diaconatum, & tandem die 30. ejufdem Menfis dicti anni 1725. ad Presbyteratum ab Epifcopo Francifco Sanchez promoveri. *Seff. 14. c. 7. & Seff. 24. c. 6. de Ref.*

Pofthæc, cum quidam Emanuel Pereyra exiftens in Area prope Monafterium Monialium Civitatis Lamacenfis vulgo nuncupata *Campo des Freiras* plures jactaffet minas in Joannem Teyxeira, evocatus ab ifto d. Presbyter Jofeph Correa Leytao, ut eumdem Emanuelem percuteret, hunc in dicta Area repertum a Francifco Rodriguez, aliifque Perfonis fociatum interpellavit, qua de caufa Joanni Teyxeira minatus fuiffet, addens fe fufte, quam manu gerebat, velle illum percutere; cumque interea memoratus Francifcus Rodri-

quez Socius Emanuelis verba aliqua in eumdem Presbyterum Josephum Correa protulisset, hic fuste caput Francisci percussit, quod, ubi vidit Antonius de Oliveyra prædicti Francisci Frater, ad eumdem defendendum accurrit, indeque factum est, & una simul rixantibus, & colluctantibus Francisco Rodriquez, Antonio de Oliveyra, & sæpedicto Presbytero Josepho Correa, ab hoc tandem tres ictus in pectus, & alter in ventrem præfati Antonii adeo graves inflicti sunt, ut ob ea vulnera intra tres dies Antonius obierit.

Instructo itaque adversus memoratum Presbyterum Processu super recensita delictorum congerie, ac præsertim ad instantiam Matris, & Fratrum Antonii occisi super patrato homicidio, Vicarius Generalis Episcopi postmodum defuncti die 16. Februarii 1728. definitivam super utroque delicto protulit sententiam, qua sæpedictum Josephum Correa Leytao condemnavit ad plures pecuniarias pœnas, tum Fisco, tum Matri, & Fratribus Antonii solvendas, necnon ad pœnam Exilii in Regno Etyopiæ vulgo *Angola* per decennium sustinendi, cumque nedum a Divinis suspensum ob furtivam, ac dolosam Ordinum susceptionem, verum etiam irregularem ob enunciatum homicidium declaravit; Deinde vero, attenta Partium remissione, ac venia, inspectisque exceptionibus per Josephum propositis, idem Vicarius Generalis die 8. Martii 1728. pronunciavit, Partibus fuisse satisfactum, pœnam pecuniariam Fisco adjudicatam ad triginta tres aureos de Camera, & duodecim julios reduxit, tempusque exilii e decennio ad septennium restrinxit, & tandem Episcopus insequenti anno 1729., Fisco, & Parte concordatis, ab omni sive pecuniarum, sive exilii pœna eumdem Josephum liberavit.

Elapsis quinque circiter annis a die patrati homicidii, & duobus a die, quo fuit a pœnis, ut supra, sibi inflictis absolutus, scilicet sub annum 1731. cepit Iosephus tum pro absolutione ab Ordinum suspensione, tum pro dispensatione ab irregularitate modo Sacræ huic Congregationi, modo Sacræ Pœnitentiariæ supplicare, sed a neutra exauditus est, cum præsertim Sacra hæc Congregatio post receptam Ordinarii relationem die 2. Maii 1733. Oratoris instantiam rejecerit, tametsi tunc ille polliceretur, se fore post impetratam petitam dispensationem, & respective absolutionem in aliqua claustrali Religione professurum.

Suas postea non destitit iterare preces, & præcipue sub diem 24. Maii proxime præteriti, cumque ipsius conatus inter supplices libellos hactenus expositi semper irritum cesserint, spe illectus felicioris eventus, si peculiares facti circumstantiæ, & rationum momenta, quibus petitionem suam fulciri contendit, maturius expendantur, ut ejus Causa sub Dubio mox subsignando describeretur, enixis votis flagitavit; Quocirca dignabuntur Eminentissimi PP. rescribere.

An sit concedenda dispensatio in casu &c.

Negative.

Sess. 23. c. 4. Sess. 24. c. 13. de ref.

POLICASTREN. Proposita hac Causa in Congregatione diei 1. Junii superioris anni sub octo dubiis, inter quæ hæc duo ad petitionem

nem Philippi Segreti moderni Archipresbyteri Eccleſiæ S. Nicolai Terræ Laureæ ſubſcripta fuerant -- V. *An Presbyteri Participantes d. Eccleſiæ S. Nicolai teneantur coadjuvare enunciatum Archipresbyterum tum in explicatione Cathechiſmi, tum in aſſiſtentia Moribundis, tum in adminiſtratione Viatici, & Extremæ Unctionis, tumque in ceteris functionibus Parochialibus in caſu &c.* -- VIII. *An fructus, reditus, decimæ, ac jura, & emolumenta funeralia ſpectent integre, & privative ad enunciatum Archipresbyterum in caſu &c.* -- reſponſum fuit -- *Ad V. Hortandos eſſe, ſed non cogendos, niſi in caſu neceſſitatis. Ad VIII. negative, & ſervetur ſolitum*, -- ut in *lib.* 87. *Decr. pag.* 199.

Non acquievit eorum deciſioni Archipresbyter, qui modo utens novæ Audientiæ beneficio pridem impetrato poſtulat in primis receſſum a Deciſis quoad V. Dubium, & ubi Emi PP. putent, ſe a capta ejus reſolutione non poſſe diſcedere, id ſaltem flagitat, ut, prævio receſſu a Deciſis quoad Dubium VIII., congrua ſibi in certa ſumma ex fructibus; ac emolumentis, de quibus agitur in eodem VIII. Dubio, aſſignetur, proindeque ad quæſtiones in binis mox deſcribendis Dubiis propoſitas reſponderi exorat.

Inſtantiæ Archipresbyteri obſiſtunt Sacerdotes Participantes ejuſdem Eccleſiæ contendentes petitæ congruæ aſſignationi locum non eſſe, ſed veterem circa illam hactenus ſervatum morem ſequi oportere. Placeat itaque EE. VV. ſtatuere.

I. *An ſit ſtandum, vel recedendum a Deciſis ſub die* 1. *Junii* 1737. *quoad V., & VIII. Dubium*, & quatenus affirmative quoad primam partem.

II. *An, & in qua ſumma debeatur congrua & ex quibus fructibus in caſu &c.*

Ad I. in Deciſis. Ad II. negative, & ſervetur ſolitum, & amplius.

HORTANA DECIMARUM. Angelus Gozzadinus jamdudum Eccleſiarum Hortæ, & Civitatis Caſtellanæ Epiſcopus anno 1626. ad petitionem Dionyſii Decii ſui Vicarii Generalis exponentis, multas ultra, & citra Tyberim reperiri Villas, quarum Incolæ tum propter dicti Fluminis inundationem, hyemali præſertim tempore, tum etiam ob earum a Civitate diſtantiam ægre poterant Eccleſiaſticis Sacramentis refici, Miſſæque Sacrificium audire, binas erexit Parochias, alteram ſcilicet in Eccleſia Sancti Joſeph *cum honoribus* (ſunt verba Inſtrumenti) *& oneribus ſolitis, & conſuetis, & præſertim Sacramenta Habitatoribus a proprio Parocho adminiſtrandi, Miſſam diebus feſtivis celebrandi, aliaque faciendi, prout quilibet Parochus facere tenetur, & cum recognitione, & ſolutione annuali Tinotiæ unius grani tempore recollectionis a quolibet jugum bobum habente, aliaque de Jure debita, & conſueta juxta conſuetudinem aliarum Terrarum Diœceſis, & aliarum viciniorum.* Seſs. 24. c. 12. de ref.

Hac ita duarum ejuſmodi Parochiarum erectione ſecuta, plures ſucceſſu temporis inter illos, qui d. Parochiali Eccleſiæ S. Joſeph ſubiecti cenſebantur, & inter ejuſdem Parochialis Rectorem promotæ ſunt controverſiæ ſuper ſolutione, ſeu traditione decimarum in me-

memorata frumenti mensura consistentium; Primum enim, conquerente Parocho, præfatas Decimas sibi detrectari, tametsi reditus omnes Ecclesiæ suæ in ea tenuissima frumenti exactione trium rubrorum quantitatem anno quolibet non excedente consisterent, Sacra Congregatio, audito Episcopo, die 13. Februarii 1683., & 19. Augusti 1684. eidem præcepit, ut Parochianos renuentes ad controversam solutionem compelleret.

Deinde vero quidam Bernardinus Mercuri, non obstante præmisso Sacræ Congregationis Rescripto, contendere cœpit, se minime teneri ad enunciatam frumenti præstationem eo sub obtentu, quod, licet agrum in Paræcia S. Joseph conduxisset, statisque anni temporibus uno Bobum jugo excoleret, attamen intra fines Paræciæ S. Joseph ipse non habitaret, neque ab ejus Rectore Sacramenta reciperet, sed Incola esset Territorii Bassani extra dictam Parochiam positi, ubi nocturno tempore Boves suos detinebat, nec nisi illucescente die consueverat eos ad colendum agrum educere, statimque cum illis post occasum Solis ad Domum suam revertebatur. Sed quia Parochus excipiebat, præstationem frumenti ab Episcopo in memorato Instrumento reservatam Rectori Ecclesiæ S. Joseph esse Decimam Prædialem, ideoque Bernardinum quamvis exterum, & alibi degentem ad eam cogi debere, præsertim quia Regionis illius mos esset, ut ab Exteris quoque, & Forensibus persolverentur Decimæ Parochis, intra quorum Parochiarum limites existerent agri ab ipsis exculti, Sacra Congregatio, proposito Dubio -- *An d. Bernardinus teneatur, atque cogendus sit ad præstandum Parocho Ecclesiæ S. Joseph controversum frumentum*, sub die 22. Septembris 1685. ejus resolutionem distulit, censuitque *videndum de consuetudine Regionis, & an Decima, de qua agitur, esset prædialis, vel potius personalis* -- ut in *lib.*35. *Decr. pag.*420. & 421.

Controversiam hanc, quæ diu siluerat, postea Parochus redintegravit, pluribusque consentanee ad memoratum S. Congregationis Rescriptum allatis Testium depositionibus, quibus assertam aliarum Parochiarum consuetudinem sibi faventem nisus est comprobare, curavit sequens proponi Dubium -- *An Mannus Baldinus, & alii teneantur, atque cogendi sint ad præstandum Parocho Ecclesiæ S. Joseph controversum frumentum*, -- cui die 25. Septemb. 1694. Parocho dumtaxat Jura sua promovente, responsum fuit -- *Affirmative*, -- ut in *lib.*24. *Decr. pag.*477., sed reproposita sub diem 16. Aprilis 1695. Causa ad petitionem Parochianorum succumbentium sub consueto Dubio -- *An sit standum, vel recedendum a decisis* -- Sacra Congregatio censuit, *non retardata solutione Decimarum favore Parochi S. Josephi, coadiuvandas esse probationes super consuetudine coram Episcopo, auditis etiam Parochis Bassani*, -- ut in *lib.* 45. *Decr. pag.*207.

Post hæc ad tramites editi Responsi plura nomine Parochianorum collecta sunt documenta; primo scilicet Judicialis, ac jurata declaratio Parochorum Bassani testantium, se in pacifica reperiri possessione exigendi controversas decimas ab Incolis Bassanensibus licet isti Bona intra limites Parochiæ S. Joseph possideant; Secundo depositio sexdecim Incolarum Bassanensium affirmantium dictas Decimas nunquam Parocho S. Joseph fuisse persolutas, sed eas Parochis

Bassa-

Baſſani præſtari conſueviſſe; Tertio congeries partitarum ex publicis libris Communitatis Baſſani extracta, ex quibus apparere dicitur earumdem Decimarum ſolutio in manibus Parochorum dicti Loci Baſſani peracta; Quarto atteſtatio Fratrum S. Bernardini Civitatis Hortæ, ſubcollectoris Spoliorum, nonnullorum Civium Hortanorum, & dictorum ſexdecim Baſſanenſium deponentium, Parochum Eccleſiæ S. Joſeph Decimas ab iis dumtaxat, qui ſuam Parœciam inhabitant, non autem ab Exteris, qui ibi Bona poſſident, atque excolunt, exigere conſueviſſe; Quinto depoſitio nedum Rectoris alterius ſupradictæ Parochiæ S. Laurentii, verum etiam aliorum Parochorum, qua habetur ipſos decimas ab Incolis, & Parochianis tantum, haudvero ab Exteris Bona intra ſuarum Parochiarum limites exiſtentia poſſidentibus, & excolentibus percepiſſe; & Sexto demum deſcriptio Domorum, & Stabulorum, quæ Baſſanenſes in d. Parochia retinent, ex qua conſtat, ea adeo diruta eſſe, ut ibi nequeat habitari. Cumque novis hiſce documentis inſtructi præfati Parochiani obtinuerint ſub diem 10. Aprilis 1723. diſceptari Dubium -- *An decimæ debeantur in caſu, & an ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis die 25. Septembris* 1694. --, iterum dilata fuit Cauſæ reſolutio, ac demandatum, ut Partitæ ſupra enunciatæ ex libris Communitatis Baſſani, citata Parte, extraherentur, Teſtes formali ſubjicerentur examini, & ſcriberetur Epiſcopo juxta inſtructionem in eo ſcilicet verſantem, ut pro viribus ſtuderet, in claris *poni obſervantiam proximam fundationi Parochiæ, omniaque in univerſum colligeret, quæ colligere poſſet, ut facti veritas innoteſceret.*

Jam vero putantes nonnulli ex ſæpedictis Parochianis, qui aſſeruntur Incolæ Terræ Baſſani, & Poſſeſſores Agrorum in plano Lucignani intra fines ſuprad. Parochiæ S. Joſeph exiſtente ſatis valida cumulaſſe monumenta, quorum præſidio declarari poſſint immunes a controverſa frumenti traditione, ad quam rigide ab hodierno Parocho quotannis compelluntur, enixe flagitant, ut Eminentiæ VV. reſolvere dignentur.

An decimæ debeantur, itaut ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis die 25. Septembris 1694. *in caſu &c.*

Affirmative, & in Deciſis.

ROMANA UTENSILIUM -- Fabritius de Martinis in nuncupativo Teſtamento, quod ſub diem 30. Septembris ſuperioris anni condidit, decem in Venerabili Eccleſia Monialium S. Cæciliæ Transtyberim mandavit erigi Cappellanias,, di Scudi ſeſſanta per ciaſcheduna Cappellania con aſſegnarli a ciaſcun Cappellano Luoghi venti de Monti, acciò da per ſe ſoli poſſino eſiggere li frutti de' medemi, loro vita durante, quali Cappellanie debbano eſſere perpetue &c. quali Cappellani douranno eſſere obbligati di celebrare, o far celebrare la Meſſa ogni giorno in detta Chieſa di S. Cecilia,, Eidem vero Eccleſiæ S. Cæciliæ, ubi Miſſæ a Rectoribus dictarum Cappellaniarum debent quolibet die celebrari, decem reliquit Loca Montium annui reditus ſcut. triginta *per l' incommodo, e conſumo di cera, ed altro per la celebrazione delle Meſſe.* *Seſſ. 24. c. 7. & Seſſ. 24. c. 6. de Ref.*

Ad

Ad tramites hujus diſpoſitionis memoratæ decem Cappellaniæ, ſecuto ſub menſem Decembris ejuſdem anni 1737. Fabritii Teſtatoris obitu, fuerunt inſtitutæ; Verum contendentes dicti Monaſterii Moniales, annuam ſummam ſcutorum triginta ex præfatis decem Locis Montium retrahendam parem non eſſe omnibus expenſis Sacrorum Utenſilium ab earum Eccleſia ob enunciatas Miſſas ſuſtinendis, poſtularunt ab hac S. Congr., ut ſive Joannes Sterbini de Martinis prælaudati Teſtatoris hæres, ſive unuſquiſque ex dictarum Cappellaniarum Poſſeſſoribus compellatur congruum tribuere ſupplementum, quo pia Teſtatoris voluntas abſque ullo Monaſterii, & Eccleſiæ detrimento valeat adimpleri. Ubi vero Eminentiſſimi PP. arbitrarentur petito annuæ præſtationis augmento locum non eſſe, ſupplicarunt eædem Moniales, ſibi fieri poteſtatem acceptandi onus, de quo agitur, ſub ſolo emolumento ſcutorum triginta juxta diſpoſitionem Teſtatoris ex præfatis decem Locis Montium percipiendorum.

Super hiſce precibus rogatus fuit Emus de Acquaviva Eccleſiæ S. Ceciliæ Titularis, & una ſimul Monaſterii Protector, S. Congregationem inſtruere, votumque ſuum aperire, auditis Hærede, & Cappellanis, quod ſedulo cum peregerit Eminentia Sua, ponderatis in ejus luculentiſſima Relatione momentis hinc inde deductis, ita concludit „ Sentio igitur, & ſum in voto, augmentum utenſilium „ uſque ad ſummam annuam ſcutorum quadraginta eſſe facien„ dam ab Hærede Fabritii Martini -- *Quibus poſtremo hæc addidit* - „ Poſt exaratum votum, pro parte Monaſterii S. Ceciliæ fuerunt „ mihi indicatæ diverſæ Sententiæ diverſorum Tribunalium, in „ quibus utenſilia pro Miſſa quotidiana fuerunt taxata ad rationem „ ſcutorum ſex, & primo ſententia R. P. D. Urſini S. Rotæ Audi„ toris favore Eccleſiæ S. Georgii Urbis emanata die 12. Decem„ bris 1672.; ſecundo Sententia Cardinalis Sperelli Viceſgerentis „ emanata die 20. Maii 1698. Tertio alia Sententia A. C. met „ emanata favore Eccleſiæ S. Andreæ della Valle die 30. Septem„ bris 1716., quas judicio Eminentiarum VV. ſubmitto.

At quoniam ſæpedictus hæres Joannes Sterbini adhuc contendit, ſe obſtrictum non eſſe, quidquam ultra capitale Locorum Montium a Teſtatore pro controverſis utenſilibus relictum Monaſterio, ſive Eccleſiæ S. Ceciliæ aſſignare, oportet idcirco bina, quæ inferius deſcribentur, Dubia Eminentiis VV. proponere.

Porro, quod attinet ad primum receptior Sententia eſt, ſumptus utenſilium Sacrario Eccleſiæ, in qua Miſſarum celebratio adimpletur, perſolvendos eſſe in ea ſumma, quam communis cujuſque Loci, & Eccleſiæ uſus præfinivit, veluti tradunt *Paſqualig. de Sacrific. nov. Leg. tom.2. quæſt.968. n.4. Monacell. Formular. Legal. for. Eccl. part.4. n.181. pag.107.* & ex recentioribus *Urſaya tom.4. part.2. diſcept.22. n.67. tom.5. part.2. diſcept.26. n.14.*, *Piton. de contr. Patron. alleg.54. n.36.*, *& alleg.100. num.165.*, ac proinde in Urbe Roma nomine Utenſilium debent annua ſcuta quatuor pro celebratione uniuſcujuſque Miſſæ quotidianæ præſtari, inſpecto veteri more in Alma Urbe recepto, uti alias reſpondit Sacra hæc Congregatio, & præſertim in *Romana* 26. *Martii* 1679., ubi reſcriptum fuit „ Taxandam eſſe vleemoſynam ad rationem Eleemoſinæ

„ mosynæ Manualis in Urbe currentis, detractis tamen ex eisdem „ Introitibus hæreditariis scutis quatuor pro singula Missa quoti„ diana ratione Utensilium Sacrorum Supellectilium pro hujus „ Missæ celebratione „, ut in *lib.*39. *Decr. pag.*109., & novissime in alia *Romana*, in qua, cum ageretur de Cappellania laicali ex dispositione clar. me. Cardinalis de Abdua in Ecclesia SS. Ambrosii, & Caroli ad Cursum erecta, assignatis pro ejus dote annuis sexaginta, impositoque onere Missæ perpetuæ, exorta controversia, num subministratio utensilium pro celebratione dictæ Missæ fieri deberet, sumptibus Cappellani, vel potius Sacræ Congregationis de Propaganda Fide hæredis institutæ a prælaudato Cardinali de Abdua in Bonis Urbis cum onere alendi tot Alumnos, vel denique expensis Ecclesiæ SS. Ambrosii, & Caroli, Sacra Congregatio, relata sub diem 24. Augusti 1720. ejusmodi quæstione inter summaria precum, censuit, utensilia subministranda esse ab Ecclesia SS. Ambrosii, & Caroli, sed, Causa in Folio ad petitionem Præsidum dictæ Ecclesiæ descripta sub Dubio -- *An*, *& a quo sint solvenda Utensilia pro celebratione Missæ quotidianæ*, *& ad quam rationem in casu*,*ita ut sit standum*,*vel recedendum a Decisis die* 24. *Augusti* 1720. die 10. Maii 1727. responsum fuit -- *Prævio recessu a Decisis*,*Utensilia esse solvenda a Cappellano ad rationem scutorum quatuor pro quolibet anno*, ut in *lib.*77. *Decr.pag.*275.

Praxim autem solvendi ratione Utensilium scuta quatuor pro uniuscujusque Missæ quotidianæ celebratione contendit dictus Hæres, locum habere non posse in hypothesi ob peculiares facti circumstantias; Primo nempe, quod agitur de Legato per Testatorem relicto Ecclesiæ S. Cæciliæ sub onere præstandi Utensilia pro celebratione dictarum decem Missarum, ita quidem, ut legatum istud, veluti individuam Testatoris voluntatem continens, debeat a Monialibus, vel repudiari, vel suo cum onere acceptari, juxta vulgatos *Textus in cap. Officii de Testam. & in leg.cum ab uno*, *in princ. ff. de Legat.*; Secundo, quod tria tantum scuta in pluribus Urbis Ecclesiis tradi soleant pro Utensilibus unius Missæ quotidianæ, proindeqne non ita generatim recepta sit praxis solvendi scuta quatuor, quin debeat ab illa, concurrentibus peculiaribus facti circumstantiis, recedi; Tertio, quod, si Moniales statuant enunciatum Legatum repudiare, & consequenter Missarum celebrationem ad aliam Ecclesiam transferri oporteat, juxta Resolutiones Sac. Congr. editas in *Brundusina Commutationis Legati* 3. *Martii* 1714., *& in Catanien.* 5. *Aprilis* 1732., non pauci sint Ecclesiarum Præsides parati Legatum hujusmodi sub controverso Utensilium onere absque ullo augmento acceptare; Quarto, quod Testator non obligavit Hæredem persolvere Monialibus scuta tria pro Utensilibus cujuslibet ex dictis decem Missis quotidianis, sed earumdem Monialium Ecclesiæ reliquit Jure Legati plenum dominium, & integram proprietatem decem Locorum Montium, quorum valor ascendit ad scuta 1270.; ex hujusmodi autem pleno dominio, asserit, posse Moniales plura commoda reportare; Et quinto demum, quod occasione erectionis harum decem Cappellaniarum, & quotidianæ celebrationis decem Missarum in Ecclesia S. Cæciliæ Moniales liberentur ab onere assumendi imposterum cum proprio dispendio

Presbyteros, qui Miſſas in Feſtivitatibus ibidem annuatim peragendis celebrent.

His circa primum Dubium præmiſſis, deſcendens ad quæſtionem in ſecundo propoſitam putat idem Joannes Hæres, quod, etiamſi judicaretur, locum eſſe petito pro ſacris Utenſilibus augmento, non a ſe, ſed a Cappellanis illud foret præſtandum, tum quia unuſquiſque eorum ſatis pingue emolumentum percipit ex annuis fructibus viginti Locorum Montium; tum quia ſeptem ex eiſdem Cappellanis jam ſeſe obſtrinxerunt Utenſilia uſque ad unum ſcutum pro quolibet ſupplere; tum demum, quia onus ſolvendi Utenſilia de jure Beneficiatis, & Cappellanis Miſſas celebrantibus incumbit, niſi aliter fuerit a Teſtatoribus diſpoſitum, uti conſtat ex Reſolutionibus Sac. Congregationis, & ſignanter in *Nucerina Paganorum*, ubi ad Dubium -- *An taxa Carolenorum treſdecim pro uſu Sacrorum Supellectilium ſolvenda ſit ab Adminiſtratoribus, ſeu Rectoribus Cappellæ Sanctiſſimi Roſarii, vel potius a Cappellanis in ea celebrantibus in caſu &c.*, die 2. Maii 1705. reſponſum fuit -- *ſolvenda eſſe a Cappellanis* --, ut in *lib.*55. *Decretorum pag.*141. *in Auximana*, in qua propoſito Dubio -- *An Rectores Beneficiorum Cappellani aliique celebrantes in Eccleſia Collegiata Cinguli teneantur ſolvere Utenſilia Capitulo dictæ Eccleſiæ, & pro qua ſumma in caſu &c.* die 23. Februarii 1726. prodiit Reſcriptum -- *Rectores Beneficiorum, Cappellanos perpetuos, Canonicos obtinentes ultra Canonicatum Cappellanias perpetuas, & ipſum Capitulum pro rata onerum perpetuorum teneri ad ſolutionem utenſilium Sacriſtiæ ad rationem unius obuli pro qualibet Miſſa, exceptis tantum a ſolutione Utenſilium Miſſis adventitiis*, ut in *lib.*66. *Decr. pag.*95., & conſonant aliæ Reſolutiones in *Derthonen.* 6. *Julii* 1626. *in Romana* 26. *Martii* 1679. *in Romana* 10. *Maii* 1727., & noviſſime in alia *Romana Utenſilium* 24. *Martii* 1736.

Hæc eſt ſumma eorum, quæ circa utrumque Dubium ab Hærede proponuntur; nomine autem Monialium, & Cappellanorum nihil hactenus allatum eſt præter expoſita in laudato Voto Eminentiſſimi de Acquaviva, quod circumfertur; Omnibus itaque penſatis, & præſertim habita præ oculis reſolutione ſuperius enunciata in *Romana die* 10. Maii 1727., decidendum erit.

I. *An debeatur augmentum pro Utenſilibus Cappellaniarum, & pro qua ſumma*, & quatenus affirmative.

II. *An debeatur ab Hærede, ſeu potius a Cappellanis in caſu*

Ad I. Deberi uſque ad ſcuta quatuor pro qualibet Cappellania.
Ad II. iterum proponatur.

*Seſſ.*25. *c.*4. *de ref.*

CAPUANA -- Clar. me. Cardinalis Nicolaus Caracciolo Archiepiſcopus Capuanus in Teſtamento die 30. Julii 1720. condito hæredem ex aſſe ſcripſit ſuam Metropolitanam Eccleſiam præcipiens „ che tutto il valore, e prezzo delli detti miei Beni, ed effetti s' abbia da ſpendere nella reedificazione, ed abbellimento, „ perfetto ſtato, anco con il pavimento di detta mia Chieſa Erede iſtituita, e nelle Fabbriche faciende nel largo avanti l' Atrio „ di detta Chieſa, e propiamente nella pianta della Caſa da me com-

„ comprata, e che si dovrà diroccare per farsi detto largo -- ; *dein* „ *vero Josepho Schinosa Episcopo Casertano*, *quem rogaverat*, far „ ciò eseguire con vendere celeramente li detti miei Beni, ed ef- „ fetti, e sopraintendere, dirigere, e regolare la detta Fabbrica, „ ed abbellimento secondo li dissegni dell' Architetto già fatti „ esistenti in mio potere --, *& cui in hunc finem amplam tribuerat* „ *facultatem* di poter vendere, alienare, distrarre detti miei Beni, „ ed effetti, esiggerne il prezzo de Banchi, e quietare, e fare in „ questo modo qualunque esazione di quantità dovutami, facen- „ dolo, & instituendolo in ciò Erede fiduciario, senza che venghi „ tenuto, ed obbligato a rendimento de conti, o ragione, men- „ tre voglio, che si debba stare alla sua semplice assertiva, atteso „ io confido tutto alla di lui somma integrità, prudenza, sapere, „ e talento --, *per speciem cujusdam declarationis injunxit*, che so- „ pravanzando alcuna cosa del valore di detti miei Beni, ed effet- „ ti compita sarà detta mia Chiesa, ornamenti, e Fabbriche nel „ modo predetto, in tal caso tutto il detto di più esso Monsignor „ Schinosi lo distribuirà per elemosina a Poveri, e Doti a Bisognose „ Maritande, il tutto nella mia Diocesi, e secondo parerà, e sti- „ merà esso Monsignor Vescovo.

Secuto jamdudum obitu religiosissimi Testatoris, qui ad aliquot annos post conditum suum Testamentum supervixit, quique interea temporis Metropolitanam Ecclesiam proprio ære studuit eleganter ornari, ab ejus pia dispositione animate Moniales Ven. Monasterii S. Hieronymi Civitatis Capuæ sub finem superioris anni supplicem Sanctissimo D. N. porrexerunt libellum, quo postularunt sibi Pontificia authoritate, ac munificentia condonari debitum Census in sorte Ducat.1300. cum Hæreditate laudati Cardinalis prævio Apostolico beneplacito nuper contracti in finem reædificandi proprium Monasterium occasione novissimi Belli dejectum; Ut vero petitam debiti hujus remissionem facilius assequerentur, hæc Beatissimo Patri exposuere; Primo scilicet, quod ex asse enunciatæ hæreditatis non ita pridem Ducati mille Fratribus S. Augustini ad construendam sibi domum in eadem Civitate Capuæ, totidemque Clericis Regularibus ad Statuam S. Andreæ Avellini in pretiosiorem formam erigendam fuerunt eleemosynæ titulo a Summo Pontifice elargiti, veluti superextantes, & ad augendum Metropolitanæ Ecclesiæ jam satis concinnæ decorem non necessarii; Secundo, quod in novissima Capuæ obsidione earum Monasterium S. Hieronymi devastatum, ac penitus fere solo æquatum fuit, adeout ipsæ Oratrices coactæ fuerint ingenti dispendio, atque incommodo in alia sese recipere Monasteria, ibique ad biennium, & ultra commorari, donec exiguam Cœnobii partem, ubi denuo collectæ possent inhabitare, curarunt refici; & tertio demum, quod eædem Moniales tum ob memoratam obsidionem, tum ob pestem in Animalibus adhuc grassantem momentosum adeo in annuis Monasterii sui proventibus passæ sunt detrimentum, ut pluribus coactæ fuerint gravari debitis, ac inter ea præfato annuo Censu Ducatorum mille, & tercentum, quos sub usura ducatorum quinque pro quolibet centenario, & anno ab hæreditate sæpedicti Cardinalis Caracciolo acceperunt, quin tamen ob summam, in qua versantur, inopiam, ullam

ullam hactenus valuerint conventorum fructuum portionem exolvere.

Hisce Monialium precibus ad Sacram hanc Congregationem remissis, datæ fuerunt literæ Archiepiscopo Capuano, ut, audito Metropolitanæ Ecclesiæ suo Capitulo, Sacrum Consessum instrueret, cujus proinde jussibus obsequens idem Præsul, post recensitam facti seriem superius descriptam, Jura tam Capituli, quam Monialium nomine adducta hisce verbis perstrinxit „ Capitulum plura adversus „ congerit; primo ex pingui hæreditate mei Prædecessoris nihil „ ornamenti, utilitatis, nihil Cathedrali accessisse; secundo ab „ ipsa multam desiderari refectionem, quod confirmabant, quoniam, ut ajunt, a Terremotu anni 1732. rimas aliquas duxerit; „ tertio demum multa ibidem opus esse Supellectili. Moniales „ contra. Ecclesiam fuisse a meo Prædecessore, dum viveret, elegantissime constructam; Post vero ejus obitum fere octo millia „ Ducatorum impensa fuisse eidem ad abundantiam exornandæ ut „ ex libris Depositarii manifestum. Parietes rimas duxisse non a „ terræmotu, qui accidit fere cadente anno 1732., sed adhuc superstite meo Prædecessore, qui adhibitis expertis sensit nihil periculi inde fore pertimescendum. Addebant, se maximopere „ mirari assertionem Capituli, cum Capitulum ipsum Archiepiscopo exigenti medias annatas pro reparatione Fabricæ Cathedralis ad formam Concilii Romani totis viribus restiterit, ut ex „ eo tempore annatæ amplius a Beneficiatis non exigantur sub eademet assertionem novam Ecclesiam nulla indigere refectione, „ Demum quoad Supellectilem prætensam opiniantur Moniales, „ quidquid reliqui hæreditatis est, non in Supellectilem, sed ad „ mentem Testatoris in pauperes esse erogandum. Cura enim Supellectilium, quanta est ad unicum Archiepiscopum pro tempore spectat --; *sub finem vero ejusdem relationis suam sententiam* „ *aperiens ita concludit* -- Ut series habet, certum est, Moniales „ summa miseria laborare, certissimum similem veniam a Sanctissimo D. aliis datam, imo si meus Prædecessor testator viveret, certo certius Monialibus præsto esset, sicuti vivens multoties præsto fuit, hinc existimo ab Eminentiis vestris per summam Benignitatem posse annexis precibus annui, supplicibusque indulgere.

Quibus ita in facto se habentibus, perpensisque juribus saltem Monialium nomine circumferendis, dignabuntur EE. VV. pronunciare, *An sit annuendum petitis in casu &c.*

Affirmative, & amplius.

Die Sabbathi 27. Sept. 1738.



ULGINATEN. JURISDICTIONIS. Causam hanc, in qua, discussis quatuor Dubiis -- *I. nempe, An laudum, de quo agitur, sit exequendum, & quatenus negative. II. An jus indicendi concursum, & præelegendi digniorem in vacationibus Ecclesiarum Parochialium Diœcesis Fulginatensis, de quibus agitur, spectet privative ad Episcopum. III. An jus conferendi dictas Ecclesias Parochiales simpliciter spectet ad Eminentissimum Abbatem. IV. An jus cognoscendi causas criminales, civiles, & mixtas competat privative Episcopo, seu potius Eminentissimo Abbati in casu &c.* die 1. Martii proxime præteriti rescriptum fuit -- *Ad I. negative. Ad II. affirmative. Ad III. colationem spectare ad Eminentissimum Abbatem, salva institutione authorizabili Episcopi. Ad IV. spectare cumulative cum Episcopo ad Eminentissimum Abbatem, præterquam quoad Causas criminales, & Matrimoniales, aliasque concernentes curam Animarum*, -. ad novam trutinam revocari postulat Eminentissimus Cardinalis Laurentius de Alteriis Abbas Commendatarius Monasterii S. Crucis Saxivivi utens novæ Audientiæ beneficio, quod adversus enunciatam Resolutionem jamdudum impetravit. Sess. 6. c. 3. & Sess. 14. c. 4. & Sess. 24. c. 18. de ref.

Perpensis itaque tam veteribus, quam novis juribus circumferendis, necnon inspectis iis, quæ in Folio diei 15. Decembris 1736. in utramque partem exposita fuerunt, onus erit Eminentiarum VV. definire.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

SENOGALLIEN. SPONSALIUM. Nicolaus Caballini Sponsalibus inter Antimum Sanzii, & Sperandeam Tasti initis contradictorem in Episcopali Curia se præbens contendit, multo pridem sibi Sperandeæ fidem fuisse obligatam, quemadmodum ex nonnullorum Testium depositione satis evinci authumabat, at contrariam passus sententiam a Vicario Generali, qui pronunciavit, ,, non constitisse, neque constare de prætensis Sponsalibus inter dictos DD. ,, Sperandeam Tasti, & Nicolaum Caballini Reum conventum, ,, fuisseque, & esse eandem D. Sperandeam respectu d. D. Caballini ,, in statu libero, & soluto, & in sua plenissima libertate ad ulteriora ,, procedendi in Sponsalibus per eam contractis cum D. Antimo ,, Sanzii & propterea assertam *nihil transeat* appositum pro parte ,, sæpedicti D. Caballini fuisse, & esse lacerandum, tanquam injustum, & nullius roboris, & momenti ,, suam interjecit appellationem ad Tribunal A.C., a quo tamen cum ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris SSmi Causa fuerit avocata, ejusque cognitio Sacro huic delegata Consessui, ne litis ejusmodi perniciosos forsan pariture effectus definitio diutius protraheretur, bina Dubia EE. VV. oraculo decidenda hodie proponuntur. Sess. 24. c. 3. de ref. Matr.

Ad resolutionem primi, in quo disceptantur, num Sponsalia, quæ Nicolaus Caballini asserit, cum memorata Puella Sperandea iniisse, satis

tis probata dici possint, spectanda primis est vulgata Canonici Juris censura, qua communiter receptum habetur, Sponsaliorum contractum, veluti maxime onerosum, atque a reciproca utriusque Contrahentis promissione dependentem, ad tradita per Scribentes *in cap. Ex parte il primo de Sponsal.*, & late *Sanchez de Matr. lib. 1. disp. 15. per tot.*, deberet ab eo, qui Sponsalium executionem postulat, plene adeo, & concludenter probari, ut, si vagis tantum, & ambiguis argumentis innitatur, pro libertate alterius in judicium vocati sit pronunciandum, juxta expressos *Text. in Cap. Mulier. de Jure jurand. & in cap. 1. de Clandest. desponsat.* quos late exornavit Sacræ Rotæ Auditorium in pluribus Decisionibus, recentius vero in *Surrentina Sponsalium 8. Februarii 1730. cor. R. P. D. Harrach*, *in Majoricen. Sponsalium 10. Junii 1735. cor. R.P.D. Crescentio*, *in Amerina Sponsalium 22. Novemb. 1737. cor. R.P.D. Calcagnino*, & novissime *in Tridentina Sponsalium 2. Junii proxime præteriti cor. R.P.D. Bussio*.

Hac itaque præmissa regula, plures nomine Sperandeæ opponuntur exceptiones contra Testes, quos Nicolaus Caballinus ad probanda controversa Sponsalia induxit; & primo quidem excipitur, eos non fuisse formali subjectos examini, licet hoc fuerit peculiariter oppositum; secundo non deposuisse de mutua futuri inter Nicolaum, & Sperandeam Matrimonii promissione, sed de reciproco tantum inter ipsos amore præhabito; tertio testimonium ab illis redditum de nonnullis Epistolis, in quibus Sperandea Nicolaum Virum suum nuncupaverit, seque ejus Uxorem subscripserit, nihili faciendum esse, assertis literis non exhibitis, quin vero mendax, falsumque convinci ex hoc ipso, quod eadem Epistolæ a Nicolao, qui illas custodire haud neglexisset, non proferantur: Hæc autem, & id genus alia contra Personas Testium objecta abundare dicuntur, ne ipsorum dictis præstanda sit fides, quæ ad probanda Sponsalia requiritur, ut in supra allegatis Decisionibus, ac præsertim in *Amerina Sponsalium 23. Novembris 1737. §. Sicuti & seqq. cor. R.P.D. Calcagnino*, & *in Tridentina Sponsalium 2. Junii currentis anni §. Hac præmissa*, & *seqq. cor. R.P.D. Bussio*, & conferre videntur ea, quæ adducta fuere in alia simili causa *Nucerina Paganorum Sponsalium*, ubi contendente Portia Pepe, Joannem Baptistam Pepe secum Sponsalia contraxisse, ideoque non posse Matrimonium cum Cinthia Livorano contrahere, ad Dubium -- *An constet de Sponsalibus; itaut sit locus coactioni in casu &c.* die 14. Januarii 1736. responsum fuit -- *Negative*, ut in *lib. 86. Decr. p. 1.*

Quod vero attinet ad alterum Dubium, juxta quod Puella Sperandea, tametsi de Sponsalibus vere contractis secundum Nicolai vota judicaretur, adhuc propugnat, se minime compelli posse ad ineundum cum illo Matrimonium, advertenda potissimum exponitur gravis inimicitia inter ipsos Nicolaum, & Sperandeam hujusque Conjunctos excitata, tum ob litem hanc, tum, & præsertim ob plura convicia a Nicolao contra honestatem, & famam Sperandeæ egesta, unde juxta oritur causa a Sponsalibus resiliendi, uti per Textus expressos in *Cap. Quemadmodum de Jurejurand.*, & *in Cap. Requisivit de Sponsal.* tradunt *Reiffenstuel in Jus Canon. lib. 4. tit. 1. §. 8.*, *Schamalzgueber eodem loco §. 4. n. 189.*, & *seqq.*, *Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 14. n. 3.*, & sæpius declaravit Sacra Congregatio in alia *Senogallien.*

gallien. Sponsalium 1. *Septembris* 1714. *lib.* 64. *Decr. pag.* 346. *in Majoricen. Sponsalium* 24. *Aprilis* 1723. *lib.* 73. *Decr. pag.* 369., *in Mediolanen. Sponsalium* 13. *Julii* 1725. *lib.* 75. *Decr. pag.* 353., *in Gallipolitana Sponsalium* 28. *Februarii* 1733. *lib.* 83. *Decr. pag.* 40. *& in Fulginaten. Sponsalium* 2. *Maii ejusdem anni* 1733. *dicto lib.* 83. *Decr. pag.* 197.

Additurque præterea, eumdem Nicolaum ob multa, quæ patravit, delicta fuisse inquisitum, carceribus conjectum, & pœna etiam condigna multatum, adeoque notabile existimationis, & famæ passum inde detrimentum, ut liberum esse debeat Puellæ ab assertis Sponsalibus recedere, cum ea semper inita censeantur sub tacita conditione, nisi gravis quæpiam mutatio in Persona, sive in fama, aut in Bonis alterius ex Sponsis supervenit, ad tradita per Abbat. in *Cap. Quemadmodum de Jurejurand. n.* 10. *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *de Sponsal.*, *& Matrim.* §. 8. *n.* 55., & signanter *n.* 263. *Piring. cod. loc. n.* 73., *Engel. ibid. n.* 11., *Sanchez. de Matrim. lib.* 1. *disput.* 57. *n.* 2.

Accedit demum, quod pluries Episcopi jussu ad petitionem Nicolai explorata Sperandea per Paulum Toaci Presbyterum Congregationis Oratorii, firma semper, constansque animo declaravisse, nolle in Uxorem Nicolao tradi, quinimo in supplici libello ad Episcopum transmisso protestata est, *essere stabilissima a voler effettuare il concluso accasamento fra la medesima, ed il Signor Antimo Sanzi fatto con piena di lei sodisfazione conforme all'attestato, ed esame giurato della d. Instante negl'atti esibito riconfermando in tutto, e per tutto il sopradetto esame*; -- Proindeque Puellam adeo reluctantem ad invisas nuptias cogi non posse, tuetur ejus Defensor ex *Text. in cap. Requisivit de Sponsal.*, & notant Canonistæ late cumulati per *Rot. in cit. Amerina Sponsalium* 22. *Novembr.* 1737. §. *fin. cor. R.P.D. Calcagnino Decano*.

His itaque ponderatis una cum juribus, si quæ nomine sæpedicti Nicolai afferuntur, partes erunt EE.VV. pronunciare.

I. *An constet de Sponsalibus*, & quatenus affirmative.

II. *An sit locus coactioni in casu &c.*

Ad primum negative. Ad secundum provisum in primo.

CINGULANA CAPPELLANIÆ. In antiqua Cingulanæ Civitatis Ecclesia Collegiata, quæ nunc est Ecclesia Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, fundata olim erat Cappellania nuncupata *della Brunetta*, cum onere celebrationis trium Missarum qualibet hebdomada. De origine, & tempore fundationis non constat, nec de Testamento, in quo injuncta fuerit hujusmodi fundatio, in visitationibus tamen per plures Episc. Auximanos factis jam inde ab anno 1573. semper habetur mentio de prædicta Cappellania tamquam annexa Ecclesiæ Parochiali, & Plebaniæ S. Helenæ Villæ Avenalis in Territorio Cingulano. Sic enim habetur in visitatione peracta sub d. annum 1573. a bo. me. Episcopo Pacino -- *Aliud Altare, cui adhæret Præbenda nuncupata D. Brunettæ, quæ ipsam constituit, & dotavit, annexa, ut relatum extitit, Parochiali Ecclesiæ Plebis S. Helenæ de Villa Avenali cum onere trium Missarum in hebdomada estque sub regimine D. Papirii de Silvestris d. Plebis S. Helenæ Plebani*. Sic *Sess.* 25. *c.* 4. *de ref.*

quo-

quoque in posterioribus Visitationibus d.Cappellania enunciatur uti annexa memoratæ Parochiali Ecclesiæ Plebaniæ, & in visitatione anni 1612. fit etiam mentio redituum d. Cappellaniæ his verbis -- *Visitavit Altare &c. annexum Ecclesiæ S. Helenæ Avenalis habens in reditibus annuis ultra scuta quadraginta*.

Plebanus d.Parochialis Ecclesiæ Avenalis consuevit oneri dd. Missarum ter in hebdomada celebrandarum satisfacere,& hoc onus erat descriptum in Tabellis onerum d. Parochialis,& Plebaniæ Ecclesiæ Sed anno 1720. Sacerdos Franciscus Philippus Mattarellus,qui tunc erat, & nunc quoque est Rector d.Parochialis, & Plebaniæ Ecclesiæ S. Helenæ Villæ Avenalis institit coram claræ me. Cardinali Spada tunc Auximano Antistite, ut admitteretur dimissio d.Cappellaniæ *della Brunetta*,quam facere ipse constituerat,propterea quod,ut ajebat,fructus fundi impares essent oneri dd. Missarum.

Penes Acta Episcopalis Curiæ pluries iterata fuit hujusmodi instantia, sed contradictorem illi semper se præbuit Promotor Fiscalis, impugnans dimissionem, tum quia non liceret infringere unionem ab immemorabili tempore observatam,tum etiam quia non satis constaret de originario fundo d. Cappellaniæ,proindeque non posset certo asservari, fructus esse insufficientes oneri Missarum, tum demum quia propter unionem distingui, & secerni non possent primitivi reditus d.Cappellaniæ a reditibus d. Ecclesiæ Parochialis, & Plebaniæ, qui excedunt annua scuta quadringenta.

Itaque Plebanus, donec in humanis extitit Cardinalis Spada, voti compos fieri non potuit. Sed deinde sub annum 1725. instaurata per eundem Plebanum instantia dimissionis d.Cappellaniæ,Vicarius Generalis clar.mem. Cardinalis Pipiæ tunc Episcopi tale edidit Decretum -- *Dixit,decrevit,& quatenus opus sit,definitive pronunciavit, & declaravit,d.D. Plebano licuisse,& licere dimittere, & relaxare prædictam Cappellaniam per eum possessam cum omnibus bonis ad ipsam spectan.,& propterea fore, & esse admittendam prout admisit, dimissionem,& relaxationem de ea factam usque,& sub die* 29.*Octobris* 1720., *de qua in Actis &c. & amplius eumdem D.Plebanum non teneri, nec obligatum esse ad onera Missarum aliaque onera ejusdem Cappellaniæ declaravit* --, A quo quidem Decreto appellationem interposuit Promotor Fiscalis,sed de appellationis prosecutione non apparet.

Postmodum vero,scilicet eodem anno 1725. Commissarius Reverendæ Fabricæ S.Petri in Provincia Marchiæ applicavit, & incorporavit eidem Fabricæ quoddam Prædium prope mænia Civitatis Cingulanæ situm, quod asseruit esse fundum d.Cappellaniæ *della Brunetta*,& in dimissione ejusdem Cappellaniæ fuisse itidem dimissum a Rectore d. Parochialis, & Plebaniæ Ecclesiæ Avenalis. Cumque idem Commissarius prædium illud publicæ hastæ exposuisset, deliberatum fuit favore Monialium S. Sperandiæ dictæ Civitatis Cingulanæ pro pretio scutorum 255., ut liquet ex Instrumento rogato Cinguli die 11.Octobris 1725. per Acta Philippi Frosii,in quo etiam continetur promissio restituendi pretium Rev. Frabricæ applicatum in casu evictionis Prædii.

Cum autem modernus Eminent. Episcopus occasione Pastoralis Visitationis deprehenderit,memoratum Franciscum Mattarellum Plebanum Parochialis Ecclesiæ Villæ Avenalis celebrationem Missarum,

rum, quæ sæpedictæ Cappellaniæ Brunettæ adnexæ sunt, usque ab anno 1725. omisisse, cœpit plurimum dubitare, an, quæ circa dictam Cappellaniam gesta sunt, rite, recteque fuerint peracta, proindeque in literis sub Mensem Augusti superioris anni ad Sacrum hunc Consessum datis super ejusmodi sua dubitatione Eminentissimos PP. consuluit, rationum momenta, quibus videri potest, controversam Cappellaniæ dimissionem non fuisse rite, valideque expletam, hisce verbis exponens „ Probatum quippe fuisse non video, quod Prædio-
„ lum illud a Plebano dimissum, & a Commissario applicatum Fa-
„ bricæ S. Petri vere fuit fundus dictæ Cappellaniæ. Præterea nec
„ etiam legitime doctum fuit, quod in eo dumtaxat Prædiolo con-
„ sisteret universus fundus Cappellaniæ coarctando negativam
„ aliorum bonorum. Potissimum vero cum in Visitat. anni 1612.
„ (ut ante dixi) affirmetur reditus Cappellaniæ excessisse sum-
„ mam annuorum scutorum quadraginta, nec ullatenus constet de
„ posteriori reddituum decremento. Accedit, quod, cum de funda-
„ tionis origine non constet, ut præmisi, itemque nec de principio
„ unionis, non video, quomodo sperari possit demonstratio certi
„ fundi, in quo constituta fuerit Dos Cappellaniæ. Urgente etiam
„ potius in oppositum quoad supramemoratum prædiolum, argu-
„ mento deprompto ex assignatione bonorum anno 1662. facta in
„ Actis Curiæ Episcopalis a Plebano, ubi dictum prædiolum legitur
„ descriptum inter cætera bona Ecclesiæ Parochialis, & Plebaniæ.
„ Denique & illud videtur maxime animadvertendum, quod unio
„ Cappellaniæ olim facta dictæ Parochiali Ecclesiæ effecit, ut tam
„ ex redditibus primitus assignatis Cappellaniæ unica conflata fue-
„ rit Massa, adeoque pro oneribus Missarum Cappellaniæ obligata
„ deinde remanserint etiam bona, & fructus ipsius Parochialis, &
„ Plebaniæ Ecclesiæ, qui uberrimi sunt. Quemadmodum ergo non
„ fuisset locus reductioni oneris Missarum post illam unionem, ita
„ nec etiam videtur potuisse locus esse dimissioni Cappellaniæ im-
„ portanti ejus dismembrationem a Plebania, nec applicationi fun-
„ di ad favorem Fabricæ S. Petri, ob suppositam insufficientiam fru-
„ ctuum ad satisfactionem oneris Missarum.

His itaque memorato Plebano communicatis, eodemque, necnon Monialibus Monasterii S. Sperandiæ rite lacessitis, ut jura sua in S. Congregatione deducerent, ad exsolvendam propositi negocii difficultatem concordata est disputatio Dubii, quod inferius describetur.

Jura, quibus dictorum Plebani, & Monasterii nomine contenditur, enunciatam Cappellaniæ unionem satis compertam dici non posse, proptereaque liberum fuisse eidem Plebano sæpedictum Cappellaniam dimittere, in his potissimum versari videntur, primo, quod Beneficiorum, seu Cappellaniarum uniones, utpote in facto consistentes, non præsumantur; sed debeant ab eo, qui eas allegat, concludenter probari; Secundo, quod binæ enunciativæ in visitationibus sub annos 1573., & 1612. peractis repertæ, ex quibus controversæ unionis argumentum videtur elici, satis non probent, tum quia nimium generales, atque ambiguæ, tum etiam, quia commode referri possunt ad eam unionis speciem, per quam Plebanus pro tempore debeat esse ejusdem Cappellaniæ Rector, seu Cappellanus; & tertio demum, quod eadem Cappellania erecta non reperiatur in Plebanali Eccle-

sia, sed in Ecclesia Congregationis Oratorii Civitatis Cingulanæ; ibique Missarum onus adimpleatur; ideoque inverisimile sit, memoratam, Cappellaniam, quæ adhuc in pristina Ecclesia Congregationis Oratorii perseverat, unitam, & incorporatam fuisse Plebanali Ecclesiæ longe dissitæ; cum ea sit unionis indoles ut Beneficium, seu Cappellania efficiatur membrum Ecclesiæ, cui ejus unione n contingat fieri.

Omnibus igitur inspectis, grave non erit Eminentissimis PP. decidere.

An constet de legitima dimissione Cappellaniæ in casu &c.

Negative, & amplius.

Sess. 25. c. 19. de Regul. & Monial.

TOLETANA NULLITATIS PROFESSIONIS. Cum nobilis Puella Maria *de Prado Avellano* contendens, Professionem quam post exactum probationis annum die 15. Novembris 1724. in Monasterio S. Dominici Villæ Matritensis sub nomine Mariæ Emanuelæ emisit, irritam esse utpote emissam ob vim, & metum a Marchione Aloysio Francisco Patre sibi incussos, sub annum 1735. postulaverit restitutionem in integrum adversus quinquennium pridem elapsum, Sacra Congregatio, cui istius petitionis examen fuerat delegatum, rogavit clar. mem. Cardinalem de Astorga tunc Antistitem Toletanum, ut Processum de more conficeret, auditis interesse habentibus; In hujus itaque confectione Processus admissæ non solum fuere ad Causam Moniales Conventus S. Dominici, verum etiam Marchio Alphonsus dictæ Mariæ Emanuelæ Germanus Frater, ejusdemque Noverca Marchionissa Margarita Baillo uti Mater, Tutrix, & Curatrix Mariæ Annæ a præfato Aloysio Francisco habitæ, ex quorum oppositione evenit, ut idem Processus ad sexcentas, & ultra paginas ascenderit; At, eo tandem ad Urbem transmisso, Eminentissimi PP. ex Juribus, quæ Collitigantium nomine hinc inde adducta fuere, quæque summatim resumpta sunt in Folio diei 9. Julii dicti anni 1735., consueto Dubio -- *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* rescripserunt -- *Affirmative, & amplius*, -- ut *in lib. 85. Decr. pag. 259.*

Exoptato restitutionis in integrum beneficio suffulta Maria Emanuella comparuit coram Antonio Vasquez Goyanes de Quiroga Locumtente Vicariatus Villæ Matritensis, necnon coram P. Priore Conventus S. Mariæ de Athoca Ordinis Prædicatorum per P. Provincialem ejusdem Ordinis, & Superiorem Monasterii S. Dominici subdelegato postulans, invalidam declarari enunciatam suam Professionem, utque id facilius assequi posset curavit, illos ex Testibus in priori Processu a se inductis adhuc in humanis degentes iterato subjici examini, iidemque reipsa ad examen revocati suas depositiones antea editas ratas habuerunt, quo vero ad alios Testes, qui post absolutum enunciatum Processum obierant, plures protulit Testium depositiones super bona eorum fama, morumque integritate, ex quibus Causam pro se confectam arbitrabatur; Verum res non successit juxta ejus loca; in locum quippe præfati Jo: Goyanes suffectus Petrus Clemens Arostegui una cum memorato P. Priore S. Mariæ de Atocha pronunciavit, *non esse locum nullitati Professionis*

sionis prætensæ per dictam D. Mariam Emanuelam del Prado Avellano, & quod professio, quam ipsa emisit in d. Regali Monasterio Sancti Dominici, fuit, & est legitima, valida a Jus principio; prætereaque eamdem Mariam Emanuelam condemnavit, *ut compleat, & observet dictam Professionem, & vota quæ fecit in dicta Religione, nec non obligationes, quas uti talis Monialis professa est, & debeat complere*.

Ab hac igitur sententia cum provocaverit ad hunc Sacrum Consessum Maria Emanuela, requisita denuo fuit informatio Ordinarii, qua nuperrime recepta una cum copia dicti novi Processus, rogantur modo Eminentissimi PP., ponderatis tum Juribus in anteacta Causæ propositione utrinque adductis, cum aliis in præsentiarum afferenderis, definire.

An constet de nullitate Professionis in casu &c.

Affirmative.

SANCTI SEVERI. Contendentibus Presbyteris Participantibus trium Parochialium Ecclesiarum, quæ præter Cathedralem in Civitate S. Severi reperiuntur erectæ sub invocatione SS. Nicolai, Severini, & Joannis Baptistæ, Sacerdotem Bartholomæum Simonetti ad participationem in Ecclesia S. Nicolai prius admissum, dein vero una ex Cappellaniis ab Episcopo sub annum 1729. in Cathedrali Ecclesia institutis provisum a quocumque jure aggregationis in dicta Ecclesia S. Nicolai præcedenter obtentæ penitus decidisse, itaut veluti e numero Aggregatorum deletus censeri deberet, die 19. Januarii superioris anni quatuor juxta Collitigantium petitionem in hoc Sacro Senatu proposita fuere Dubia -- I. nempe *An erectio quinque Mensionaratuum, seu Cappellaniarum facta de anno 1729. cum omnibus conditionibus, & legibus ibi præscriptis sustineatur*, & quatenus negative. II. *An, & quomodo sit consulendum servitio Ecclesiæ Cathedralis*. III. *An Bartholomæus Simonetti olim aggregatus Ecclesiæ Cathedrali amiserit aggregationem d. Ecclesiæ S. Nicolai; sive potius potuerit per ejus Clerum haberi tanquam disaggregatus*, & quatenus negative quoad primam partem. IV. *An idem Simonetti sit reintegrandus in casu &c.*: At quia Episcopus, a quo præfatæ Cappellaniæ in Cathedrali Ecclesia anno 1729. certis sub legibus fuerunt erectæ, interea temporis ab humanis excesserat, EE. PP. jusserunt, ut ad maturius negocii examen, dilata eorumdem Dubiorum resolutione, *moderno Episcopo pro informatione, & voto* scriberetur. *Sess. 23. c. 6. & 16. de ref.*

Paulo post hæc quidam simplices Presbyteri non participantes, ejusdemque Civitatis S. Severi Cives, & una cum eis præfatus Bartholomæus Simonetti supplicarunt hodierno Episcopo, ut numerum Participantium in memoratis Parochialibus Ecclesiis augeret; Cumque ejusmodi instantia fuerit ab illo ad suum Vicarium Generalem remissa, processit iste (tametsi ad instantiam Presbyterorum Participantium Sacra hæc Congregatio decrevisset, nihil esse super enunciata supplicatione innovandum) ad definitivam Sententiam, qua pronunciavit, numerum Participantium fore ad augendum modo in hæc verba præscripto „ Ultra eos, qui de præsentis in dictis Ec-

,, Ecclesiis recepti juxta prænotatum numerum Participantes exi-
,, stunt, adjungantur sequentes alii nempe quinque in Ecclesia S. Ni-
,, colai & quinque in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, itaut in unaqua-
,, que ex prædictus primis duabus Ecclesiis constituantur, præter
,, Archipresbyterum, undecim Participantes, & in tertia S. Joannis,
,, præter Archipresbyterum, duodecim Participantes numerentur,
,, qui omnes quotidie ad Chorum conveniant, Laudes Deo attente
,, pariter, ac devote persolvant. Populoque Sacramenta ministrent,
,, ac vice versa, quod de omnibus & singulis uniuscujusque Eccle-
,, siæ fructibus respective una massa communis constituatur divi-
,, denda æqualiter inter præfatos Participantes ad exclusionem
,, tantum ultimæ participationis novi constituti numeri, quæ sem-
,, per inter duos ultimos pro tempore recipiendos pro medietate
,, distribuatur; Verum in casu deficientiæ alicujus ex dictis integris
,, participationibus ille admittatur, qui prius obtinuerit aggrega-
,, tionem, & participat de medietate Loci, & postea subrogetur alius
,, Aggregatus ad dictam dimidiam participationem, salvo tamen
,, semper remanente jure Archipresbyterorum de recipiendo con-
,, sueto tertio plus aliis, prout de more. Pro effectu vero prædicto
,, præcipimus, ut infra duos dies peremptorie omnes Aggregati se-
,, se præsentent ad hoc, ut ser. ser. impleri possit præfatus numerus.
,, Et quatenus actuales Aggregati non sufficiant, alios in eodem ter-
,, mino dd. Cleri aggregare teneantur, alias videndum provideri ex
,, officio absque præjudicio jurium aggregandi, & subrogandi ad di-
,, ctos Cleros pertinentium, quæ in suo pleno vigore, robore, &
,, observantia relinquimus.

Hinc itaque altera inter memoratos Presbyteros Civitatis S. Severi, & inter Sacerdotes Participantes dictarum Parochialium oborta est controversia, quæ in hodierna Congregatione post circumscripta Vicarii Generalis sententiam discutienda proponitur sub Dubio solam præferente quæstionem, num in memoratis Ecclesiis numerus Presbyterorum Participantium debeat augeri.

Sane communiter receptum in jure est, certum Canonicorum, vel Presbyterorum Participantium numerum ab initio præfinitum sine Capituli, aut eorumdem Presbyterorum Participantium voto, & consensu augeri nequaquam posse, tametsi reditus Canonicatuum, seu massæ communis notabiliter excreverint, uti per expressos Textus in *Cap. cum M. Ferrariensis de Constit.*, *& in cap. Dilecto* 25. *de Præben.* tradunt *Felin. in cap. Cum accesserunt n.*13. *de Constit.*, *Fagnan. in cap. Dilecto n.*18. *de Præben. Gonzal. in cap. Ex parte* 12. *de Constit.*, & aliis adductis, *Piton. discept. Eccl.*17. *n.*2., & resolvit Sacra hæc Congregatio in *Cladien.* 5. *Julii* 1608., *in Mazanen.* 20. *Septembris* 1692. *in Sabinen.* 14. *Aprilis* 1690., *& in Aquinaten.* 20. *Februarii* 1677.; Propertereaque Presbyteri Participantes, hoc themate præmisso, toti in eo sunt, ut, certum numerum in suis Ecclesiis pridem fuisse statutum, ex pluribus, quæ recensent, documentis ostendant.

Primo scilicet ex Decreto Episcopi Caputi sub annum 1616. in Pastorali visitatione edito, quo numerus sex Presbyterorum Participantium, ac unius Archipresbyteri in Ecclesiis SS. Severini, & Nicolai fuit pro unaquaque præstitutus, in Ecclesia vero S. Joannis Baptistæ

ptiſſe octo Participantium , compræhenſo Archipresbytero; ſecundo ex ſententia a Vicario Generali ſub annum 1636. lata, qua rejecta præfertur inſtantia cujuſdam Presbyteri Thomæ Aunelli de Angelis contendentis, ſe ultra dictum numerum Participantium in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ ſtabilitum admitti debere ad participationem ſub obtentu , quod memoratum Decretum non fuiſſet uſu receptum , tertio ex ſerie plurimarum Aggregationum , & admiſſionum ad participationem , quæ fuerunt admiſſæ ſub hiſce conditionibus -- *quando però ſuccederà vacare alcuno de' Luoghi Participanti ſecondo la conſuetudine immemorabile* -- *E queſta noſtra aggregazione vaglia , vacato , che ſarà uno de' Luoghi* -- *quando però vacarà uno de' Sacerdoti deputati , e deſtinati al ſervizio di eſſa Chieſa* --, *E vacato uno de' ſette Luoghi una colla parte dell' Arciprete* -- Quarto ex binis præſertim Relationibus Status Eccleſiæ S.Severi,quarum altera ſub annum 1676. ,altera vero anno 1681. ad Sacram Congregationem tranſmiſſæ fuerunt,quæque dantur in Summario eorumdem Presbyterorum Participantium *n* 4. Quinto ex Diœceſana Synodo ſub annum 1680. edita,in qua ſic habetur ,, Inter Parochiales Eccleſias
,, primum locum poſt Cathedralem obtinet Eccleſia S.Severini re-
,, ceptiva pro uno Archipresbytero,& ſex aliis Presbyteris Partici-
,, pantibus &c. ſecundum locum obtinet Eccleſia Parochialis San-
,, cti Nicolai , quæ eſt receptiva pro uno Archipresbytero , & ſex
,, aliis Presbyteris Participantibus &c. tertium locum obtinet Ec-
,, cleſia S. Joannis receptiva pro uno Archipresbytero , & ſeptem
,, aliis Presbyteris Participantibus -- Sexto ex Statutis Cathedralis,& dictarum Eccleſiarum anno 1716. conditis, in quibus numerus Presbyterorum Participantium in unaquaque ex dictis Eccleſiis præfinitus diſtincte enunciatur ; & demum ex Provinciali Concilio Beneventano, in quo s.m. Benedictus XIII. *tit*.2.*cap*.4. ſtatuit , decrivitque , -- *ut in prædictis Eccleſiis* (nimirum receptitiis) ,, in-
,, ſpectis attente earum proventibus,& oneribus conſideratis,illum
,, tantum Participantium numerum juxta Canonicas Sanctiones
,, Epiſcopo deſignet,ac præſcribant,qui Eccleſiæ facultatibus hone-
,, ſte ſuſtentari poſſint, ſingulis Participantibus annos ſaltem duca-
,, tos quinquaginto addicendo .

Contra vero alii Presbyteri, qui Participantium numerum augeri vellent, duplici præſertim argumento conantur excludere aſſertam numeri Participantium præfinitionem ab Epiſcopo Caputo ſancitam ; altero nempe,quod ſæpedictæ Eccleſiæ, antequam dictus Epiſcopus Decretum ſuperius enunciatum ederet , receptitiæ tantum erant , ac innumeratæ , proindeque cenſendum non ſit, Epiſcopum , præfixo certo Participantium numero , voluiſſe veterem earum ſtatum immutare , altero autem , quod poſt dictum Decretum fuerint ſemper præfatæ Eccleſiæ etiam in contrariis documentis nuncupatæ receptitiæ , & conſtet quoque , alios Presbyteros , ultra ſtatutum numerum , fuiſſe aliquando ad illarum participationem admiſſos , juxta documenta cumulata in eorum Summario *n*.4. 5. 6. 7. 8. *&* 9.

Ad hæc tuentur , annuos reditus dictarum Eccleſiarum ex piis Benefactorum diſpoſitionibus poſt annum 1618. plurimum excreviſſe, hinc contendentes , numerum Participantium omnino augendum eſſe juxta receptam Canonici Juris ſanctionem , qua ſancitum habetur ,

tur, numerum Canonicorum, aut Presbyterorum Participantium, aliorumque Ministrorum, auctis Receptiarum Ecclesiarum reditibus, ipsius Juris ministerio crescere oportere, quemadmodum *ex Textu in cap. 1., & cap. 3. de Inst., & in cap. Quoniam de vit., & honest. Cleric.* tradunt *Card. de Luc. de Can. disc. 6. num.* 8., & alii adducti *per Piton. discept. Eccl.* 17. *n.* 23.

Libratis itaque Juribus hinc inde circumferendis, necnon iis, quæ circa similes controversias adnotata fuerunt in *Trivicana Statuti* proposita die 16. Maii 1733., & novissime in *Marturanen. Erectionis Canonicatuum* 25. *Januarii currentis anni*, dignabuntur Eminentissimi PP. statuere.

An augeri debeat numerus Presbyterorum Participantium in Ecclesiis receptitiis Sancti Severi in casu &c.

Dilata, & coadjuventur probationes quoad augmentum redituum.

Sess. 25. c. 12. de ref.

CIVITATIS CASTELLANÆ LEGATI. Rectori simplicis Beneficii, quod anno 1568. sub titulo S. Hieronymi in Cathedrali Ecclesia Civitatis Castellanæ fundavit Tiberius Petronius, duo hæc, præter Missarum celebrationem, injunxit onera, alterum scilicet, quod -- *Cappellani dictæ Cappellæ S. Hieronymi teneantur in perpetuum dare, & cum effectu tradere, & consignare unam Salmam Vini musti tempore vindemiarum quolibet anno Monasterio, & Conventui, necnon Fratribus ibidem existentibus Ven. Ecclesiæ S. Mariæ de Arcu dictæ Civitatis Castellanæ nunc, & pro tempore existentibus post mortem ipsius, & D. Eliseæ suæ Uxoris*; Alterum vero, quod *prædicti Cappellani nominati, & nominandi, ut supra, annuatim dare, & tradere teneantur cum effectu Boccalia duodecim olei bonis, & puri Cappellæ Corporis Christi existenti in supradicta Ecclesia S. Mariæ de Arcu pro Lampade dictæ Cappellæ ad simplicem requisitionem, & Beneplacitum Fratrum nunc, & pro tempore existentium in dicta Ecclesia*, sunt verba Instrumenti fundationis.

In adimplementum ejusmodi onerum Cappellani, seu Rectores antedicti tam unam salmam vini musti, quam duodecim viceos olei tradidere Fratribus Carmelitis, qui memoratos Conventum, & Ecclesiam S. Mariæ de Arcu incolebant, usque ad annum 1652. deinde vero, edita sub eumdem annum notissima Constitutione fa. me. Innocentii X. *Instaurandæ*, suppressoque præfato Conventu, utpote qui numero decem Religiosorum juxta dictæ Constitutionis præscriptum non constabat, eadem vini, ac olei quantitas fuit a Cappellanis persoluta Episcopo Civitatis Castellanæ, qui nimirum utens pacto in concessione dictæ Ecclesiæ per suum Antecessorem Fratribus Carmelitis adjecto, ut, ipsis inde abeuntibus, Ecclesia ad Episcopum reverteretur, Conventum una cum sæpedicta Ecclesia occupavit, atque Œconomum, qui Bona ad dictos Conventum, & Ecclesiam pertinentia administraret, piaque onera eisdem adnexa adimpleret, consuevit postmodum deputare.

Verum quia Canonicus Semirima in memoratam Cappellaniam successor a præfata vini, & olei præstatione, ad quam contendebat, se non teneri, ab anno 1706. usque ad annũ 1718., Episcopo tunc temporis acquiescente, cessavit, post obitum tamen ejusdem Episcopi judi-

judicialiter a Spoliorum Subcollectore pro controversis præstationibus spatio tresdecim annuorum intermissis urgeri cœpit, donec ad ejus petitionem Causa ad Tribunal Thesaurarii Generalis devoluta, & adhuc indecisa manente, modernus Episcopus cessionem jurium Cameræ Apostolicæ super spolio sui Antecessoris competentium a sa. me. Clemente XI. obtinuit, deindeque amicabilem cum eodem Cappellano Semirima sub annum 1720. iniit transactionem, in qua, recepta tantum pro annuis præstationibus decursis, & non solutis summa scutorum viginti quinque conventum est „ che per „ assicurare le coscienze per l' avvenire, e non pregiudicare ne al „ Beneficio di S. Girolamo, ne alla Chiesa del Carmine, si debba „ da d. Sig. Canonico Semirima domandare alla S. Congregazione „ del Concilio la solutione del Dubbio, se d. Beneficio sia più te- „ nuto, o no al pagamento di d. peso annuo ingiontoli dal Fondatore.

Hujus Dubii decisionem, quam morte præventus efflagitare nequivit præfatus Canonicus Semirima, hodie postulat R. P. D. Petrus Petronius sæpedictæ Cappellaniæ Possessor, adeoque ad eam edendam videtur potissimum inspici debere, an duo præmissa legata dicenda sint Conventui, & Ecclesiæ de Arcu pure relicta, sive potius ita contemplatione, & favore Fratrum dicti Conventus disposita, ut debeant conditionalia censeri; etenim, si primum foret, propositæ dictorum Legatorum caducationi obstare posset enunciata Constitutio sa. me. Innocentii X. relata per *Fagnan. in capr. Relatum, ne Cleric., vel Monach.* ibi „ Locorum Ordinarii Religiosos refractarios eiiciant &c., & exinde Ecclesiarum, domorum, honorumque „ omnium ad Conventum sic suppressum quomodolibet pertinentium regimen, curam, custodiam, & administrationem suscipiant, curentque, ut ex eorum redditibus, & proventibus universis in primis impleantur onera Missarum &c., & alia quæcumque ex Lege fundationis, aut largitione Fidelium eis incumbentia, quibus nullo modo derogare intendimus &c. Cæterum intendentes de prædictis Bonis quotquot superfuerint, oneribus, „ ut supra, detractis, salutariter providere, tenore præsentium „ bona hujusmodi applicamus, & applicata esse decernimus piis „ usibus in eisdem Locis, ubi siti sunt Conventus, iisque non indigentibus, in aliis locis ejusdem Diœcesis, juxta disignationem, „ quam eadem Congregatio faciat &c.

Si vero memorata Legata reputanda essent conditionalia, pro eorum caducatione militare videretur vulgata Iuris Censura, juxta quam Legatum, & quævis alia quantumvis pia dispositio ex voluntatis defectu corruere dicitur, ubi contingit, conditionem, sub qua idem Legatum, aut dispositio concepta fuit, quoquomodo deficere, per Textus expressos *in l. si Legatum pure. ff. de adimen. Legat. leg. Aliquando ff. de condit. ex demonstr. leg. Quod pare ff. quand. dies Legati cod. leg. Si pecuniam ff. si cert. petat. in leg. Mævius §. 4. fide condit., & demonst.*, & in terminis Legati in annua præstatione consistentis extant præclarissimi *Text. in leg. Si in singulos annos 4. ff. de ann. Legat, & in leg. cum in annos 11. ff. eodem*, quos passim exornant Juristæ.

Episcopus de more jussus Sacram hanc Congregationem instruere, post expositam facti seriem supra descriptam, retulit, Sanctissimum Eucha-

Euchariſtiæ Sacramentum non amplius in Eccleſia S. Mariæ de Arcu aſſervari, ibidem vero ante Imaginem Beatiſſimæ Virginis qualibet Feria quarta, & feſtis omnibus retineri accenſam lampadem, itidemque numerum Miſſarum reſpondentem fructibus Bonorum ejuſdem Eccleſiæ, quæ ab Œconomo per ipſum deputato adminiſtrantur, ad rationem eleemoſynæ manualis quotannis celebrari. Declarandum igitur eſt.

An legata, de quibus agitur, ſint caducata in caſu &c.

Negative.

Seſs. 25. c. 12. de ref.

CASSANEN. QUARTÆ DECIMARUM. Clerus Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Maratheæ Inferioris ex annuo cumulo decimarum, quas in medietate unius modii tritici a ſingulis Familiis ſub dicta Paræcia degentibus colligit, annuos modios quinquaginta ejuſdem frumenti titulo Quartæ Decimalis conſuevit uſque ad annum 1735. Caſſanenſi Epiſcopo tradere. At inſequenti anno 1736. cum oborta lis fuerit inter memoratum Clerum, & præfatas Familias Maratheæ inferioris ſuper modo exigendi, & reſpective ſolvendi enunciatas Decimas, contendente nimirum Clero, ſummum ſibi deberi pretium, quo frumentum veneat, ſi ejus loco pecunia tradatur, & e converſo authumantibus Parochianis, octo tantum carolenos pro ſingulis frumenti modiis perſolvendos eſſe, cœpit Clerus prædictus conſuetos quinquaginta modios Epiſcopo non tribuere eo ſub obtentu, quod nullas ipſe lite hac pendete a Populo perciperet Decimas. Quia vero Epiſcopus priſtinæ inhærens poſſeſſioni mandatum exequutivum pro exigendis a Clero ſæpedictis quinquaginta frumentis modiis juſſerat expediri, ad ejus impediendam executionem præfatus Clerus libellum porrexit Sac. Congregationi Epiſcoporum, & Regularium negociis præpoſitæ, a qua, audito prius Epiſcopo, remiſſæ poſtmodum fuere Partes collitigantes ad hunc Supremum Senatum, ut ab ipſo controverſiæ definitionem implorent.

Decimarum quartam Epiſcopo deberi ex decimis, quas Parochi a Parochianis in univerſa Diœceſi annuatim colligunt, expreſſe ſtatuitur *in cap. Conquerente.* 16. *de Offic. Judic. Ordinar.*, *in cap. Quoniam* 13. *eod. tit.*, *& in cap. De quarta* 4. *de Præſcript.*, & tradunt cumulati per *Fagnan. in Cap. cum contingat n.*23. *de decim Piring. in Jus Can. lib.*3. *tit.*30. *de decim. n.*79., *& Reiffenſtuel. eod. loc.*§.5. *n.*107.; Nomine autem hujuſmodi Quartæ conſueviſſe Epiſcopum Caſſanenſem annuos quinquaginta modios tritici exigere a toties memorato Clero Maratheæ Inferioris, ſatis conſtare videtur ex ſerie Roſolutionum per eumdem Clerum ſuper hac decimarum traditione editarum, necnon ex pluribus aliis documentis allatis in *Summ.* Epiſcopi *n.*1. 7. 8. *&* 9.

Verum ad deciſionem infraſcripti Dubii ea occurrit expendenda quæſtio, num, imminuto Parochianorum numero, ſive aliam ob cauſam decreſcente quantitate Decimarum, quæ a Clero exigantur, idem Clerus teneatur adhuc quinquaginta modios Epiſcopo tradere; Etenim plurimum extollens Epiſcopus centenariam conſuetudinem, juxta quam hactenus quinquaginta modii tum ſibi, tum ſuis

3 Præ-

Prædeceſſoribus fuerunt integre traditi, inde propugnat, quantitatem hanc præſumi taxatam ſolemni aliqua conventione inter Menſam Epiſcopalem, & Clerum inita, quæ veluti progreſſum temporis indefiniti reſpiciens, etiamſi ex ea detrimentum quod piam alteri Parti obvenire videatur, nequeat tamen de læſione redargui, ſed religioſe debeat in ævum omne ſervari, ut per *Text. in Leg. de Fideicommiſſis Cod. de tranſact.*, *& in l. ſi ea Cod. de uſur.* communiter docent Juriſtæ.

Præterea ponderandum eſt, num Clero prædicto legitimam præbeat cauſam non tradendi Epiſcopos controverſos quinquaginta frumenti modios interdicta ſibi ob memoratam litem Decimarum a Parochianis exactio, cum Epiſcopus contendat, nedum negligentiæ, verum, & latæ culpæ ejuſdem Cleri tribuendum eſſe, quod libertatem exigendi a Populo Decimas juxta veterem poſſeſſionem, in qua ipſe reperiebatur, nondum fuerit aſſecutus.

Cleri nomine, præter libellum, ſuper quo Epiſcopus literas dedit ad S. C. Epiſcoporum, & Regularium in ejus *Summ. n6.* legendas, nihil hactenus allatum eſt; onus itaque erit EE. VV. pronunciare.

An Clerus Eccleſiæ Porochialis Marathea continuare debeat in annua præſtatione modiorum, ſeu tumulorum 50. *frumenti pro quarta Decimarum debita Epiſcopo in caſu &c.*

Affirmative.

VASIONEN. Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Vaſionenſis, quod ex quatuor Dignitatibus, & ſex dumtaxat Canonicis conſtat, in ſupplicatione Sanctiſſimo porrecta expoſuit „ qualiter in Eccleſia „ Cathedrali Sex exiſtunt Canonici; Verum tanta eſt inæqualitas inter eorum præbendas, ut una non excedat fructus annuos ſcutorum decem monetæ Galliæ, altera ſeptendecim, & altera viginti quinque ſcutorum dictæ monetæ, ita quod, computatis diſtributionibus, & anniverſariorum proventibus, & aliis quibuſcumque emolumentis, annui reditus non excedant ſummã 62. -- ſcut. „ monetæ gallicæ, una ſolum excepta, quæ alias quinque in annuo „ redita longe excedit; *poſtea vero ſubjungens*, *quod* ſi omnes d. Eccleſiæ Præbendæ in Maſſam communem reducerentur, exinde „ decori illius Eccleſiæ, & cul ui Divino, non ſolum opportune conſuleretur, ſed, & congruæ ſubſtentationi ſingulorum Proviſum „ foret, *quodque proinde* capitulariter congregati Canonici inter ſe „ ſtatuerunt, ut omnes Præbendæ in contingentibus in futurum „ earum vacationibus reducantur, conflata ex iiſdem omnibus „ Maſſa communi, ut ſic nulli viventium accedat præjudicium „ *Sanctitatem Suam exoravit* quatenus Ordinario Vaſionenſi committere, & mandare dignetur, ut veris exiſtentibus narratis, & „ ſi ſibi expediens videbitur, Præbendas prædictas in Maſſam communem reducat cum facultatibus neceſſariis, & opportunis. *Seſſ. 24. c. 12. de ref.*

Remiſſo ad Ampliſſimum hunc Conſeſſum ejuſmodi poſtulationis examine, auditus fuit Vaſionenſis Antiſtes, qui in literis ad Sacram Congregationem datis primum in facto retulit, quatuor ex memoratis ſex Canonicis obtinere Præbendas, *quarum una* (ut ipſe inquit) *non excedit valorem annum ſex ſcutorum, alia novem, alia quatuorde-*

cim, aliaque viginti ſex monetæ Romanæ ultra Anniverſaria, & diſtributiones, adeout iidem Canonici ob nimiam Præbendarum tenuitatem in Chori, Eccleſiæ ſervitio veſtibus laceris, parumque congruentibus Canonicali gradui, ac prærogativæ uti cogantur, ac ultra vitam, quam ducunt ſordidam, plura gerant indecora, quæ paupertatem ſequuntur, ac proinde in hoc rerum ſtatu ſatis difficile, ac ferme impoſſibile ſit Viros reperire ſufficientibus qualitatibus decoratos, qui onus ſervitii Canonicalis velint aſſumere; Additque inſuper, nec ullam habendam eſſe rationem de eleemoſynis, quas ex Miſſarum celebratione percipere poſſent Canonici, quippe qui Eccleſiæ Statuto non obſtringuntur Sacerdotio initiari, itidemque parvi faciendos eſſe proventus anniverſariorum, *qui ad ſummam accedunt* (ſunt ejuſdem Epiſcopi verba) *ad quinque ſcuta Romana, & aſſignantur ſervitiis particularibus, & oneribus ultra ſervitium Canonicalium Officiorum Diurnorum, ac Nocturnorum, pro quibus ſeparatim quilibet Canonicus percipit diſtributiones, quæ in toto anno non excedunt triginta tria ſcuta Romana, etiam computatis Anniverſariis.*

Deinde vero, quia Canonicus Joannes Baptiſta de Guiramand, cujus Præbenda annua ſcuta 160. reddit, ac proinde alias quinque Præbendas in annuo fructu longe ſuperat, plura coram Epiſcopo objecit, ne præfata ſua Præbenda una cum aliis quinque ad Maſſam communem inter omnes ſex Canonicos partiendam reducatur, idem Epiſcopus ſingula præfati Canonici objectam in ſua relatione colligens curavit, ea ſequentibus animadverſionibus confutare „ Petita „ reductio nihil nocet prædicto Canonico de Guiramand, cum re„ ditus ſuæ Præbendæ integre percipiet ipſe per totam vitam, ut „ percipere ſolebat; reductio enim non debet habere locum niſi „ poſt vacationem Præbendarum. Parum ſuffragatur allegare, quod „ ita vixerunt hactenus Canonici, quodque ipſe difficilius inveniet „ Coadjutorem cum futura ſucceſſione, ſi in poſterum ſibi deputa„ ri poſtulet, conſtat enim, quod reditus Præbendæ pinguioris di„ cti de Guiramand ſæculo præterito notabiliter, & ultra duplum „ excreverunt, dum e contra eodem Sæculo imminutæ ſunt aliæ „ Præbendæ Canonicales in Gallia Sitæ, Edictis Regiis auctis con„ gruis portionibus Curatorum impoſitis oneribus Decimarum, ac „ donorum gratuitorum, ut vocant, aliiſque ſimilibus. Cumque „ de anno in annum augeatur Cariſtia Rerum, quæ ad victum, & „ veſtitum neceſſariæ ſunt, urget neceſſitas providendi ſubſtenta„ tioni Canonicorum, urget, & ſervitium Eccleſiæ; dum enim Ca„ nonici ſenio confecti ſunt, nequeunt ſibi procurare Coadjutores „ cum futura ſucceſſione, ſtante inopia tanta, ut nunc videmus in „ perſona D. Garcia antiquioris Canonici habentis tenuiſſimam „ Præbendam, cujus ſervitio Eccleſia fraudatur, ſecus eſſet, ſi Præ„ bendam ſufficientem haberet. Nec attendendum objectum, quod „ d. de Guiramand non inveniet Coadjutorem, ſi in poſterum ſibi „ deputari poſtulet cum quotidie Avenione, & alibi habeantur „ Coadjutores pro Canonicis, quorum reditus non ſunt pinguio„ res, quam erunt poſt petitam reductionem in Maſſam commu„ nem. Præterea fortius urget eadem ratio erga alios quatuor Ca„ nonicos, qui nunc Coadjutores nullo modo habere queunt, qui

„ tamen

,, tamen post reductionem facile habere poterunt. Quibus addi debet, quod, cum deputatio Coadjutoris cum futura successione
,, fieri non possit, nisi derogando Juri communi, & per dispensationem S. Sedis Apostolicæ in ea insistere non valet prædictus de
,, Guiramand in jure sibi non competente, maxime vero, dum urget
,, fortius necessitas aliorum quatuor Canonicorum, qui omnes
,, consentiunt una cum alio quinto Canonico habente Præbendam
,, circiter quadraginta quatuor scutorum.

Postremo sæpedictus Episcopus suam aperiens sententiam in hæc verba concludit,, Hinc sensum meum aperiendo, Sacræ Congrega-
,, tioni libenter declaro maxime opportunum immo, & necessa-
,, rium videri reducere sex Præbendas Canonicorum ad massam
,, communem post obitum nunc existentium Canonicorum ita di-
,, videndam, ut æquales habeant reditus, ac ita provisum in Ec-
,, clesia decori, & Canonicorum omnium decenti substentationi:
,, Nec enim immerito conqueruntur Canonici, ut olim Apostolus
,, ad Corinth. 11. Alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

Hac igitur inspecta Episcopi relatione una cum Juribus Capituli jam allatis, ac aliis, si quæ nomine memorati Canonici de Guiramand proponentur, placeat EE. PP. rescribere.

An sit consulendum Sanctissimo pro concessione unionis Præbendarum Canonicalium in massam Præbendalem in casu &c.

Dilata ad primam post aquas.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Propositis in Congregatione diei 23. Novembris superioris anni duobus Dubiis I. nempe *An constet de subreptione, vel obreptione gratiæ per Annam Milli obtentæ pro consequutione Subsidii Dotalis Stanchi die* 8. *Junii* 1726. Et quatenus affirmative -- II. *An, & quis teneatur ad restitutionem ejusdem Subsidii, & cujus favore dictum Subsidium sit restituendum in casu &c.*, rescriptum fuit, *Dilata, & coadjuventur probationes super exactione subsidiorum Dotalium, & super credito Dotis.* *Sess.22.c.6. de ref.*

Scilicet cum inter Partes collitigantes multiplex incidisset quæstio summa pecuniæ constituta ex subsidiis Dotalibus Locorum Piorum, quæ ab Anna Milli, vel ipsius nomine a Monasterio Ursulinarum obtenta asserebantur, itidemque satis non appareret, quanti reipsa æstimari mereretur Creditum jure Dotis Maternæ eidem Anna Milli competens, agnitio utriusque hujus circumstantiæ, quæ ex tutioribus constaret documentis, visa est EE. PP. plurimum conferre posse judicio causæ circa oppositam subreptionem, & obreptionem, gratiæ controversæ.

Ad mentem itaque hujus Rescripti curavit Elisabetha Capeci præfatam gratiam impugnans nova quædam colligere jura, quibus communita obtinuit sub diem 29. Martii currentis anni in iterata dictorum Dubiorum disputatione responderi ad I. *Affirmative*. Ad II. *Teneri Patrem ad effectum deponendi, & deinde distribuendi, cui de jure.* Verum huic Resolutioni non acquiescente Clemente Milli Patre præfatæ Annæ, nulloque subreptionis, vel obreptionis vitio infe-

ctam propugnante gratiam Filiæ ſuæ nomine impetratam, oportet modo deliberare.

An ſit ſtandum, vel recedendum a deciſis in caſu &c.

In decis, & amplius, reſervato Jure favore Clementis Milli ſuper Bonis renunciatis.

Die Sabbathi 22. Novembris 1738.

Seſſ. 24. c. 12. de ref.



VASIONEN. Deciſio hujus Cauſæ fuit in poſtrema Congregatione die 27. Septemb. proxime præteriti, ita poſtulante Canonico Joanne Baptiſta de Guiramand, ad hodiernam dilata. Reſumpto itaque Folio tunc diſtributo, rogantur EE. PP. deliberare.

An ſit conſulendum Sanctiſſimo pro conceſſione unionis Præbendarum Canonicalium in maſſam communem Præbendalem, in caſu &c.

Negative, & ad mentem.

Seſſ. 23. c. 1. de ref.

VALVEN. RESIDENTIÆ. Exponente Populo Civitatis Pentimæ, Capitulum Cathedralis Eccleſiæ ibi erectæ ex una Dignitate, & duodecim Canonicis conſtare, ſed veterem in grave ſervitii Eccleſiæ, divinique cultus detrimentum irrepſiſſe abuſum, ut tres ex præfatis Canonicis reſidentiam ſuæ Eccleſiæ deſerentes moram trahant in Caſtro Hilaris quinque milliariis a d. Civitate Pentimæ diſſito, ibique velut Parochi actualem Animarum curam Capitulo adnexam in Parochiali Eccleſia Aſſumptionis B. M. V. Grancia, ſeu membro d. Capituli per turnum exerceant; proindeque poſtulante, ut EE. PP., ſublato hoc habuſu, compellerent memoratos tres Canonicos ad reſidendum in Cathedrali Eccleſia, Capitulum vero ad deputandum Vicarium, qui in dicto Oppido Hillaris Animarum curam obire teneatur, diſcuſſa fuerunt tria hæc Dubia *I. An tres illi Canonici Eccleſiæ Cathedralis Valvenſis, qui modo vacant in Caſtro Hillaris pro exercitio Curæ Animarum, revocandi ſint ad reſidentiam in d. Cathedrali; & quatenus affirmative. II. An dicti Canonici, reſidendo in d. Cathedrali, participare debeant de diſtributionibus quotidianis, Legatis piis, Anniverſariis, aliiſque emolumentis certis, & incertis, prout alii Canonici. III. An impoſterum pro exercitio Curæ Animarum in d. Caſtro Hillaris deputandus ſit Parocus perpetuus ab Ordinario, ſervata forma Concilii, & an ei dandi ſint Coadjutores in caſu &c.*, quibus ſub diem 25. Januarii currentis anni reſponſum fuit -- *Ad I. & II. affirmative. Ad III. Epiſcopus procedat, prout de jure ad formam Concilii, & interim provideat de Oeconomo expenſis cujus de jure.*

Cum autem Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, & Communitas Caſtri Hillaris jura, quæ tunc non propoſuerunt, in hodierna Congrega-

tione

tione, impetrato novæ Audientiæ beneficio, optent experiri, dignabuntur EE. VV. statuere.

An, & in quibus sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad primam post proximam.

MEDIOLANEN. CAPPELLANIÆ. Joseph Maria Giussiani in Testamentariis tabulis sub annum 1695. conditis Petrum Franciscum Fratrem, suumque hæredem obstrinxit ,, ad celebrari faciendum, & quod celebrari debeat singulo anno usque in perpetuum in d. Ecclesia S. Nazarii Petræ Sanctæ, & ad dictum Altare B. V. M. Immaculatæ Conceptionis Missa una quotidiana perpetua in remedium, & suffragium Animarum Patris, & Matris meæ, & omnium meorum Affinium, ac mei Testatoris per Cappellanum eligendum ab infrascripto Hærede meo, ejusque Filiis, & Descendentibus usque in infinitum, & extincta eorum linea, eaque deficiente, a dicto D. Julio Cæsare Carcano Sororio meo, ejusque Filiis masculis, & fœminis, eorumque Descendentibus usque in infinitum, quam electionem d. Cappellani volo perpetuis temporis pertinere ad dictos per me nominatos, & Descendentium descendentes usque in infinitum ut supra semper sub titulo Jurispatronatus, in qua tamen electione Cappellani volo semper præferri debere Affines præsentes, & futuros, ac Descendentium Descendentes ordine, quo supra, usque in perpetuum, & qui per tempore erunt, & habiles, ac idonei ad dictam Cappellaniam, & Missæ celebrationem singulo anno usque in perpetuum sine aliqua temporis præscriptione, vel præfinitione, itaut nullo usquam tempore prætextu, vel causa intermittatur, tollatur, vel reducatur in toto, nec in parte, & nullo pacto restringenda, vel moderanda sit, quia sic præcise fuit, & est mea firma mens, & intentio. *Sess. 22. decr. de observ., & evit. in celeb. Miss.*

Deinde constituta dote ejusdem Cappellaniæ in annuis libris 420., ea tamen lege, ut, soluto cujusque Missæ stipendio ad rationem solidorum 20., libræ quadraginta quinque in manutentionem Sacræ supellectilis erogarentur, reliquum vero cederet in ornatum memorati Altaris, *omnia Bona sua, Jura, Credita, & alia per ipsum quomodolibet possessa*, & specialiter domum quamdam, & Apothecam pretio librarum 14637. a Francisco Friderico, & Constantino Fratribus de Maria Cruce acquisitas in eam causam obligavit, & demum alterum ejus Fratrem Felicem Hieronymum Religiosum Ordinis S. Augustini in primum Cappellanum hisce verbis nominavit ,, Ulterius vero ordino, & mando, quod celebratio d. Sacri quotidiani in modum superius per me dispositum statim inchoanda, & incipienda sit post meum decessum, & volo pariter, quod dicta Missa quotidiana ordinata cum d. Jure electionis, & Patronatus celebretur, & celebrari debeat a d. Rev. Patre Felice Hieronymo Fratre meo, donec natulariter vixerit, salvo tamen, ut infra, & quod Monasterium S. Marci nullo modo se intromittere possit in hoc Sacro quotidiano vivente Fratre meo, quia eidem concedo facultatem dictum Sacrum quotidianum celebrandi per se, & per alium, ubi non posset, vel nollet celebrare qua-

„ quacumque de causa, & occasione ejus vita naturali durante „ nulla tamen retardata solutione dictarum annuarũ librarum 420. „ usque in perpetuum, tam respectu eleemosynæ debitæ R. Sacer- „ doti, dictæque manutentionis, quam conversionis supra pluris „ summæ ad beneficium d. Altaris perpetuis temporisjuxta per me „ disposita.

Ad tramites testamentariæ hujus dispositionis memoratam Cappellaniam obtinuit primum idem Frater Felix Hieronymus, postea vero, nimirum anno 1727. prædictus Petrus Franciscus Testatoris hæres, & ejusdem Cappellaniæ Patronus; cumque is tunc temporis Alma hac in Urbe studiorum causa moram traheret Indultum a Sacra Congregatione impetravit celebrandi Missas in Ecclesia sibibenevisa, donec extra Patriam degeret, ea sub conditioue, ut adimpletæ Missarum celebrationis documentum teneretur singulis annis in Cancellaria Metropolitanæ Curiæ Mediolanen. exhibere, deindeque Mediolanum Patriam suam reversus aliud ab eadem Sacra Congregatione Rescriptum obtinuit die 4. Decembris 1734. parem sibi facultatem ad quinquennium concedens. At de hujusmodi concessione tamquam subreptitie extorta conquerentibus Sodalibus Confraternitatis Sancti Hieronymi Administratoribus d. Ecclesiæ S. Nazarii, eamque revocari postulantibus, post semel, iterumque revocari postulantibus, post semel, iterumqe præfixum terminum d. Petro Francisco Glussiani ad deducenda jura sua in Sac. Congregatione adversus memoratam Confratrum instantiam, eo nihil deducente, demandatum fuit moderno Archiepiscopo, ut, non obstante Indulto prius impetrato, ipsum juberet Missas in Ecclesia S. Nazarii celebrare, indeque orta est occasio disceptandi Dubium, quod infra describetur.

Rationum momenta, quibus suffultus Petrus Franciscus controversum Indultum impetravit, respiciunt (ut inquit in sua Relatione Canonicus Christophorus Bazetta ad capiendam super hac controversia informationem subdelegatus,) „ primo insufficientiam hæ- „ reditatis fraternæ, quam asserti, tum quia nil aliud remanserit „ in dicta hæreditate, quam Bona in eum perventa ex hæreditate, „ Patris indivisa cum ipsomet Reverendo Petro Francisco tunc „ minore, & obnoxia Fideicommisso reciproco inter ipsos Fra- „ tres a Patre instituto: Tum quia solutis Legatis a Josepho „ Maria Fratre relictis, & dotibus trium Sororum, ex pen- „ sisque Funeris, aliisque oneribus, consumta pene fuerit le- „ gitima ex fidei commisso paterno deducibilis, hacque de „ causa deventum esse ad transactionem cum Sororibus pro „ reductione vitalitiæ præstationis ab eodem Josepho Maria le- „ gatæ; tum demum quia Creditor evaserit non mediocris sum- „ mæ erga Tutorem sibi minus legitime a d. Fratre in testamento „ datum. Secundum motivum respicit facultatem, quam asserit, „ fuisse concessam a Testatore alteri Fratri Religioso celebrandi „ ubilibet hujusmodi Missam, ex quo inducitur mens verosimilis „ Testatoris etiam favore sui ipsius. Tertium motivum commo- „ dum Missarum quindecim quotidianarum in eadem Ecclesia „ S. Nazarii, ex quo cessat objectum notabilis deficientiæ cultus „ Ecclesiæ. Quartum distantiam propriæ habitationis; & necessi-

„ tatem

„ tatem rei domesticæ causa extra Urbem sæpius se conferendi. „ Quinto, quod, attenta hujusmodi dispensatione super localitate, „ paratum se offert perpetuo hujus Missæ adimplemento. Sexto demum agi de Hærede, & Patrono Cappellaniæ, cujus favore Sac. „ Congregatio Concilii solet dispensare super localitate.

Verum adversus hæc nomine Confratrum plures adstruuntur in facto responsiones, quas idem Canonicus Bazetta curavit hisce verbis complecti „ Primo non verificari insufficientiam hæreditatis dicti „ Josephi Mariæ, sive quia ultra bona paterna, & indivisa adsunt „ etiam alia ab ipsomet Josepho Maria acquisita, inter quæ Domus „ a Nobili anno 1694. empta pretio librarum 14637., & annui reditus lib. 650. specialiter supposita huic oneri; sive quia ultra legitimam ex fideicommisso paterno deducibilem deducenda etiam „ est dos materna integra debita d. Josepho Mariæ, quæ asseritur „ librarum 6000.; sive quia legitima deducibilis ex fideicommisso „ paterno nec legatis, aliisque expensis Funerum, & oneribus potuit „ absorberi; sive demum quia nec transactio inita cum Sororibus „ super reductione vitalitiæ præstationis, nec asserta mala administratio Tutoris Causæ adeo piæ potest obesse. Hinc non modo „ huic imparem oneri, sed imo valde lucrosam contendunt hæreditatem Josephi Mariæ dici debere, paratos se offerentes legitimis probationibus demonstrare. Secundum motivum corruere „ omnino probant tam ex litera Testamenti, in quo non habetur „ talis facultas alteri Fratri Religioso concessa, tum ex facto, quia „ d. Frater Religiosus huic oneri satisfecit in Ecclesia S. Nazarii. „ Tertium motivum pariter corruere probant ex notula Missarum quotidianarum celebrandarum in d. Ecclesia a Ven. Sacrista „ extracta, & continente octo tantum Missas quotidianas, comprehensa etiam hac Missa Glussana, ex quo inferuntur non modo notabilem defectum cultui Ecclesiæ, & frequentissimi Populi devotioni, verum etiam periculum deterioris exempli, quo alii etiam „ Patroni ad impetrandam similem facultatem moveantur. Quartum motivum non subsistere, facto evidenti comprobari, quia „ domus habitationis dicti Rev. Patris Francisci paucis passibus distat ab Ecclesia S. Nazarii, & majore anni parte in Urbe commoratur, & Ruri. Quintum motivum nihil relevare arbitrantur, „ quia hæreditas per se sine facto R. Glussiani sit plusquam satis „ huic oneri ferendo, prout huic satisfactum integre fuit ab anno „ 1695. usque ad 1727. Ad sextum denique motivum plurima adducunt argumenta, & doctrinas in eorum supplici libello coram „ Sacra Congregatione Concilii congestas ad probandum in hisce „ circumstantiis, & expressa Testatoris voluntate, non posse, nec „ solere Sac. Congregationem Concilii similem facultatem indulgere.

Hisce itaque libratis, dignabuntur EE. PP. rescribere.

An Indultum a Sacerdote Petro Francisco Glussiano reportatum sustineatur; seu potius servanda sit ejusdem Indulti revocatio obtenta a Confraternitate S. Nazarii in casu &c.

Negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam, & ad mentem.

FLO-

Sess. 24. c. 4. de ref.

FLORENTINA JURIUM PAROCHIALIUM. Simon de Oricellariis Rector Plebanæ Ecclesiæ S. Stephani de Campio in supplici libello, quem san. mem. Alexandro VI. sub annum 1469. porrexit, hæc inter cætera efflagitavit; Primo quod, admissa renunciatione Cappellaniæ ab ipso in præfata Ecclesia sub invocatione S. Salvatoris retentæ, ex annuis illius redditibus binæ aliæ Cappellaniæ ibidem Apostolica authoritate erigerentur; Secundo, quod Rectores earumdem Cappellaniarum obstringerentur habitare domum memoratæ Plebanæ Ecclesiæ, ut ibi degentes possent una cum Rectore, seu Plebano assidue, & devote Missarum, & aliorum Divinorum Officiorum celebrationi vacare, *in illaque curam Animarum exercere*: Tertio quod *cura Animarum Parochianorum, quæ Rectoriæ dictæ Ecclesiæ imminebat, de cætero non Rectori, sed dictis Cappellaniis, & illas pro tempore obtinentibus immineret, & per eos deberet diligenter exerceri*; Et quarto demum, quod sibi tribueretur facultas edendi *Constitutiones honestas, & rationabiles Missarum, & aliorum Divinorum Officiorum assiduam, & devotam celebrationem, & prosperum, ac salubriorem statum dictæ Ecclesiæ nec non divisionem distributionum quotidianarum, curæ Animarum exercitium, & vitam Cappellanorum concernentes*.

Hisce precibus annuens Summus Pontifex per suas literas in forma Brevis expeditas commisit Vicario Generali Archiepiscopi Florentini, *ut supra præmissis omnibus, & singulis faceret, prout sibi videretur, jure prædictæ Parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo*; quo circa memoratus Vicarius Generalis enunciatam renunciationem Cappellaniæ S. Salvatoris admisit, & binas sub omnibus præmissis conditionibus, ac legibus erexit Cappellanias, ea præsertim facta declaratione, quod *cura Animarum Parochianorum, quæ Rectori, & Rectoriæ dictæ Ecclesiæ imminet de cætero non immineat Rectoriæ, nec Rectori, sed dictis Cappellaniis, & illas pro tempore obtinentis immineat, & quod per eos debeat diligenter exerceri*, & demum prælaudato Simoni de Oricellariis petitam facultatem concedendi exoptatas Constitutiones nedum impertitus fuit, verum etiam easdem Constitutiones subinde a dicto Simone editas, in quibus sub Rubrica *de cura Animarum* inter cætera statutum legitur, *quod cura Animarum dictæ Plebis, ac totalis administratio Sacramentorum in dicta Ecclesia, & ejus Parochia sit Cappellanorum omnium prædictorum pro tempore existentium, & ad eos plene spectet, pertineat, & immineat, per eosque diligenter exerceri debeat, prout disponitur in Literis Apostolicis*, & approbatit, & confirmavit.

Post hæc memorata Parochialis Ecclesia occasione vacationis per obitum illius Rectoris, seu Plebani semper fuit alteri sub nomine itidem Rectoris, & Plebani collata, eique regimen, & cura ejusdem Ecclesiæ in Bullis collationum legitur commissa, consentanee vero ad ejusmodi collationes idem Rector, & Plebanus fuit hactenus reputatus verus, & proprius dictæ Ecclesiæ Parochus, ac proinde consuevit Matrimoniis assistere, Cadavera Parochianorum cum Stola associare, eorum exequias celebrare, ac alias Prochiales functiones independentes a præfatis Cappellanis peragere, uti satis constare dicitur ex documentis, quæ in Summ. Ferdinandi Palloni moderni Plebani proferuntur *num.* 4. *& seqq.* Sed quia novissime Cappellani

suprad.

suprad. tum Brevis s.me: Alexandri VI. tum etiam Instrumento executionis, & Constitutionibus supra relatis suffulti ceperunt in discrimen revocare liberam, & absolutam, quam sibi asserit prælaudatus Ferdinandus Palloni modernus Plebanus exercendi nimirum munia Parochialia, contenduntque, illorum exercitium ad se privative, ac in exclusionem Plebani pertinere, discutienda proinde sunt duo Dubia, quæ infra describentur.

Argumenta, quibus modernus Plebanus propugnat, Animarum curam non fuisse in Brevi Alexandri VI., neque in ejus executione e Plebano in dictos Cappellanos translatam, sed Plebanum remansisse, ut antea, verum, & principalem Parochum, ita quidem, ut ei competat facultas exercendi curam Animarum, & functiones Parochiales cumulative cum sæpedictis Cappellanis, eosdem vero Cappellanos, veluti simplices Coadjutores a Plebano in iis, quæ Animarum curam concernunt, dependere, fuerunt summatim in Archiepiscopi Relatione hisce verbis exposita -- *Revera in dubium revocari non valet, quod dictarum Cappellaniarum erectio facta fuerit ad petitionem Plebani, & Patroni dictæ Plebis, & quod expressa in Literis Apostolicis non excedant supplicationem, ut ex ipsomet primordio seu narrativa in Literis Apostolicis expressa eruitur* -- ibi *Profecto exinde in dicta Ecclesia Divinus Cultus non modicum susciperet incrementum, & cura diligentior solito exerceretur* -- *unde necessarium est inquirere. quid petitum sit per Simonem de Oricellariis Summo Pontifici. Profecto quid aliud Summo Pontifici petitum fuit, nisi incrementum Divini Cultus, & exercitium Curæ magis exactum cum deputatione dictorum Cappellanorum propemodum Pleboni in exercitio curæ Coadjutorum; quare ex ipsamet supplicatione abdicatio curæ a Plebano elici non valet, cum ipsemet Plebanus incrementum, non decrementum exercitii curæ postulaverit. Ultra quam quod in casu, quo Cura a Plebano abdicata fuisset, penes tres Personas resideret, quod a Jure prohibitum est, quia in una Ecclesia unus debet esse Sacerdos, Sponsus, ac Rector, qui curam habeat. Sed, quod omnem dirimit difficultatem, & clare demonstrat, quod Summus Pontifex non intellexerit abdicare Curam a Plebano S. Stephani de Campio, sunt verba ejusdem Bullæ* ibi -- *Jure Parochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius semper salvo* -- *verba prædicta in Bulla apposita accipi non possunt nisi pro interpretatione verborum superius appositorum* -- *& quod Cura Animarum, hoc est, quod accipi non possent in significatione Curæ abdicativæ, sed quod semper Jus Parochorum, & Plebanorum quoad exercitium Curæ habituale conservaretur, idque comprobatur ex illa regula, quod, quando est sufficiens Curæ actualis concessio, nunquam præsumatur, datam fuisse habitualem. Idque ex observantia deducitur, quia Cura Animarum semper commissa fuit Plebano, non Cappellanis, & ab obitu dicti Simonis de Oricellaris usque in præsens semper expeditæ fuerunt Bullæ Collationis, & commendationis Curæ ad favorem Plebani, non vero Cappellanorum, idque etiam comprobatur ex assistentia Matrimoniis præstita per Plebanum independenter a Cappellanis spatio nonaginta annorum, & plus, si Libri Matrimoniorum dictæ Plebaniæ reperirentur.*

His argumentis Plebani petitionem confoventibus, quæ jura intendant

opponere Cappellani, nondum exibuere; Ad EE. itaque VV. spectabit decernere.

I. *An facultas exercendi Curam Animarum, & Functiones Parochiales in Ecclesia S. Stephani de Campio spectet cumulative ad Plebanum, seu potius privative ad Cappellanos in casu &c.*

II. *An Cappellani ejusdem Ecclesiæ in concernentibus Curam Animarum dependeant a Plebano in casu &c.*

Dilata ad sequentem.

Sess.24. c.12. de ref.

BONONIEN. PRÆCEDENTIÆ. Clar. mem. Cardinalis Jacobus Boncompagni Archiepiscopus Bononiensis in Testamento sub die 16. Maii 1722. condito quatuor in Metropolitana Ecclesia præcepit erigi Cappellanias, injunctoque earumdem Cappellaniarum Rectoribus duplici onere, altero nempe Missam quotidie celebrandi in suæ animæ suffragatiouem, & altero assistendi Divinis Officiis in Choro instar Mansionariorum, & Cappellanorum ejusdem Ecclesiæ Metropolitanæ, rogavit Capitulum, & Canonicos *a voler dare a detti quattro Cappellani luogo, e sede nel detto luogo fra gl' altri Mansionari con assegnare a medesimi Cappellani l' ultimo luogo doppo detti Mansionari, e Beneficiati.*

Quo vero ad ordinem præcedentiæ ab eisdem Cappellanis servandæ præter regulam præscriptam pro prima vice relate ad eorum nominationem, ita cavit -- *In appresso detta Precedenza debba regolarsi dall' anzianità della nomina, e recezione degli stessi Cappellani, quali però non potranno pretendere, ne precedenza, ne prerogativa alcuna sopra li Mansionari, ed altri Beneficiati oggi preesistenti, & obligati similmente al Coro; Siccome non dovranno ingerirsi ne loro particolari interessi &c., come altresì questi non dovranno entrar nella massa de sudetti miei Cappellani, li quali siccome dovranno fare Collegio a parte per quello porta l' infrascritto loro assegnamento, così dovranno essi contentarsi del medesimo, e sopportare il peso dell' officiatura commune.*

E' vivis erepto sub annum 1731. Eminentissimo Testatore, Cajetanus Boncompagni Dux Soræ illius Nepos, & Hæres in executionem relatæ dispositionis assignavit dotem dictarum Cappellaniarum Loca centum quadraginta Montium Cameralium non vacabilium, subindeque Eminentissimus D. Cardinalis de Lambertinis, qui in regimine Bononiensis Archiepiscopatus successit prælaudato Testatori, agnoscens, Hæredem piæ ejus menti fuisse obsecutum, die 29. Octobris 1731. declaravit, eumdem Hæredem plene oneri sibi per Testatorem imposito satisfecisse, ac postmodum memoratas quatuor Cappellanias in sæpedicta Metropolitana Ecclesia *cum omnibus oneribus, obligationibus, pœnis caducitatis, prohibitionibus, regulis, prærogativis, ordinibus, ac modis, & formis, ceterisque contentis, & expressis in prædicto Testamento clar. mem. Cardinalis Jacobi Boncompagni, ac ad illud relative perpetuo* instituit, atque erexit, intendens *d' instituire* (sunt verba ejusdem Eminentissimi Antistitis in Relatione super precibus duodecim Mansionariorum dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ ad Urbem transmissa) *quattro Cappellani, che a similianza del' altri dodici Mansionari esistenti in questa Metropolitana officias-*

officiassero, ed assistessero si al Coro quotidianamente, ma che formassero un corpo da se, ed avessero la loro Massa da parte, ne potessero mai pretendere la precedenza, tanto sopra i Mansionari predetti quanto sopra tutti gli altri Beneficiati, che componevano, e compongono il Coro di questa Metropolitana.

Post hæc secum animo reputans idem Eminentissimus Archiepiscopus non nihil pretii, atque decoris Metropolitanæ Ecclesiæ fore accessurum, si dictæ quatur Cappellaniæ ad statum Mansionariatuum elevarentur, ac idem habitus, quem duodecim Mansionarii gestant, sæpedictis quatuor Cappellanis Boncompagni concederetur una cum facultate sedendi in Choro supra alios Capituli Beneficiatos, seu Cappellanos, consensum in eum finem jussit requiri a Canonicis, & Cappellanis tam Consortii majoris, quam Ludovisianis, necnon ab antiquis duodecim Mansionariis, qui eum hisce verbis præstitere,,, Che alli Reverendi Cappellani delle Cappellanie novamente erette sia dall' Eminenza sua dato l' abito uniforme delli ,, Mansionari, e respettivamente assegnato lo Stallo, e luogo fra li ,, Mansionari medesimi, e loro Successori secondo l' anzianità del ,, Possesso, con questo però, che non venga ad essi Cappellani, e ,, loro Successori per ciò acquistato alcun Jus nelle distribuzioni ,, per l' Offizio della Beata Vergine, e manuali per le terze Domeniche, come anche negl' altri Manuali, ed ogn' altro utile pro- ,, veniente ad essi Mansionari, e loro Successori dall' Illustrissimo, ,, e Reverendissimo Capitolo, e dal Venerabile Consorzio, ed in ,, sostanza in tutti, e singoli emolumenti presentemente competen- ,, ti, e da competersi in avvenire al Collegio di essi Reverendi Man- ,, sionari, il quale presentemente e composto di numero dodici per ,, qualunque disposizione fatta, o da farsi, salvo che in alcuna di esse ,, i detti Cappellani venissero nominatamente compresi.

Hac igitur unanimi Capitularium consensione inspecta, editum postremo fuit ab Eminentissimo de Lambertinis sub diem 23. Novembris ejusdem anni 1731. Decretum, quo, post elevatas dictas Cappellanias ad statum Mansionariatuum sub legibus, & oneribus ibi præscriptis, duo hæc ad hodiernam controversiam potissime spectantia fuere sancita; Primum scilicet, quod ,, de cætero, & in ,, perpetuum iisdem quatuor Cappellanis Mansionariis nuncupatis ,, liceat, & licitum sit gestare habitum uniformem Mansionariis, ,, locum habere inter eos, & paribus uti, & frui prærogativis, ac ,, privilegiis, quibus uti, & frui solent Mansionarii antedictæ Me- ,, tropolitanæ Ecclesiæ, itaut, sive in Choro sedeant, sive proce- ,, dant sub Cruce Reverendissimi Capituli præcedentiam authorita- ,, te nostra sibi comparasse post alios Mansionarios, ante vero om- ,, nes, & singulos Cappellanos, sive Consortio majoris, sive Lu- ,, dovisianos dignoscantur, & de facto debeant, & teneant; *Secun-* ,, *dum, quod* omnibus, & singulis, tam de proximo, quam in fu- ,, turum eligendis, & respective instituendis Cappellanis Mansio- ,, nariis nuncupatis, nullum omnino Jus acquiri possit in quibus- ,, cumque fructibus, proventibus, emolumentis, ac distributioni- ,, bus reliquis duodecim Mansionariis, sive omnibus sive singulis ,, quomodolibet competentibus, aut competituris.

Rebus ita statutis, putantes quatuor Cappellani, se unum, idemque cor-

 pus

pus cum duodecim antiquis Mansionariis efformare, cœperunt tum supra Coadjutores, quos aliquibus ex duodecim antiquis Mansionariis dari contigit, tum supra eos, qui recens de aliqua veteri Mansionaria provisi fuerunt, præcedere; quod ægre ferens Collegium dictorum veterum Mansionariorum circa finem anni 1736. supplicem Sanctissimo D.N. porrexit libellum, ubi exponens „ che secondo la „ prima istituzione il Collegio de Mansionari della Metropolitana „ Chiesa di Bologna sia composto di dodici antichi Mansionari „ Prebendati, e che a lui, e a ciascuno di essi dodici Mansionari, „ che lo compongono, sia stata riservata, e competa la preeminenza, e precedenza si nel Coro, che in procedersi sotto la Croce del „ Capitolo, & in qualunque altro atto sopra li quatro Cappellani „ non Prebendati fondati dalla ch.me. del Cardinale Giacomo „ Boncompagni, e poi assomigliati agl'antichi Mansionari, e decorati di tale denominazione in vigore del suderto Decreto Ordinario, *humillime postulavit*, - che perciò non essendo li medesimi quattro Cappellani Mansionari nuncupati, parte integrale „ del Collegio Oratore, non debbano avere per loro capo il Seniore de dodici antichi Mansionari, nemmeno godere il grado di „ detto Seniore, ma starsene separatamente dagl'altri dodici Mansionari, e solamente avere, e conservare l'unione fra loro medesimi quattro Cappellani Mansionari nuncupati, ed in conseguenza „ togliere, ed affatto escludere qualunque abuso, che in contrario „ sia stato introdotto, e che in qualunque tempo per il futuro s'introducesse, o si potesse introdurre -- Cum autem ejusmodi preces fuerint Sacro huic Consessui remissæ, bina consentanee ad ipsa, & juxta Collitigantium petitionem oportuit subscribere Dubia, quæ inferius apponentur.

Sane ad illorum decisionem occurrit in jure adnotare, quod Canonici, Mansionarii, & Beneficiati novæ erectionis cum assignatione Præbendæ unum, idemque Capitulum, seu corpus cum Canonicis Mansionariis, & Beneficiatis antiquæ erectionis componentes absque ulla differentia admitti debent ad eos honores, & prærogativas, quibus antiqui Canonici, & Mansionarii potiuntur, tametsi Missam distinctam, & separatam habeant, servitiumque ab ipsis præstandum inæquale sit, ac minus illos, quod antiqui obire tenentur, ad tradita per *Corrad. in prax. Benef. lib. 2. cap. 3. n. 64. Pignattell. tom. 6. consult. 48. num. 9.*, *& seq. Bertacchin. vot. 192. num. 4. Card. de Luc. de Canon. disc. 6. num. 12. Scarfanton. elucub. Canonic. lib. primo tit. 14. num. 51.*, *& seqq*, adeoque obortis quæstionibus de præcedentia inter Canonicos, seu Mansionarios veteris erectionis, ac inter illos recens introductos servanda pluries declaratum est, Possessores Canonicatuū recentius erectorum non teneri in Choro sedere semper in novissimo loco, seu Stallo, sed antiquorum Canonicorum sedes per eorum obitum, aut aliam ob causam vacantes occupare posse in exclusionem illorum, qui post ipsos de antiquis Canonicatibus, seu Mansionariis fuerint provisi, uti patet ex Resolutione Sac. Rituum Congregationis in *Regien.* ubi ad Dubium -- *An Canonici noviter introducti debeant in Choro sedere semper in novissimo loco, vel occupare sedes antiquorum Canonicorum, quando aliquis ex illis non adsit, prout etiam thurificari sicuti antiquiores*, -- die 8. Junii 1652. responsum fuit,

fuit, -- *tractandos esse, ut antiquos*, -- & die 28. Septembris ejusdem anni prodiit Rescriptum, -- *Novos Canonicos occupare posse sedes antiquorum nedum quando abest aliquis sed quando moritur itaut Provisus in locum antiqui cedere ipsi debeat*, -- uti testatur *Pignattell. t.6. consult.48.num.9.*, & consonant Responsa Supremi hujus Tribunalis *in Eugubina 4. Decembris* 1706. *in Senogallien.25.Februarii* 1617., *in Feretrana 9. Februarii* 1664. *in Aretina Erectionis Canonicatuum 5. Maii* 1703. *in Nullius seu Terræ Pontiani Præcedentiæ, & Distributionum 26. Martii* 1735. *ad primum Dubium*, & alia novissime edita diebus 14. Januarii, & 5. Septembris 1736. *in Perusina Præcedentiæ*.

Hæc autem juris dispositio cum locum sibi non vindicet, ubi constat, Fundatorem, aut Ordinarium statuisse, ut novi Canonici, seu Mansionarii novum efficiant corpus a veteri distinctum, idemque ultimum semper locum post Canonicos, vel Mansionarios erectionis antiquæ debeant occupare, solamque inter se præcedentiam juxta possessionis anterioritatem obtineant, contigit, secundum ea, quæ ad rem animadvertit *Card. de Luc. de Canon. disc.37 per tot.*, & Resolutiones Sacræ Congregationis in *Sutrina 28. Januarii* 1668., *& in Pennen. anni* 1672. relat. per eumdem *Cardinalem de Luc.loc.cit.*, opus propterea erit ad hodiernam controversiam recte dirimendam animum præcipue intendere ad ea, quæ a Defensoribus utriusque Partis late in facto exponuntur, num scilicet inde colligatur, clar. mem. Cardinalem Boncompagni in suo Testamento, vel Eminentissimum de Lambertinis in suprarelato Decreto voluisse unum idemque corpus cum duodecim antiquis Mansionariis absque ulla differentia, sive potius distinctum, ac separatum a memoratis quatuor Cappellanis constitui cum sola præcedentia inter ipsos juxta possessionis antiquitatem servanda.

Sæpe laudatus Eminentissimus de Lambertinis in Literis sub diem 4. Februarii superioris anni transmissis post exposita Collitigantium jura abstinuit quidem a proferenda animi sui Sententia, sed facti seriem luculenter a se recensitam hisce verbis intercepit „ Notisi „ di grazia le parole da me a bella posta usate, dove si parla della „ precedenza, e con attezione, e studio ricercate, non con altra idea, „ se non che, siccome nel paragrafo, che poi siegue del medesimo „ Decreto ho voluto considerare i dodici Mansionari antichi per „ un corpo separato, e distinto dal corpo de i quattro Cappellani „ Mansionari Boncompagni, poichè ho stabilito, che ciascun corpo „ abbia la sua Massa particolare, nè possano i Cappellani Mansio- „ nari Boncompagni partecipare degl'emolumenti de i dodici Man- „ sionari antichi, ed al contrario i dodici Mansionari antichi non „ possino mai partecipare degl' emolumenti, e distribuzioni de i „ Cappellani Mansionari Boncompagni, così anche quanto alla pre- „ cedenza ho voluto considerare gl' uni, e gl'altri Mansionari per „ due Corpi sempre distinti, e fra loro separati, e però dissi -- In perpetuum &c. Præcedentiam &c. sibi comparasse post alios Mansio- „ narios, ante vero omnes, & singulos Cappellanos, sive Consortii „ Majoris, sive Ludovisianos dignoscantur -- Di modo che nella „ precedenza si dovesse osservare la maggior anzianità nel possesso „ di ciascun Mansionario, tanto antico, che nuovo, non confusa-

„ mente,

„ mente, mà respettivamente, e restrittivamente al proprio corpo
„ distinto, e separato, inerendo più che possibile fosse alla mente
„ dell'Eminentissimo Boncompagni sopra espressa, ricordandomi
„ benissimo, che nel Capitulo della Basilica Vaticana di Roma; dove
„ Io sono stato per molti anni Canonico eranvi certi Beneficiati
„ chiamati Innocenziani, che sebbene parevano simili nell' abito
„ agl' altri Beneficiati di quel Capitolo, tuttavia, perchè componevano un corpo da se, ritenevano una Massa diversa, ed avevano
„ redditi, & emolumenti distinti, perciò non marciavano, ne marciano confusi cogl' altri Beneficiati sudetti, ma da se, e col loro
„ Corpo dopo il Corpo, e Collegio sudetto, e servata tra essi la precedenza secondo la maggiore, e minore anzianità.

Omnibus igitur inspectis, grave non erit respondere.

I. *An duodecim antiqui Mansionarii constituant corpus, sive Collegium distinctum a quatuor Cappellanis Mansionariis nuncupatis Boncompagni in casu &c.*

II. *An dicti duodecim antiqui Mansionarii, eorumque Successores, ac Coadjutores pracedere debeant dictis quatuor novis Cappellanis Mansionariis nuncupatis de Boncompagni, tametsi anterioribus in receptione, seu admissione in casu &c.*

Affirmative ad utrumque, & amplius.

Sess. 24. c. 12. de ref.

TRANEN. INDULTI. Capitulum Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Oppidi Baroli novissime in Collegiatam insignem erectæ in supplici libello, quem superiori anno porrexit Sacræ huic Congregationi, postulavit Indultum inserviendi Choro, & Ecclesiæ per Turnum, alternis scilicet hebdomadis, exceptis tamen diebus Festis de præcepto, necnon toto tempore Adventus, & Quadragesimæ. Illud vero sibi impertiendum fore blanditur hisce rationum momentis innixum. Primo, quod, cum Dignitates, & Canonicatus præfatæ Ecclesiæ nequeant conferri nisi illis, qui prius eidem spatio novem annorum in gradibus Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri inservierint, omnes ferme earumdem Dignitatum, & Canonicatuum Possessores in ætate admodum provecta, ac ut plurimum senio proximi reperiuntur tempore, quo præfatas Dignitates, & Canonicatus obtinent; Secundo, quod memorata Ecclesia vivis lapidibus extructa est ac prope Mare sub Cœlo ita aperto consistit, ut hyemali tempore ob frigoris rigorem, æstivo vero propter humiditatem grave detrimentum Canonicorum, & Dignitatum valetudini afferat; & tertio demum, quod Capitulum ejusdem Ecclesiæ constet ex tribus Dignitatibus, triginta Canonicis, ac sex Mansionariis eum in finem a Capitulo deputatis, ut servitio Chori, Ecclesiæque jugiter incumbant; propterea que, si petitum Indultum concedatur, nunquam minor viginti Personis erit numerus eorum, qui singulis diebus Choro interesse, Ecclesiæque servitio operam navare tenebuntur.

Jussus Archiepiscopus Tranensis certiores reddere Eminentissimos PP. de iis, quæ in precibus Capituli fuerunt exposita, in Relatione sub datum diei 13. Aprilis d. anni 1737. transmissa post recensitas nonnullas ex præmissis rationibus quibus ejusdem Capituli petitio fulcitur, ita concludit,, Si giuste, e ragionevoli cause hanno animati
„ essi Dignità, e Canonici di ricorrere alla Benignità dell' EE.VV.,

e rive-

,, e riverentemente ſupplicarle à compiacerſi di permettere il potere i medeſimi con modo alternativo ſervire, ed intervenire al Coro, giacche eſſendo il numero di trè Dignità, trenta Canonici, e ſei Sacerdoti Manſionari, verrebbe la Chieſa, e Coro ſervito per ogniSettimana da ventiCoriſti: E queſti perchè non interverrebbero giornalmente in eſſa Chieſa per godere l'aſſenſa da quella per una Settimana non verrebbero poi così facile, ed allo ſpeſſo a ſtar ſoggetti alle fluſioni, ed indiſpoſitioni, che per la continuazione d'intervenire quotidianamente in eſſa Chieſa patiſcono. Motivi compaſſionevoli da poter movere l'alta, e ſuprema intelligenza dell' EE.VV. a concederli il di loro benigno, e ſupremo aſſenſo per d. alternativa, che hanno i medeſimi ſupplicata.

His itaque inſpectis, deliberare oportet.

An Dignitatibus, & Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Baruli ſit concedenda gratia inſerviendi d. Eccleſiæ alternatim, & per Hebdomadas in caſu &c.

Affirmative cum ſolitis clauſulis.

SANCTI SEVERINI CATHEDRATICI. In Diœceſana Synodo ſub annum 1733. coacta, & poſtmodum typis evulgata modernus Epiſcopus Civitatis Septempedanæ, hodie S.Severini frequentius appellatæ inhærens ſanctioni Provincialium Conciliorum, tum Romani ſub ſan.mem. Benedicto XIII. editi, tum & noviſſimi Firmani, hæc de Cathedratico annuatim præſtando *Seſſ.3.cap.27.§.2.* decrevit -- *Cathedraticum a Clericis in ſignum ſubjectionis Epiſcopis debitum & in Jure communi ita privilegiatum, ut neque ab Epiſcopis in totum remitti, nec a quoquam valeat quocumque titulo, vel immemorabili conſuetudine præſcribi, ab Eccleſiis omnibus (non tamen Regularibus) & a Beneficiatis ſubjectis ad rationem duorum Solidorum, ſervata tamen moderatione in Concilio Romano præſcripta, exigatur, juxta Decretum ultimi Concilii Provincialis Firmani Tit.4.* -- , deindeque taxam præſcripſit, promulgavitque ab unaque Eccleſia, & ſingulis Beneficiis in ejuſdem Cathedratici ſolutione ſervandam. *Seſſ.24.cap.13. de ref.*

Huic Synodali ſanctioni, & taxæ anunciatæ paruerunt Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, pluresque aliarum Eccleſiarum, & Beneficiorum Rectores, Cathedraticum in quantitate ab Epiſcopo præfinita abſque ulla contradictione ſolventes; at illud e contra præſtare detrectant nonnulli Parochi, & Beneficiati eo ſub obtentu, quod Epiſcopus Sancti Severini ex duplici potiſſimum capite nequeat Cathedraticum exigere; Primo nempe, quia illud cenſeri debeat comprehenſum in ſumma ſcutorum mille, quam ſan.mem. Sixtus V. in actu erectionis d. Eccleſiæ in Cathedralem conſtituit pro dote Menſæ Epiſcopalis juxta ejus Bullam incipien. *Superna diſpoſitione* inter Conſtitutiones d. Summi Pontificis la 49. *Bullar. nov. tom.2.* Cum etenim ſumma prædicta retrahatur ex vectigali, ut inquiunt, molituræ, cujus ſolutioni etiam Eccleſiaſtici ſunt obnoxii, putant ipſi nil aliud ad præſtandum Epiſcopo ratione Cathedratici compelli poſſe, ne bis quolibet anno illud percipi contingat ab Epiſcopo contra Canonici juris cenſuram, qua tradunt *Barboſ. de jur. Eccl. lib. 3. c. 20. num. 1. Pignattell. conſult. 385. tom. 1.* & ſecundo, quod Epiſcopalis Menſa ita

ſit

sit opulenta, ut Cathedratici exactio minime deceat Præsulem annuis reditibus abunde provisum.

Episcopus vero propugnans Synodale Decretum, quod Cathedratici solutio præcipitur, priorem ex præmissis exceptionibus satis refelli arbitratur ex eo, quod in memorata Bulla erectionis Episcopatus S. Severini constituitur quidem Mensæ Episcopali dos in summa scut. 100. postmodum ab Universitate assignata super enunciato Molituræ vectigali, ad cujus solutionem obligantur quoque Ecclesiastici, sed de Cathedratico nulla ibidem habetur mentio; & tamen in jure receptum est, Cathedraticum in Apostolicis Constitutionibus, Bullis, aut Privilegiis non censeri comprehensum, nisi de eo expresse fuerit dispositum, quemadmodum per *Text. in Cap. Pastoralis de donat.* docent *Fagnan. in Cap. Conquerente de Offic. Judic. Ordinar. n.* 49., *& seq. Barbos. de Offic. & potest Episc. alleg.* 58. *n.* 44. *Pax Jordan. Tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 18. *num.* 113. *Antonell. de Jur., & oner. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *cap. ult. n.* 5.

Posterius autem objectum desumptum ex opulentia Mensæ Episcopalis multo minus sibi obesse ait Episcopus, tum quia reipsa non subsistat allegata Mensæ opulentia, cum iidemmet Parochi, & Beneficiati illam asserentes fateantur, annuos Mensæ reditus summam scutorum mille, adeoque Conciliarem Episcopi congruam non excedere, tum quia, etiamsi de asserta opulentia constaret, id minime officeret, quominus Cathedraticum deberetur, cum illud in signum subjectionis, ac in honorem Cathedræ, non autem in subsidiariam Episcopi sustentationem præstandum sit, juxta expressos Textus in *Can. Placuit.*, *in Can. Illud te.* 4. *qu.* 7. *in Cap. Conquerente de offic. Ordin.*, *in Cap. Pastoralis* 7. *de donat. & in Cap. Olim de Censib.*, & apposite Sacra Congregatio, non obstante simili exceptione quod Mensa Episcopalis reditibus supra Episcopi congruam abundaret, *in Maceraten. Cathedratici* 8. *Maii* 1734., *& in Cassanen. Cathedratici* 21. *Maii* 1735. censuit, Cathedraticum solvendum esse juxta taxam in Concilio Romano præscriptam.

Delata itaque hujus controversiæ cognitione ad Sacrum Consessum rogantur hodie Eminentissimi PP. pronunciare.

An Cathedraticum debeatur, in qua summa, & a quo tempore in casu &c.

Deberi in summa præscripta a Concilio Romano a die promulgatæ Synodi anno 1733.

sess. 22. *c.* 6. *de ref.*

ROMANA CAPPELLANIÆ. Ursula de Angelis in priori suo Testamento jussit quatuor Cappellanias cum onere Missæ quotidianæ in Lateranensi Basilica celebrandæ ex integro hæreditario ejus patrimonio institui, eademque die 2. Septembris 1730. qua ejusmodi Testamentum Notario consignavit, exponens, se in votis habere, quod „ Nicolaus Cordella ad primam Clericalem Tonsu-
„ ram, & deinde ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines initiari,
„ & promoveri possit, *publicum exaravit Instrumentum*, *in quo* ad
„ secundam ex prædictis Cappellaniis ab ea, ut supra, ordinatis,
„ nunc pro tunc, & quando sequutus fuerit ipsius Ursulæ obitus, in
„ Cappellanum perpetuum pro prima vice nominavit, & præsen-
„ tavit

„ tavit d. D. Nicolaum Cordella licet absentem cum omnibus di-
„ ctæ Cappellaniæ juribus, fructibus, redditibus, honoribus, & one-
„ ribus promittens, & solemniter se obligans d. Cappellaniæ ordi-
„ nationem, ad quam ut supra nominavit d. Cordella, numquam
„ revocare, nec annullare, minusque eumdem Cordella ab ea-
„ dem Cappellania removere, seu removeri facere, itaut præsens
„ Instrumentum quoad eamdem secundam Cappellaniam habeat
„ vim, & robur irrevocabilis, & perpetuæ erectionis, & fundatio-
„ nis cum d. reditu juliorum duorum pro qualibet Missa super Bo-
„ nis hæreditariis ipsius Ursulæ exigendis, & onere d. Missæ quoti-
„ dianæ juxta tamen formam, & tenorem, ac cum pactis, & con-
„ ditionibus in d. Testamento expressis, etiamsi ipsa Ursula cum d.
„ Testamento non decesserit, & non alias &c. Quam nominatio-
„ nem, omniaque alia desuper expressa d. Ursula promisit, seque
„ obligavit esse, & fore bonam, validam, & legitimam, & pro tali
„ semper, & perpetuo attendere, manutenere, & observare, con-
„ traque nunquam facere, -- *sunt verba enunciati Instrumenti*.

In novissimis vero testamentariis tabulis sub diem 19. Decemb. 1736. conditis, nulla habita mentione de Cappellanis in priori Testamento ordinatis, neque de nominatione facta ad secundam ex iisdem Cappellaniis in personam Nicolai Cordella, hæredes ex asse scripsit Filios Antonii de Angelis germani sui Fratris, præcepitque, *che debba eriggersi, seguita la sua morte, nell'insigne Basilica di S. Giovanni in Laterano una Cappellania perpetua di una Messa quotidiana, quale vuole, sia celebrata in perpetuum in detta Basilica di S. Giovanni in Laterano, con far particolar menzione dell'anima di essa Testatrice, e suoi, e dotarsi d. Cappellania de' Beni, e Luoghi de Monti della sua Eredità*. De jure autem præsentandi ad enunciatam Cappellaniam, post nominatum in primum Cappellanum Camillum Joannem Baptistam Montoscoli, ita cavit -- *In avvenire poi il Jus nominandi il Cappellano di d. Cappellania, quale ordina, che sia ad nutum, e amovibile, vuole, che sia, e spetti alli suoi Eredi, e non altrimenti, perchè così è la sua volontà*, -- addita sub finem ejusdem Testamenti clausula, ut ajunt, derogatoria ibi -- *Cassando, ed annullando qualsivoglia altro ultimo Testamento, ed ultima volontà fatto, e fatta sino al presente giorno anche continente parole derogatorie, volendo, & ordinando, che il presente ad ogn'altro sia preferito, e prevaglia non solo in questa, ma in ogn'altro miglior modo*.

Ad normam postremæ hujus dispositionis, cujus executionem Testatrix commendavit Emo D. Cardinali Caraffa, memorati Hæredes paratos se exhibuere ad erectionem enunciatæ Cappellaniæ, sed, contentione excitata inter dictum Nicolaum Cordellam in supradicto Instrumento a Testatrice ad secundam ex Cappellaniis in primo Testamento ordinatis nominatum, ac inter Camillum Joannem Baptistam Montoscoli ad d. Cappellaniam in posteriori Testamento præsentatum, quis eorum debeat in assecutione Cappellaniæ, ut supra, erigendæ præferri, alia interea temporis oborta est controversia, num una dumtaxat Cappellania in ultimo Testamento præscripta, vel potius binæ, nimirum altera quoque in priori ordinata, ad quam fuit nominatus Nicolaus Cordella debeant erigi, cumque recentioris hujus quæstionis cognitio fuerit ex Decreto Emi Pro-

Auditoris Sanctissimi Sacro huic Consessui delegata, rogantur hodie Eminentissimi PP., perpenso potissimum tenore supradicti Instrumenti, necnon ponderatis juribus, quibus prælaudati Hæredes authumant, unam dumtaxat Cappellaniam erigi debere sapientissimo, quo solent, oraculo definire.

An una, vel duæ Cappellaniæ sint erigendæ in casu &c.

Dilata ad sequentem.

Sess. 24. c. 12. de ref.

NULLIUS FARFEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM. Postulanti Julio Manfredi Canonico Collegiatæ Ecclesiæ S. Antonini Terræ Pharæ licentiam commorandi studiorum causa extra residentiam, Sacra Congregatio sub die 1. Septembris 1736. indulsit, -- ,, ut, veris existentibus narratis, a Residentia sui Canonicatus per biennium proximum tantum pro arbitrio, & prudentia Emi D. Cardinalis Barberini Abbatis Commendatarii Nullius Farfen. ex causa præmissa abesse possit, & interim omnes ejus fructus percipere, amissis distributionibus quotidianis, *addita consueta clausula*; Quod, si fructus omnes ipsis distributionibus constent, vel si redditus Præbendæ tertiam partem Distributionum non attingant, duas ex tribus partibus Distributionum, vel Præbendæ, ac Distributionum insimul cumulatarum respective percipiat, amissa tertia, quæ inservientibus accrescat.

Verum quia inter cætera, quæ a Capitularibus Constitutionibus memoratæ Ecclesiæ circa Divinum Cultum, Chorique servitium statuuntur, sub cap. 16. cautum ita habetur -- ,, Pœna vero solvenda pro quolibet puncto cum loco distributionum quotidianarum succedat, quæ ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini tertiam saltem partem exæquare debent, imposterum erit medietas unius julii Romani, quæ cuiquam ex collusione, aut gratia nullatenus remitti, aut condonari possit, sed dividatur proportionabiliter inter Archipresbyterum, & omnes Canonicos etiam adjunctos, qui vere residentes Choro inservierint juxta Sacrorum Canonum ordinationes ,, ; Statutariæ huic legi innixum d. Collegiatæ Capitulum contendit, præmissam punctaturarum pœnam ita esse loco quotidianarum Distributionum, ut consentanee ad Indultum præmissum Canonicus Manfredi enunciatæ pœnæ subjacere teneatur, summa vero exinde per ipsum amittenda Canonicis Choro interveninentibus debeat accrescere, prætereaque authumat, onera Canonicatui dicti Manfredi adnexa non ex tertia fructuum Canonicalium parte, quam putat ab illo non acquiri, & inter Canonicos interessentes repartiendam, sed ex reliquis duabus eorumdem fructuum partibus adimplenda esse; quocirca judiciariam super his omnibus actionem coram Vicario Generali Farfensis Abbatiæ instituit.

Considerans autem præfatus Vicarius Generalis controversiæ diremptionem pendere potissimum a sensu, atque ratione, quibus explicari debeat memoratum Sacræ Congregationis Indultum, Partes inter se decertantes ad eamdem remisit, a qua propterea rogatus clar. mem. Cardinalis Barberinus Abbas Commendatarius, ut quæstionis momenta, sententiamque suam dignaretur aperire jura a Collitigantibus adducta hisce verbis perstrinxit. ,, Hi enim (*nimi-*

rum

,, *rum Canonici*) negant, ejusmodi Indultum suffragari Canonico
,, Manfredio ad evadendam dictam pœnam, quippeque cedere debeat loco quotidianarum Distributionum, quæ quidem per Indultum ipsum acquiri prohibetur. Rursus iidem Capitulares contendunt, separanda esse a redditibus Canonicatus, & relinquenda alia scuta quinque pro eo Canonico, qui supplet vices, vel ut ajunt, Turnum absentis, necnon alia scuta vigintiduo pro celebratione Missarum, quæ supponuntur adnexæ Canonicatui, quamvis non exprimatur, utrum ejusmodi Missarum onus insitum sit ipsi erectioni, seu potius ex aliquo Pio Relicto provenerit, habeatque peculiarem redditum ab ipso Canonicatu subjectum; Contra vero Canonicus Manfredius conqueritur de tenuitate redituum sui Canonicatus, siquidem per prætensas reductiones iidem pene absorberentur, ideoque ex indulto prædicto parum admodum utilitatis consequeretur; Subdit enim, mentem Sacræ Congregationis esse, ut Orator ipse tertiam partem dumtaxat ex universis redditibus Canonicatus sui amitteret: *Quibus expositis ita concludit*: Hæc autem utrinque allata, cujus ponderis sint, sapientiori Eminentiarum VV. judicio, eo, quo docet, obsequio, atque animi submissione relinquo.

Pertinet itaque ad Eminentias VV., inspectis juribus in utramque partem hodie asserendis pronunciare.

I. *An Canonicus absens ex causa studiorum teneatur ad pœnam punctaturarum indictam in Statuto Ecclesiæ contra non Interessentes Divinis Officiis*; & quatenus affirmative.

II. *An eadem pœna sit solvenda ex tertia parte fructuum ex Indulto relinquenda, & repartienda Interessentibus*; & quatenus affirmative.

III. *An onera adnexa Canonicatui sint solvenda per Canonicum absentem ex fructibus Canonicalibus reliquarum duarum partium, sive potius ex dicta tertia parte in casu &c.*

Non proposita.

Die Sabbathi 6. Decemb. 1738.



Ogantur Eminentissimi PP. Folium superioris Congregationis resumere, & Dubiis duarum sequentium Causarum, quarum Resolutio hodierno examini reservata fuit, respondere.

FLORENTINA JURIUM PAROCHIALIUM.

Sess. 24. c. 4. de Ref.

I. *An facultas exercendi Curam Animarum, & Functiones Parochiales in Ecclesia S. Stephani de Campio spectet cumulative ad Plebanum, seu potius privative ad Cappellanos in casu &c.*

II. *An Cappellani ejusdem Ecclesiæ in concernentibus Curam Animarum dependeant a plebano in casu &c.*

Ad I. affirmative quod primam partem, & negative quoad secundam. Ad II. affirmative.

Sess. 22. c. 4. de ref.

ROMANA CAPPELLANIÆ.

An una, vel duæ Cappellaniæ sint erigendæ in casu &c.

Duas Cappellanias esse erigendas.

Sess. 22. c. 3. & Sess. 24. c. 12. de ref.

TROJANA PRÆBENDARUM. Cum ingens Terræ motus, qui Civitatem Fogiam sub annum 1731. concussit, plerasque Domos, quarum annui proventus ad Præbendas Collegiatæ Ecclesiæ S.Mariæ spectabant, graviter quatefecerit, ac pene prostraverit, ad consulendum Canonicis, qui aut omnino, aut magna ex parte luctuosam suorum redituum jacturam subierant, & nihilominus assiduum Ecclesiæ servitium præstabant, hæc inter Capitulares, Episcopo officia sua prudenter interponente, inita fuit deliberatio, nimirum, ut universi reditus, tum qui ex Præbendis percipiuntur, tum qui pertinent ad massam communem distributionibus quotidianis destinatam in unum conferrentur acervum, indeque primum sumerentur ducati mille in reparationem Domorum impendendi, quidquid vero fructuum reliquum esset, detractis necessariis Ecclesiæ sumptibus, inter Canonicos, qui Divinis Officiis intersunt, ex æquo repartiri deberet, atque ita tandiu servaretur, donec Ædes, quæ ruinam passæ sunt, reparatæ forent; absoluta autem reparatione, tertia pars ex toto annuorum redituum cumulo deinceps separaretur, eaque cederet in distributiones quotidianas, reliquæ vero duæ partes itidem ex æquo partiendæ singulorum Canonicorum Præbendas constituerent.

Deliberationem hanc laudavit, approbavitque Sacra Congregatio; discussis quippe ad petitionem trium ex dictis Canonicis recusantium suas Præbendas, quæ salvæ, & incolumes ab omni Terræmotus damno evaserant, ad sublevandam aliarum Præbendarum inopiam, & calamitatem conferre, binis hisce Dubiis -- *I. An omnia Bona tam massæ communis, quam Præbendalia coacervari debeant ad effectum deinde dividendi reditus juxta modum ab Episcopo, & majori parte Capituli approbatum, & quatenus negative. II. An, & quomodo sit providendum, tam Ecclesiæ, quam Dignitatibus, & Canonicis, quorum Fundi Præbendales, vel omnino, vel in parte perierunt in casu &c.*, -- die 6. Decembris 1732. rescriptum fuit -- *Ad I. affirmative. Ad II. Provisum in primo*, repropositaque Causa sub consueto Dubio, -- *An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.* die 10. Januarii 1733. prodiit Resolutio -- *In decisis juxta modum, videlicet, ut, durante provisionali coacervatione redituum, quidquid erit de jure solvendum pro pensionibus solvatur ex acervo eorumdem redituum; quo vero ad damnum, quod proveniat a culpa, & facto Canonicorum, ad Episcopum pro extrajudiciali illius recognitione; Quo demum ad prorogationem temporis, & quantitatem annuæ summæ erogandæ in reparatio-*

rationem domorum, ad eumdem Episcopum pro suo arbitrio, & prudentia, - ut in *lib*. 81.*Dec.p.*1.

Consentanee ad præmissas Resolutiones Episcopus, cui earum executio fuerat commissa, ita edixit ,, Nos hujusmodi Decreto, ut par est,
,, inhærentes, mandamus, idem Decretum ad unguem executioni
,, demandari, & pro nunc, ut ad effectum deveniatur, decernimus,
,, quod a prima die proximi Mensis Maii omnia Bona massæ com-
,, munis, tam corpora, ut ajunt, volantia, quam Præbendæ omnium
,, Canonicorum cum effectu coacerventur, necnon pro coacerva-
,, tis haberi volumus omnino, itaut unum corpus, & unus acervus
,, ex omnibus reditibus efficiatur: inhibentes interea cuicumque ex
,, Canonicis, & Procuratoribus sub pœnis nostro arbitrio &c., ne
,, quid sibi exigant, & approprient ex hisce coacervatis redditibus,
,, statim ac prædicta dies Mensis Maii advenerit, qua constituta
,, concervatione, separamus ducatos septingentos, & viginti æqua-
,, liter dividendos inter Canonicos pro Chori servitio, & punctatu-
,, ra: itidem alios ducatos centum quadraginta novem, & asses qua-
,, draginta pro solvendis pensionibus, juxta tenorem ejusdem De-
,, creti Sacræ Congregationis Concilii, quibus pensionibus subja-
,, ceant nonnulli Canonicatus; Itidem quidquid erit impendendum
,, pro præcisis oneribus, veluti subsidiis annuorum censuum Capi-
,, tuli ejusdem; reliquum vero explicitum, & ab omni solutum pon-
,, dere, quod superest, erogare in reparationem stabilium, manda-
,, mus, prætera mandamus, omnes fructus provenientes ex Bonis
,, supradictis coacervatis exigi debere a duobus ex Canonicis, seu
,, Procuratoribus in pleno Capitulo eligendis, qui sic electi tenean-
,, tur deponere tantum As penes Dominum Archipresbyterum
,, Collegiatæ Ecclesiæ, cui erit curæ pro reparationum opportunita-
,, te dictam summam superestitem ab omnibus enunciatis oneribus
,, tradere. Absoluta demum reparatione integrali omnium sta-
,, bilium, sive Massæ communis, sive Præbendalium, sive Corpo-
,, rum, quæ vocant volantia, reservamus per æquationem Præben-
,, darum ab eadem Sacra Congregatione Concilii in citato Decre-
,, to demandatam.

Quia vero decem Canonici majorem Capituli partem constituentes, quorum Præbendæ nullo gravantur pensionis onere, posthabitis, tum Sacræ Congregationis Resolutionibus, tum relato Episcopi Decreto, curarunt memoratas Domus impetu dicti Terræmotus concussas restaurari, non quidem ex fructibus omnium Præbendarum simul cumulatis, sed ex pluribus Capitalibus Censuum in summa ducatorum mille a Debitoribus Capituli interea restitutis, deindeque, facta æquali divisione, unusquisque Canonicus ptopriam retinuit Præbendam in annuo reditu Ducatorum centum, (ante recensitam quippe Terræmotus calamitatem quælibet ex dd. Præbendis ducatos centum viginti septem circiter reddebat,) Canonicus Franciscus Garzillo perpendens, quod, si detrahatur summa ducatorum centum pro cujusque Canonici Præbenda, parum, aut nihil fructuum superest pro quotidianis distributionibus, & pro solvendis Pensionibus, quodque non omnes domus antedictæ, sed aliquæ dumtaxat ex parte fuerunt hactenus ex enunciatis censuum capitalibus restauratæ, ad consulendum servitio Ecclesiæ, quod facile, deficienti-

bus

bus quotidianis diſtributionibus, imminueretur, iti demque ad reparandum detrimentum, quod ſibi obveniret, ſi redituum coacervatio non fieret, & penſio, qua in viginti duobus ducatis gravatur, ex eorumdem redituum cumulo non perſolveretur, Sacrum hunc Conſeſſum adire ſtatuit poſtulans, executioni demandari memoratas Reſolutiones; quas authumat in hanc uſque diem juxta mentem Sacræ Congregationis non fuiſſe adimpletas.

Præterea cum idem Garzillo contendat, non ſolum ſex Canonicos, qui ad hanc litem agendam mandatum procuræ exararunt, verum etiam totum Capitulum teneri ad ſumptus hujuſce litis, quippeque in Eccleſiæ utilitatem, & commune totius Capituli commodum ſit ceſſura, ſibi vero a tempore, quo e Civitate Fogiæ diſceſſit Almam hanc Urbem petiturus, ut eidem liti aſſiſteret, tradi debere quotidianas diſtributiones; præter primum Dubium concernens dictarum Reſolutionum executionem, obtinuit duo alia ſubſcribi Dubia duplicem ſubalternam controverſiam complectentia, ad quorum deciſionem conferre videntur ea, quæ adnotata fuerunt in *Ruben. Expenſarum* 11. *&* 25. *Septembris* 1734., *in Aquilana Diſtributionum* 7.*Julii* 1736., *in Viterbien.* 28. *Septembris* 1737., *& in Conchen. Fructuum*, *& Diſtributionum* 23. *Januarii*, *&* 6. *Februarii* 1734.

Placeat igitur Eminentiis VV. pronunciare,

I. *An Reſolutiones hujus Sacræ Congregationis diei* 6.*Decembris* 1732. *&* 10. *Januarii* 1733. *ſint in omnibus exequendæ*; *ſeu potius aſſerta diviſio noviter facta ſuſtineatur in caſu &c.*

II. *An*, *& qui teneatur ad expenſas hujus litis in caſu &c.*

III. *An*, *& a quo tempore debeantur diſtributiones quotidianæ Canonico Garzillo in caſu &c.*

Ad I. Affirmative quoad primam partem, & negative ad ſecundam. Ad II. expenſas, quæ fiunt pro executione Reſolutionum detrahendas eſſe ex communi Maſſa Capitulari; ad reliquas vero teneri de proprio Canonicos contradictores. Ad III. deberi a die diſceſſus.

Seſſ.24. c.1. de ref. Matr.

TRANEN. MATRIMONII. Contendente Antonia Breſcia Matrimonium inter ſe, & Dominicum Pellegrinum Sforzia ſub noctem diei 2. Julii 1720. coram Joanne Baptiſta Faſano Metropolitanæ Eccleſiæ Archipresbytero proprio Parocho, pluribuſque coram Teſtibus fuiſſe initum; contra vero authumante memorato Dominico Pellegrino, ſponſalia dumtaxat ea nocte celebrata fuiſſe, vel ſi verba utrinque prolata Matrimonium ſonarent, illud tamen, veluti extortum a metu ſibi per Franciſcum Paulum Breſcia germanum Antoniæ fratrem incuſſo, validum, legitimumque cenſeri non poſſe, inſtructa inde fuit ad petitionem Antoniæ primum in Archiepiſcopali Curia, deindeque anno ſcilicet 1722. in Supremo hoc Senatu judicialis controverſia, cujus definitio poſt adeo diuturnum temporis intervallum nomine tam Dominici Pellegrini, qui interea temporis aliam Fœminam in Uxorem duxit, liberoſque ex ea procreavit, quam Antoniæ peroptantis honori ſuo conſulere, enixe efflagitatur ſub Dubio jampridem ſubſcripto, & inferius apponendo.

Memoratus Archipresbyter Faſano, juſſus Archiepiſcopalem Curiam de aſſerta Matrimonii celebratione inſtructam reddere, facti ſeriem

mox

mox recensendam sub juris jurandi Religione perscripsit -- *Alli 2. Luglio di questo corrente anno 1720. verso le quattr'ore, e mezza di notte in circa venne in mia Casa il Sacerdote Francesco Paolo Brescia di questa pred. Città con dirmi* -- per amor di Dio, faccia favore venire in questa mia Casa per un negozio di somma premura -, *e dimandandoli*, -- che cosa fusse, forse per qualche Infermo? -- *lui mi disse* di nò, che era negozio di altra premura, *e dimandandoli*, che cosa era, *rispose di nuovo*, che in sua Casa vi stava uno trovato con sua Sorella, *ed io a questo li risposi*, che io non poteva rimediare, e che avesse andato a Monsignor Arcivescovo, o che l'avessero fatto mettere priggione, *e di nuovo ripetendo detto Sacerdote Brescia* per amor di Dio fammi questa grazia, lo venga a riconoscere, *ed io mosso dalla pietà, stante era Casa tutta di Figliole, dissi*, -- in ciò non posso far altro di venire a farli dare parola di Matrimonio, seu sponsali de futuro, *e rispose detto Brescia* -- Si Sgnore appunto questo, *e nel mentre io mi vestiva li soggiunsi più volte, che* dopo date le parole l'avesse fatto mettere priggione, *ed entrato dentro, trovai il Rev. Canonico D. Nicola Stampacchia, D. Carlo Azzimatore, e de Feo Carnevale con Poppa sua moglie, con tutte le genti della Casa, e Domenico Pellegrino Sforzia appoggiato ad una Botte; Tutti nel basso dentro il portone di detta Casa, io vedendo tutti questi prenominati mi protestai con dire*; Signori miei, io non posso dare altro passo, se non far dare parola di Matrimonio --, *ed immediatamente dissi ad esso Domenico Pellegrino* -- Signor Pellegrino non promette V.S., sbrigato, che sarà il Decreto della Curia Arcivescovale, di sposare la Figliola, e compire alla tua coscienza. *Il detto rispose* di sì, e per questo io stò qui, *così replicai alla Figliola*, -- non promette ancora V. S. così, *e non avendo subbito risposta, dal detto D. Carlo Antonio Azzimatore si disse alla Figliola, la quale stava seduta a terra dietro alle genti, brutta bestia, non vuoi rispondere al Signor Arciprete; allora rispose similmente* di sì, *ed io a questo risposi* -- figli, siate benedetti da Dio che questo vi aggiuterà -- *dopo questo detto Domenico Pellegrino Sforza venne vicino a me, & in presenza di tutti, e disse*, -- Lasciatemi adesso andare in mia Casa ad accomodare le cose mie, *ed io gli risposi*, -- Figlio non tocca a me dare questa licenza, perchè io non sono altro, che primo Testimonio de Sponsali *de futuro già contratti*; *e detto Pellegrino replicò, stante dietro la porta, vi stava il Sig. Tommaso Palumbi Mastro giurato di notte*, -- per amore di Dio non mi fate andare carcerato, ma lasciatemi andare in mia Casa senza far sapere niente a miei Fratelli, perchè domani mattina tornerò subito a sposare, *ed io gli risposi*, figlio, questi vogliono assicurare il fatto loro; *alla fine detto Pellegrino con detta Brescia risposero con gl'altri, farlo stare la notte insieme con d. D. Francesco Paolo Brescia Fratello di detta figliuola nella medesima casa, ed in mentre me ne ritornai in mia casa accompagnato da d. Sig. Tommaso Palumbi Mastro giurato, il qual per strada mi disse*, che aveva inteso il tutto da dietro il portone &c. --, & infra exponens, se sub mane sequentis diei adiisse Archiepiscopum, ut licentiam assistendi huic Matrimonio obtineret, hæc subjunxit -- *Venne il Diacono D. Ottavio de Mondellis, e ci disse, che già è fuggito il d. Pellegrino Sforza, e si è posto sopra la Chiesa di tutti i Santi &c., e detto Monsignore Arcivescovo mi disse, che*

che fossi andato nella Chiesa , ove si ritrovava d. Sforza , a domandargli, perche non voleva sposare, quando la notte antecedente aveva date le parole, io essendo andato in detta Chiesa, gli dissi le simili parole, cioè, figlio, questa notte avete data parola di sposare, ed ora ve ne uscite, non la fate da Christiano: *lui mi rispose*, che lui aveva promesso di sì per timore di non essere ammazzato .

Attestationem hanc potissime expendendam proponit Dominicus Pellegrinus Sforzia , eamque studuit aliorum quoque Testium depositione communiri, ut inde demonstret, sponsalia dumtaxat , non autem Matrimonium fuisse contractum ; Antonia vero præter juratam suam declarationem plures induxit Testes, qui examini in Curia Archiepiscopali subjecti deposuere ; Primo , quod Franciscus Paulus Antoniæ frater deprehenderit *che Pellegrino Sforza stava assieme con Antonia Brescia sua sorella, ed advendogridato esso D. Francesco dicendogli* -- che stai facendo qui in Casa mia , *esso Pellegrino rispose, e lo pregò, dicendogli* , *che* per amor di Dio non avesse fatto pubblicità, mentre lui era venuto, non per mal fine, ma perchè voleva per moglie la Signora Antonia Brescia sua sorella , *la quale anche era uscita da dentro detta Camerella* , *e detto Sforza soggiunse dicendo*, che siccome aveva fatto il peccato, così era di bene, che lui stesso ne avesse patito la penitenza, *dicendo*, che la voleva per moglie , *e passegiando esso Pellegrino avanti Noi* , *li disse detto D. Francesco Paolo*, giacchè la vuoi per moglie , voglio andare a chiamare il Signor Arciprete , *ed il sudetto Pellegrino gli disse*, che fosse andato a chiamarlo, mentre era suo gusto; - Secundo , quod Archipresbyter domum Fratrum de Brescia vix ingressus quæsivit, quid sibi foret agendum: Pellegrinus vero hoc dederit responsum -- *Io ho fatto il peccato, e perciò io voglio la Sig. Antonia per moglie* ; Tertio, quod idem Archipresbyter interrogavit Pellegriuum - *Sig. Pellegrino vuoi per moglie la - Sig. Antonia?* deindeque Antoniam, - *Sig. Antonia vuoi per marito il Signor Pellegrino ?* - utroque autem respondente - *Signor sì* - , hæc subjunxerit verba - *Quod Deus conjunxit , homo non separet* - ; Et quarto demum, quod sæpedictus Pellegrinus post initum Matrimonium hæc protulerit verba - *Che servono queste farsate, quando io ho fatto il Matrimonio, e dormo qui questa notte? Signori miei, e notte, io hò sposato, e perciò se ne possono andare felicissimi , mentre io resto a dormire quà questa notte* .

Hæc sunt, quæ spectant ad inspectionem , num scilicet initum Matrimonium , vel potius celebrata fuerint tantum sponsalia per verba de futuro, Quod autem attinet ad metum, quo Pellegrinus affirmat, se fuisse a Fratre, aliisque Consanguineis Antoniæ ea nocte coercitum, satis ille probari contendit, tum ex eadem attestatione Archipresbyteri , qui Pellegrinum de fuga arrepta arguens hisce verbis - *Questa notte avete promesso pigliarvi per moglie la magnifica Antonia Brescia; e poi vi siete rifuggiato in questa Chiesa , non la fate da Christiano* , - responsum hoc a Pellegrino accepisse narravit , - *Io ho detto di sì per timore di non essere ammazzato*, tum etiam ex depositione Sacerdotis Caroli Antonii Azzimatore, aliorumque Testium asserentium, dictum Pellegrinum promisisse, se Matrimonium cum Antonia inturum, *per timore di non essere ammazzato, e di non essere aggravato* .

Verum

Verum præter pluries facti circumstantias, quas in exclusionem dicti metus late expendit Defensor Antoniæ, est præsertim animadvertendum, memoratos Testes non de gravibus minis, ac violentiis Pellegrino in specie illatis, & ex propria, & certa scientia perhibuisse testimonium, sed de metu quodam in genere, & ex ipsiusmet Pellegrini ore deposuisse; Cum de cetero non quicumque metus sufficiat, sed gravis, & in constantem virum cadens requiratur, ut illius causa Matrimonium invalidum judicetur, prætereaque in Jure receptum sit, eumdem metum debere hunc in finem ex Testibus fide dignis concludenter probari, juxta expressos *Textus in Cap. Requisivit Cap. Gemma. Cap. Veniens il 2. cap. Cum secundum cap. Cum de Muliere; Cap. Ad id cap. Consultationi de Sponsal. & Matrim. & in cap. Ex literis de Desponsponsat. Impuber.*, & alios, quos late cumulavit *Rot. in Magistrali Dec. Romana Matrimonii prima Julii* 1726., & in illius confirmatoria edita *sub die* 2. *Maii* 1727. *cor. Ratto*.

Perpensis itaque Juribus fusius in utramque partem afferendis, nec non inspecta Relatione Archiepiscopi, qui post recensitam praxim suæ Curiæ circa Matrimonia clandestina, videlicet „ di procedersi „ (*ut ipse inquit*) al divieto di potere i Sposi assieme coabitare, sin „ tanto che si adempisce alle denuncie, e alle debite solennittà, e si „ puniscono ancora con pene canoniche, -- *ita concludit* -- Per os„ servanza dunque di tal prattica nel Matrimonio seguito clande„ stinatamente anni addietro trà essa Antonia Brescia, e Domenico „ Pellegrino Sforza, perchè, omesse tali solennità, e requisiti, quan„ tumque seguito fosse avanti del proprio Paroco, fece da me ri„ corso il Sacerdote Francesco Paolo Brescia fratello di essa Anto„ nia a chiedermi il permesso di potersi adempire a quelle solenni„ tà ricercate, che furono omesse in esso Matrimonio, e come che „ in esso atto della permissione da me data riuscì ad esso Pellegrino „ Sforza sfugirsene da questa Città, non proseguì ad altro „ dignabuntur Eminentissimi PP. statuere.

An constet de Matrimonio in casu &c.

Dilata, & examinentur Testes formiter juxta instructionem.

ROMANA SUBSIDIORUM DOTALIUM. Maria Boncompagni, scriptis ex æquo hæredibus Thoma, & Ursula Philippi Fratris sui Filiis, quosdam reliquit censûs Ven. Societati Sanctissimæ Annunciationis „ col peso, ed obligo di dare ogn'anno in perpetuo „ nel giorno dell' Assunzione della Beatissima Vergine numero „ quattro doti di scudi cinquanta l'una a quattro povere Zitelle ad „ effetto di monacarsi -- *adjecta tamen hac lege*, -- se vi saranno Fi„ glie femine della Sig. Orsola Boncompagni mia Nepote Moglie „ del Sig. Roberto Orsini, che il frutto delli Censi si debba assegnare „ per spazio d'anni due, o vero fintanto che arriverà alla somma „ di scudi quatrocento alle medesime figlie femmine da comin„ ciarsi, quando saranno in età d'anni quatordici, o quando sarà „ fatta istanza dal Padre, o Madre di dette figlie con ordine di „ età fintanto, che nasceranno, de' quali scudi quatrocento dette Fi„ glie femmine se ne possano servire per maritarsi, e monacarsi vo„ lendo, che in tali casi se li debbano far pagare prontamente, e *Sess. 22. c. 6. de ref.*

,, ſenz'alcun vincolo , o eccezione da Sig. Officiali di detta Com-
,, pagnia &c. E queſta mia diſpoſizione voglio ancora ſi oſſervi, &
,, abbia luogo nelle Figlie femine delli Figlioli maſchi delli dd.
,, Signori Roberto,& Orſola , le quali debbano godere d. aſſegna-
,, mento di ſcudi quatrocento per ciaſcheduna ad effetto di mari-
,, tarſi,o monacharſi nel modo,e forma,che ho diſpoſto di ſopra in
,, perpetuo durante la loro linea maſcolina ,

Sub ejuſmodi Teſtamentariæ diſpoſitionis præſidio Maria Thereſia una ex Filiabus d.Thomæ Boncompagni hæredis una cum Urſula inſtituti; ſupplicem porrexit Summo Pontifici libellum , ubi exponens,quod ,, preſentandoſele opportuna congiuntura di allocarſi in
,, Matrimonio con Perſona di nobile condizione, e non potendo a
,, cauſa, de'gravi pregiudizi ſofferti nel proprio Patrimonio dargli
,, quella dote che egli deſiderarebbe, *Sanctitati Suæ humiliter ſup-*
,, *plicavit* , a facilitare tal'accaſamento, ordinando, che ſenza pre-
,, giudizio di tutti gli altri aſſegnamenti , ſuſſidi , ragioni proprie ,
,, ſuſſidi dotali,& altro ottenuto,e da ottenerſi dall' Oratrice, deb-
,, bano li Priori,ed Officiali di detta Archiconfraternita pagare al-
,, la medeſima in caſo di Matrimonio li narrati ſcudi quattrocen-
,, to , come dovrebbero pagare alle Figlie Femine di Caſa Orſini ,
,, derogando , a tale effetto a tutto ciò , che foſſe in contrario .

Cum autem preces iſtæ fuerint ad hanc Sacram Congregationem pro voto remiſſæ , rogatus fuit Eminentiſſimus D. Cardinalis Corſinus dictæ Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciationis Protector, ut de petitionis merito eamdem Sacram Congregationem inſtrueret,auditis prædictæ Societatis Rectoribus,ſive Deputatis, qui proinde ab Eminentia Sua excitati ſeſe contradictores præbuere , iiſdemque poſtmodum acceſſit Comes Alexander Urſini acrius ſe opponens eo potiſſime ſub obtentu , quod juxta enunciatam Teſtatricis diſpoſitionem Dos in ſumma ſcut.400. Flaviæ Filiæ ſuæ , licet in tenera novem circiter annorum ætate adhuc conſtitutæ debeatur , adeoque in ipſius detrimentum aſſignanda minime ſit Mariæ Thereſiæ Oratrici .

At urgens eadem Maria Thereſia propoſitionem Dubii , quod in hac Partium conflictatione oportuit ſubſcribere,inferius apponendi,putat imprimis, ſibi maxime ſuffragari regulam paſſim receptam, qua Puellæ , vel originem ex Teſtatore trahentes , vel de ipſius extantes familia ex veriſimili ejuſdem Teſtatoris mente nedum Puellis extraneis in aſſecutione ſubſidiorum dotalium incertis Perſonis aſſignandorum præferuntur , verum etiam ſæpiſſime obtinent , plures ex ejuſmodi Dotibus,prævia Summi Pontificis diſpenſatione, in unũ cumulari , quo ſibi de congrua dotatione provideatur , uti ſignanter contigit , re ab hoc Sacro Senatu diſcuſſa , in *Romana Applicationis Legati* 20. *Septemb.* 1692. *in alia Romana Dotium* 2. *Octobris* 1717. *&* 24. *Septembris* 1718. *in Piſtorien. Subſidiorum Dotalium* 22. *Septembris* 1731., *& in Camerinen. Subſidiorum Dotalium* 8. *Auguſti* 1733. *& in Panormitana Subſidiorum Dotalium* 15. *Januarii* 1735.

Præterea gratiam,quam poſtulat,eo magis ſibi non denegandam blanditur Oratrix , quod Angela altera ex ſuis Sororibus , cum ob eamdem rei familiaris anguſtiam non poſſet Religioſum habitum induere,ac ſolemnem emittere Profeſſionem in Monaſterio S. Sylveſtri in Ca-

in Capite, ubi educationis causa degebat, nisi ex dotalibus subsidiis a memorata Maria Boncompagni relictis scuta 400. sibi traderentur, prævio Sacræ hujus Congregationis suffragio, petitam summam scutorum 400. sibi obtinuit a s.m. Clemente XI. assignari, quemadmodum constat ex Apostolico Brevi sub diem 2. Januarii 1719. expedito, & legendo in ejusdem Oratricis *Summ. n.* 2.

Duo tamen adversus hæc potissimum opponuntur: alterum scilicet, quod Testatrix instituit quidem hæredem Thomam æque ac Ursulæ disposuit „ Se vi saranno figlie femine della Sig. Orsola, che il „ frutto delli Censi si debba assegnare per spazio d'anni due, ovve- „ ro fintanto che arriverà alla somma di scudi quatrocento alle „ medesime Figlie &c. per maritarsi, ò monacarsi -- , è contra vero parem favore Filiarum Thomæ dispositionem non fecit, adeoque non eadem quoad istas, qum potius opposita censenda sit Testatricis voluntas: alterum vero, quod Testatrix ipsa sub finem suæ dispositionis propriam clarius explicans mentem jussit „ che in niun „ modo, ne sotto qualsivoglia pretesto, o causa benchè necessaria, e „ necessarissima etiam di congiunzione di sangue si possa mai da „ nessuna Persona domandare, o fare istanza per la derogazione, ò „ commutazione di questa mia volontà in nessun tempo, ma facen- „ dosi altrimente, s'abbia per non fatto, & in oltre quelli, o quelle, „ che domandassero simili derogazioni, voglio, che ne siano total- „ mente incapaci, & in caso si domandasse, voglio, & espressamen- „ te comando, che nell'istessa supplica, o richiesta, & istanza, che si „ farà, debba esprimersi de verbo ad verbum tutto questo Capito- „ lo, e non esprimendosi sia tutto nullo, e surrettiziamente ottenu- „ to, e tutto questo, acciochè la benigna mente di chi spettasse la „ facoltà di derogare, o commutare, sia nota questa mia precisa vo- „ lontà, e si degni ordinare, che sia inviolabimente, e precisamente „ osservata nel modo, e forma sopradetta, perchè questa è la mia „ precisa disposizione, e non in altra maniera &c.

Prælaudatus Eminentissimus Cardinalis Corsinus referens super precibus tam Mariæ Theresiæ, quam Annæ Camillæ, & Septimiæ ejus Sororum, quæ pariter efflagitabant, similem scutorum 400. dotem ex memoratis subsidiis dotalibus conflandam sibi assignari, post expositam facti seriem superius descriptam, in hæc verba concludit „ Quod autem ad votum meum spectat, animadvertebam pro „ parte affirmativa, & favorabili Puellis de Boncompagnis sup- „ plicantibus, quod pro concessione hujusmodi subsidii dotalis fa- „ ciebat casus jam sequutus concessionis ejusdem subsidii dotalis „ largitæ d. Puellæ Angelæ de Boncompagnis Sorori Supplican- „ tium nunc Moniali; unde militare videretur pro iis easdem ra- „ tiones, quas consideravit hæc Sacra Congregatio pro concedendo „ earum Sorori subsidio dotali, ut inde orta videri posset observan- „ tia eodem casu, & in eodem genere, & gradu Personarum. In „ contrarium vero facere videbatur, quod d. Puella Angela de „ Boncompagnis Soror Puellarum supplicantium nunc Monialis „ professa in d. Monasterio petebat subsidium dotale pro nubendo „ in Domino, quod est magis conforme dispositioni dictæ piæ Te- „ straticis, quæ mandavit eadem subsidia dotalia distribui Puellis, „ quæ nuberent in Domino; supplicantes vero Puellæ Sorores pe-

„ tant hujufmodi fubfidium dotale fcutorum 400. pro qualibet pro
„ nubendo in Sæculo.

Superius adnotata refpiciunt potiffime preces Mariæ Therefiæ, quæ fola ob nuptias a fe quam primum ineundas pro Caufæ definitione mox plurimum inftabat; verum poft hæc fcripta cum præfatæ Anna, Camilla, Septimia ejufdem Mariæ Therefiæ, Sorores enixe poftulaverint, fuas quoque preces in hac eadem Congregatione proinde juribus circumferendis, dignentur EE. PP. ad Dubium earum omnium petitionem complectens refpondere.

An, & cujus favore fit confulendum Sanctiffimo pro Gratia in cafu &c.

Affirmative pro nunc favore Mariæ Therefiæ, & amplius.

Seff. 24. c. 13. de Ref.

CONIMBRICEN. CONGRUÆ. Exponentes Abbatiffa, & Moniales Monafterii S. Claræ extra mœnia Civitatis Conimbricenfis, unitas jampridem fuiffe eidem Monafterio binas Parochiales Ecclefias una cum omnibus earum fructibus, & Juribus, alteram fcilicet S. Petri de Govvea a Summo Pontifice Joanne XXII., & alteram S. Mariæ de Pena Cova a Bonifacio IX., ut ejus inopiæ, ac paupertati ex reditibus, qui, præftita congrua Vicariis ad dd. Parochiales deputandis, fupereffent, aliqua ratione confuleretur, reditus vero earumdem Parochialium ita unitarum, poft conftitutam fingulis earum Vicariis Congruam in tertia parte fructuum ex unaquaque Parochia percipiendorum, fucceffu temporis adeo excreviffe, ut Vicarius Parochialis Ecclefiæ S. Petri de Govvea annua fcuta 600., & alter Ecclefiæ S. Mariæ de Pena Cova fcuta circiter octingenta nomine Congruæ percipiant, fupplicarunt, unamquamque ex enunciatis Vicariorum Congruis veluti nimiam, & Monafterii in fumma rerum anguftia conftituti enormiffime læfivam, fecuto eorumdem Vicariorum obitu, ad fcuta quinquaginta juxta Conftit. 47. S. Pii V. reduci.

Juffus Ordinarius fuper ejufmodi Monialium precibus Sac. Congregationem inftructam reddere, auditis Rectoribus, five Vicariis dictarum Parochialium Ecclefiarum, fuamque fententiam aperire, retulit, utrofque Monialium petitioni contradicere potiffimum ex his momentis; Primo, quod fuæ Ecclefiæ debeant in eodem ftatu, in quo a tribus ferme fæculis conftitutæ reperiuntur, confervari; Secundo, quod memorati earum reditus fuerint labore, ac induftria Vicariorum paulatim adaucti; Tertio, quod iidem reditus, tum in Pauperum ibi degentium fuftentationem, tum in Sacras Ecclefiarum Supellectiles erogentur; Quarto, quod ex petita Congruæ reductione fibi adimatur facultas renunciandi Parochias, refervata penfione; Et quinto demum, quod ipfi teneantur, nedum Epifcopalia Jura annuatim perfolvere, aliaque onera fuis Ecclefiis adnexa fubire, verum etiam debeant Sacra Supellectili providere plures Ecclefias, quas vocant fuffrageneas dictarum duarum Parochialium, atque illarum Parochis, feu Rectoribus annuas Congruas præftare adeout nihil, detractis mox enunciatis oneribus, ac fumptibus, ultra congruam ipforum fuftentationem fuperfit, quod valet in beneficium prælaudati Monafterii fine evidenti Vicariorum, Pauperum, ac ipfarum Ecclefiarum detrimento erogari.

Idem

Idem vero Ordinarius, quod attinet ad sensum suum, postquam præmisit, satis ex legitimis Documentis compertum esse, Oratrices reditus sufficientes non ,, habere ad congrum sustentationem octo-
,, ginta Monialium (quia tot sunt, ut pictum est) propter Ancillas
,, ministerio Ordinis præcisas, ad ornandamque decorosè Eccle-
,, siam suam, & ad sumptus, oneraque Monasterii, quod est vere
,, oppignoratum, qua de causa sunt adstrictæ ad fænerendas pecu-
,, nias, Dotesque Novitiarum intrantium consumendas, cum po-
,, tius eas fænerare deberent -- *illum in hæc verba explicuit* -- Qui-
,, bus attente, & ponderatis pro meo arbitrio, sensuque animi mei
,, exponerem, justum, & consentaneum esse, ut oratricibus conce-
,, datur gratia, quam ab EE. VV. implorant, itaut post mortem cu-
,, juscumque Parochi remaneat unita, & applicata Monasterio ea
,, pars fructuum, redituum, & proventuum, quam quilibet eorum
,, percipit, assignando singulis singularum Ecclesiarum Parochis
,, pro congrua annuatim solvenda octoginta ducatos auri de Ca-
,, mera, deindeque Oratrices maneant adstrictæ ad fabricandas Ec-
,, clesias principales utriusque Parochiæ, suasque suffraganeas
,, (vulgo annexas) ornatu toto necessario, & ad persolvendum Co-
,, adjutoribus Ecclesiarum principalium, & Parochis singularum
,, Ecclesiarum solitas Congruas annuas, & tributum (vulgo Co-
,, leheita), cæteraque Jura Pontificalia de more solvenda. Etiam-
,, que cum non minus præcipuum sit, & necesse pro Pauperibus at-
,, tendere, justum arbitror, ut ex toto acervo fructuum redituum,
,, ac proventuum modo noviter Oratricium Monasterio applicato-
,, rum, extrahantur certæ mensuræ frumenti illis distribuendæ,
,, utpote centum, & viginti modii frumenti (vulgo Alqueires de
,, pam) ex fructibus de Govvea; scilicet centum pauperibus Ec-
,, clesiæ principalis, & decem singularum duarum Ecclesiarum
,, Pauperibus applicati, qui constituunt prædictam quantitatem
,, centum, & viginti modiorum. Et ex acervo fructuum de Pena
,, Cova centum, & triginta modii (vulgo Alqueires) frumenti:
,, Videlicet centum Pauperibus Ecclesiæ principalis, decemque
,, pauperibus singularum trium Ecclesiarum suffraganearum appo-
,, siti, qui constituunt numerum centum, & triginta modiorum
,, frumenti. Denique non minus Frabricis singularum, tam prin-
,, cipalium, quam suffraganearum Ecclesiarum consulendo, æquis-
,, simum mihi videtur, Oratrices ex prædicto utriusque Ecclesiæ
,, acervo persolvere singulis annis Frabricis Ecclesiarum, tam prin-
,, cipalium, quam suffraganearum, videlicet fabricæ utriusque
,, principalis Ecclesiæ quatuor ducatos auri de Camera cum de-
,, cem juliis ex frabricis singularum suffraganearum duos ducatos
,, auri de Camera cum quinque juliis, ut ita occurratur eventibus,
,, & penuriis fructuum temporum, & ut par est Ecclesiæ decorose
,, sint tractandæ.

Deliberandum itaque ab EE. PP. erit.

An, & quomodo sit locus reductioni Congruæ in casu &c.

Esse locum reductioni juxta votum Ordinarii.

CAPUANA PROFESSIONIS FIDEI. Jo. Franciscus Palmerius a S. Sede sub mensem Junii superioris anni Canonicatu, seu Præbenda *Sess. 24. c. 12. de ref.*

benda Diaconali provisus in Metropolitana Ecclesia Capuæ, cum ejusdem Canonicatus possessionem per Procuratorem cœpisset, animadvertens, veterem in dicta Ecclesia vigere consuetudinem seu Statutum, quo Canonici recens provisi, & possessionem per Procuratorem adepti nequeunt ad ullam fructuum, & emolumentorum participationem admitti, nisi prius servitium aliquod Choro, Ecclesiæque præstiterint, supplicem Sacræ huic Congregationi porrexit libellum, quo, expositis tum recensita Canonicatus possessione a se per Procuratorem accepta, tum memoratis dictæ Ecclesiæ consuetudine, seu Statuto, addensque, munus Vicarii Generalis, & Rectoris Seminarii Montis Falisci nuper sibi fuisse ab Eminentissimo Episcopo commissum, propter quod se conferre ad residentiam sui Canonicatus tunc temporis non poterat, humilime postulavit, sibi Indultum non residendi una cum facultate percipiendi fructus ejusdem Canonicatus impertiri, illudque sub diem 28. Septembris 1737. obtinuit *per annum tantum, si tandiu in supradictis muneribus perduraverit*, adjecta clausula, *ut interim omnes ejus fructus a die adeptæ possessionis per Procuratorem, præmissa consuetudine, seu Statuto minime obstantibus, percipere valeat, amissis tamen Distributionibus quotidianis*.

Subinde vero idem Canonicus Palmerius, cum, prævia Archiepiscopi Capuani licentia Fidei Professionem in manibus dicti Eminentissimi Cardinalis Episcopi Montis Falisci emisisset, quia Capitulum præfatæ Metropolitanæ Ecclesiæ authumabat, enunciatam Fidei Professionem in finem lucrandi fructus ei minime suffragari, sed emittendam fuisse coram Archiepiscopo, & Capitulo ad formam Sacri Concilii Tridentini *Sess.* 24.*c.*12. *de ref.*; idcirco supplicavit Eminentissimis PP. ,, a volersi degnare di ordinare, che venga ,, ammessa la detta professione di fede, e debba reiterarsi dall' Ora,, tore quando sarà in Residenza, con dichiarare ancora, che det,, to Oratore debba godere i frutti in conformità dell' Indulto già ,, concedutogli dall' EE. VV. dal giorno del possesso per Procnra,, torem, come sopra, giacchè l' Oratore fin' ora è stato in tutto sù ,, la buona fede per avere adempito a quanto l' era stato ingionto ,, dal sudetto Monsignore Arcivescovo; -- Sed quia petitioni huic obstitit Capitulum jussu Sacræ Congregationis ab Archiepiscopo Capuano excitatum, subscribi oportuit infrascriptum Dubium, cujus discussio hodie ab EE. VV. assumenda est.

Publicam Ortodoxæ Fidei professionem intra duos menses a die captæ possessionis coram Episcopo, seu ejus Officiali, & in Capitulo coram Canonicis legitime congregatis per se ipso fieri debere ab iis, qui Dignitates, aut Canonicatus in Cathedralibus præsertim, seu Metropolitanis Ecclesiis fuerunt assecuti, sancivit Sacrosancta Tridentina Synodus *Sess.*24.*c.*12. *de ref.* ibi -- *Provisi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo idem* (nempe Fidei professionem) *facere teneantur* --, idque ipsum, redintegrata, nec non ad quoscumque Beneficiatos ampliata mox relata Conciliari Lege, novissime constituit san. mem. Benedictus XIII. in Concilio Romano *tit.* 1.*c.*1., & ita sæpius resolutum fuit a Sacro hoc Tribunali, & signanter *in Valentina* 1610. *lib.*11. *Decret.pag.*91., *& in Sarzanen.*

Profes-

Professionis Fidei 14. *Januarii* 1679. *lib.*30. *Decret.pag.*244. *in Causa*, cui titulus *Dubium Professionis Fidei* 7. *Augusti* 1683. *lib.* 33. *Decr. pag.* 245. *in Calagruitana* 22. *Septembris* 1696. *lib.* 46. *Decr. pag.*420., *& in Ulixbonen.* 2. *Octob.* 1717. *lib.*67. *Decr. pag.*429.

Dignitates vero, & Canonici sanctioni huic obsequi negligentes, licet quotidianis Distributionibus, si Choro intersint, voce in Capitulo, aliisque Juribus, & prærogativis ex Dignitatum, seu Canonicatuum possessione promanantibus non priventur, juxta Resolutiones Sacræ Congregationis, & præsertim in *Regien.*, ubi responsum fuit, -- *Distributiones quotidianas non comprehendi in hoc casu verbis Concilii dicto cap.*12. *sess.*24. *de ref.*, -- ut in *lib.*1. *Decr.pag.*65., & in *Nullius* 1595., in qua rescriptum fuit, *Omissionem professionis Fidei non privare Canonicum supranarratis possessionis effectibus, sed ipsum, & vocem in Capitulo, & Jus præcedendi a die adeptæ possessionis habere, nisi aliud obstet, quamvis professionem Fidei non emiserit*, -- ut in *lib.*8. *Decr.pag.*124.; fructus tamen a die elapsi bimestri decursos non faciunt suos, nec quoad eos percipiendos possessio Dignitatum, & Canonicatuum quidquam ipsis suffragatur, veluti patet ex memorato Tridentini Decreto, ubi post injunctum onus emittendi Fidei professionem ita subjungitur, *Alioquin prædicti omnes Provisi, ut supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur*, & consonant tum Concilium Romanum loc. cit. eamdem pœnam indicens, tum etiam Decretum Sac. Congregationis in *Alatrina* 12. *Februarii* 1661. ita conceptum *Sac. Congr. censuit, Oratorem lucratum fuisse fructus duorum mensium a die captæ possessionis; Reliquos vero usque ad emissam Fidei professionem in Capitulo suos non fecisse*, ut in *lib.*22. *Decr.pag.*451.

Hæc in Jure communiter recepta sunt; verum quia Canonicus Palmerius in nostro themate Fidei professionem intra legittimum duorum mensium terminum emittere non neglexit, solumque dubitatio oritur, num dicta Fidei professio, prævia Archiepiscopi licentia, in manibus Eminentissimi Cardinalis Episcopi Montis Falisci emissa rite, valideque ad præscriptum Tridentini expleta censenda sit, præcipue in finem lucrandi fructus Canonicatus, duo ad absolutam Causæ definitionem superaddenda esse videntur; Alterum scilicet, quod Dignitates, seu Canonici justo aliquo detenti impedimento, quominus se ad residentiam intra duos menses conferre, ibique coram Episcopo, & in Capitulo Fidei professione emittere possint, nequeunt ad Episcopum confugere pro licentia enunciatam Fidei professionem in alterius manibus emittendi, sed Sacram hanc tenentur adire Congregationem, quæ licentiam, seu Indultum faciendi dictam Fidei professionem coram Eminentissimo Urbis Vicario, vel in manibus Datarii, si in Curia reperiantur, aut coram alio Episcopo, in cujus Diœcesi maneant, consuevit elargiri, sub ea tamen salutari clausula, *dummodo, cessante impedimento, ad suam se conferat Residentiam, ibique eamdem Fidei Professionem coram Ordinario, & in Capitulo iterum emittant*, quemadmodum de stylo testatur *Monacell. formul legal. for. Eccl. par.* 1. *tit.*2. *form.* 13. *n.*5., & constat ex Resolutionibus ejusdem Sac. Congregationis *in Nullius* 1597. *lib.*9. *Decr. pag.*4., *in Regien.* 1622. *lib.*12. *Decr. pag.*72. *& in Bergomen.* 23. *Novembris* 1630. *lib.*14. *Decr. pag.*349.

Alte-

Alterum autem est, quod Dignitates, Canonici, cæterique ad Fidei professionem emittendam obstricti, si eam statuto tempore emittere negligant, aut si minus rite illam expleant, coguntur itidem ad Supremum hoc Tribunal recurrere pro facultate eamdem Fidei professionem, etiam elapso tempore, emittendi, aut eam veluti minus rite, ac invalide peractam renovandi, juxta Decretum editum *in Valentina* 1599. *lib*.9. *Decr. pag*.81.; iis vero recurrentibus, solet Sac. Congr. dictam facultatem impertiri,ac fructus etiam eo usque perceptos, si in bona fide fuerint, condonare, sub onere tamen aliquid Pauperibus elargiendi arbitrio Episcopi, vel sui Confessarii, uti præseferunt Resolutionis in *Novarien.* 16. *Martii* 1630., ubi sic habetur -- *Sacra Congregatio condonavit Oratori omnes fructus, quos ob non emissam Fidei professionem suos non fecit, ita tamen, ut eleemosynam arbitrio Episcopi Pauperibus eroget, & quamprimum eamdem Fidei professionem ad Sacri Concilii præscriptum emittat*, ut in *lib*.14. *Decr.p*.250., & in *Bisignanen.* 17. *Augusti* 1630., in qua ita rescriptum fuit, *Sac. Congr., attenta Oratoris bona fide, benigne eidem condonavit omnes fructus hactenus perceptos, ita tamen, ut aliquid eleemosynæ arbitrio sui Confessarii Pauperibus Christi elargiatur*, ut in *lib*.14. *Decr. pag*.316.

Canonicus Palmerius rectam conscientiæ suæ voluntatem, qua Fidei professionem in manibus Eminentissimi Episcopi Montis Falisci peregit, in sui præsidium maxime prætendit, Capitulum vero, cui præfixus fuit terminus ad deducenda jura in Sac. Congregatione, hactenus ea non attulit; Ex præmissis itaque dignabuntur EE. PP. deliberare.

An sit concedenda Sanatoria ad effectum percipiendi fructus Canonicatus in casu &c.

Affirmative, erogata in Pauperes aliqua eleemosyna arbitrio Archiepiscopi sub obligatione repetendi Professionem fidei in manibus ejusdem Archiepiscopi, & coram Capitulo, cum primum advenerit ad residentiam, & amplius.

Sess. 22. decr. de observ., & evit. in celeb. Miss.

MACERATEN. MANSIONARIÆ. Franciscus Bianconi in Testamento, quod sub annum 1684. condidit, duo Beneficia sub titulo Mansionariatuum in Ecclesia S. Salvatoris præcepit erigi *con obligo di celebrare due Messe la settimana per ciascheduno &c. con applicare il Sacrificio secondo la Mente del Testatore medemo, e queste Messe s' abbiano da dire la mattina all' alba per commodo degl' Artisti, e Contadini, che vanno in Campagna, e non potendo detti Mansionari dir le Messe per la malatia, o altro legittimo impedimento, le possono, e debbono far dire, e celebrare ad altri Sacerdoti*, prætereaque aliam voluit institui perpetuam Cappellaniam *con obligo di celebrare due Messe la settimana ad libitum nella Chiesa della Madonna della Fede detta delli Cappuccini vecchi nell' Altare di S. Francesco eretto, e fatto da esso Testotore*, & tandem unum Canonicatum in eadem Ecclesia S. Salvatoris cum omnibus honoribus quibus Canonici ejusdem Ecclesiæ potiuntur *Con obbligo di celebrare due Messe la settimana in detta Chiesa nell' Altare del S. Crocifisso, cioè il Martedì, e Giovedì con applicare il Sagrificio secondo la Mente, ed intenzione*

zione di esso Testatore, con obbligo dell' assistenza al Coro, come li detti Signori Canonici, e non intervenendo, possa, e debba essere puntato, come dalli medemi si costuma, adjecta tamen declaratione, *che il Canonico da lui fatto nella settimana, che sarà Ebdomadario, possa dire le due Messe nell' Altare Maggiore con applicare il Sacrificio, come sopra, e questo per non gravarlo.*

His ita dispositis, rogavit Præfectum, binosque Deputatos Congregationis Artificum, quos in Executores ejusmodi suæ voluntatis elegit ,, acciò faccino elezione di persone atte a questo ministero, ,, e di edificazione, e buon esempio, grate a S. D. M., *iis præterea* ,, *injungens*, che essendovi de Parenti prossimi tanto di esso Testa- ,, tore, quanto di Donna Maddalena sua moglie Uomini abili a que- ,, sti Beneficii, debbano essere preferiti a tutti gl' altri Concorren- ,, ti, e così anco delli Descendenti di suoi, e di sua moglie, tanto ,, di maschi, come di femine provenienti dal primo, e secondo ,, grado di Consanguinità usque in infinitum debbano essere prefe- ,, riti a tutti gl' altri etiam a quelli, che sapranno cantare, ed in ,, deficienza di questi abbiano da eleggere li figli delli Fratelli del- ,, la medesima Congregazione dell' Artisti, ed in questa non s' abbi ,, mai alcun riguardo alli Parenti, e Congiunti di essi Deputati, ,, ma siano eletti quelli, saranno piu atti per il buon servigio di ,, Dio, e della Chiesa, e sempre siano anteposti quelli, che sapran- ,, no cantare di canto fermo, e figurato, e quando di questi si fusse- ,, ro piu Concorrenti, debbano detti Esecutori Testamentari con- ,, sigliarsi con Uomini eruditi, e dotti nella Professione della Mu- ,, sica, e dar la voce al più meritevole, ed idoneo, acciò il servi- ,, zio di Dio riesca di maggior profitto, ed edificazione delli Fede- ,, li Christiani, ed in caso non vi fussero figlioli delli Fratelli della ,, medesima Congregazione, possano, e debbano li medemi De- ,, putati eleggere chiunque da loro sarà giudicato idoneo, purchè ,, sia figliolo d' Artigiano, o Contadino, nato però di buon Padre, ,, e buona Madre, e questo, acciò la Chiesa resti sempre benservita.

Secuto Testatoris obitu, factoque subinde loco erectioni Canonicatus, mox enunciati Præfectus, & Deputati dictæ Congregationis Artificum, nullo tunc idoneo occurrente ex Consanguineis, vel Affinibus Testatoris, ejusque Uxoris, ad eumdem Canonicatum præsentarunt Sacerdotem Antonium Berdini filium Artificis; Sed quia Canonici sæpedicti Ecclesiæ S. Salvatoris petitæ Canonicatus erectioni sese opposuerunt, & sub obtentu, quod cogi non possent ad recipiendum in eorum Cœtu filium Artificis; aut aliam Personam inferioris conditionis, binas Decisiones eorum votis consentaneas impressas apud *Vinciol. decis. Maceratens.* 8. 9., *&* 92. a Rota Maceratensi, cui controversia delata fuerat, obtinuere, prædictus Antonius Berdini, ut aliquem præsentationis obtentæ fructum assequeretur, Sacrum hunc adiit Consessum postulans, sæpedictum Canonicatum in Mansionariam commutari, obtinuitque die 30. Augusti 1704. Rescriptum -- *Esse locum commutationi voluntatis, erigendo Mansionariam, firma in reliquis remanente dispositione Testatoris*, deindeque Mansionariam ipsam consentanee ad enunciatum Rescriptum erectam consecutus est.

Cum autem sub initium superioris anni obierit memoratus Antonius Ber-

Berdini, iidem Præfectus, & Deputati Cognregationis Artificium ex duobus Affinibus Magdalenæ Uxoris Testatoris, nimirum Dominico Salvatori in ordine Sacerdotali constituto, & Alberto Conti simplici Clerico ad Mansionariam antendictam nominarunt Albertum; At de ejusmodi nominatione in sui exclusionem peracta conquerente Dominico Salvatore, primum coram Episcopo, & postea apud hanc Sacram Congregationem, & contendente, sæpedictam Mansionariam ob assertum onus illius Possessori injunctum celebrandi Missas per se ipsum esse actu, vel saltem habitu Sacerdotalem, ideoque se uti Presbyterum debuisse, ac debere ad eam præsentari, postposito Clerico Alberto ætatem annorum 21. non prætergresso, ut controversia inde exorta dirimatur, decidendum est Dubium, quod ad calcem præsentis Restrictus apponetur.

Pluribus argumentis ex toto supra relatæ dispositonis contextu elicitis propugnant Defensores Dominici Salvatori, controversam Mansionariam, si non actu, saltem habitu Sacerdotalem esse judicandam. Verumtamen cum ad hujus articuli decisionem plurimum conferre possint late adnotata *in Senogallien. Mansionariæ* 16. *Maii* 1733., *&* 17. *Aprilis* 1734., *in Salutiarum Cappellaniæ* 18. *Junii* 1735. *in Tusculana Cappellaniarum* 17. *Decembris* 1735., *&* 14. *Januarii* 1736., *& Januen. Cappellaniarum* 14. *Aprilis ejusdem anni* 1736., iis inspectis grave non erit EE. PP. rescribere.

An Beneficium Mansionariatus, de quo agitur, sit Sacerdotale actu, vel saltem habitu in casu &c.

Negative in omnibus, & amplius.

Sess. 23. c. 15. de ref.

MILETEN. TAXÆ SEMINARII. Detrectantibus Parochis, ceterisque Beneficiatis, ac Piis Locis Abbatiæ Sanctissimæ Trinitatis, quæ pridem a fa. me. Clemente XI. fuit Episcopali Mensæ Miletensi adnexa, Taxam Seminario persolvere, Vicarius Generalis sub diem 11. Decembris 1732. ad petitionem Canonici Julii Laquantini ejusdem Seminarii Procuratoris decrevit „ Constitutionem Sacri Concilii Tridentini pro Seminariorum erectione, & „ manutentione emanatam fore, & esse observandam, proinde „ omnia, & singula Beneficia, & Confraternitates Abbatiales Jurisdictionis sanctissimæ, & individuæ Trinitatis Episcopali Mensæ „ pluries ab hinc annis unita, oppositis per RR. Beneficiatos, ac „ Administratores dd. Confraternitatum non obstantibus, teneri „ ad Taxæ solutionem pro supplemento manutentionis ejusdem „ Seminarii, & pro executione præsentis Decreti fiat taxa ipsa per „ Personas a Reverendissimo Capitulo hujus Cathedralis Ecclesiæ, „ & a Rev. Clero hujus prædictæ Civitatis deputandas, ad instar tamen alterius Taxæ pro Beneficiis, & Confraternitatibus hujus „ Niletensis Dioecesis tempore erectionis Seminarii antedicti confectæ.

Ad tramites hujus Decreti tam a Capitulo Cathedralis, quam a Clero electi fuere quatuor Periti, qui „ a fine di formare la tassa, secondo la quale debbano contribuire per supplemento della manutenzione di questo Ven. Seminario le Parochie, Beneficj semplici &c., ed altri Luoghi Pii esistenti nelli Vicariati della Giuris- „ dizio-

„ dizione Abbaziale aggregati alla Chiesa Vescovile dalla sa. me.
„ di Clemente XI., avendo osservata la Tassa originale fatta dal
„ Tribunale della Nunziatura di Napoli, nella quale vengono
„ i medemi tassati nel quattro per cento per il sussidio Imperiale
„ a proprorzione delli Riveli fatti dalli RR. Parochi Benefici ti e
„ Procuratori dei Luoghi Pii sudetti delle loro respettive rendite.,
statuerunt, Taxam antiqua mitiorem ab antedicti Parochis Beneficiatis, Locorumque Piorum Administratoribus quotannis solvendam esse. At cum ab hoc Peritorum judicio iidem Parochi, & Beneficiati subinde reclamaverint ad A. C, novissime vero Eminentissimus Pro-Auditor Sanctissimi istius controversiæ cognitionem Sacro huic Consessui delegaverit, propterea disceptandum hodie est Dubium, quod infra describetur.

Parochos, ceterosque Beneficiatos ex suorum Beneficiorum reditibus teneri Taxam Seminario contribuere, expresse sancitum est a Sacrosancta Tridentina Synodo *Sess.* 23. *cap.* 18. *de Ref.* itidemque a sa.me. Benedicto XIII.in sua Constitutione incipien. *Creditæ* relata in Appendice ad Concilium Romanum *pag.* 415., ubi præterea idem Pontifex declaravit, ad eamdem Contributionem ex Bonis Ecclesiasticis teneri quoque Præsides, seu Administratores Confraternitatum, aliorumque Piorum Locorum, quemadmodum multo pridem resolutum fuerat ab hac Sacra Congregatione in *Signina* 18. *Novembris* 1628., edito Responso, *Licere Episcopo taxam exigere pro Seminario a Confraternitatibus Laicorum Bona Ecclesiastica possidentibus*, ut in *lib.* 13. *Decret.pag.* 558. *in Lucana* 5. *Julii* 1628., ubi ad quartum Dubium rescriptum fuit, *Confraternitates teneri tantum pro Bonis Ecclesiæ, quæ possident*, *lib.* 13. *Decr. pag.* 476., *&* *in Ariminen.* 22. *Augusti* 163. *lib.* 15. *pag.* 579.

Quoniam vero sæpedicti Parochi, & Beneficiati memoratæ Abbatiæ Sanctissimæ Trinitatis præmissam sanctionem in genere ultro amittentes ab ea se immunes contendunt sub fundamento, ut inquit in sua Relatione Episcopus „ quod Oppida Abbatialis Ditiones nun-
„ quam Seminarium habuerint, nec Seminario Miletensi, aut cui-
„ vis aliquid persolverit, antequam Abbatia fuisset Episcopali Men-
„ sæ unita, inde inferentes, quod, cum Bulla unionis per sa. me.
„ Clementem XI. emanata iis concepta fuerit verbis, ut Oppida
„ prædicta post unionem, & incorporationem eadem retinerent
„ privilegia, & Jura, quæ ante, retinebant, ipsis propterea ab one-
„ re quidquam solvendi Seminario debeant immunes esse; *adver-*
„ *sus hæc nomine Procuratoris Seminarii tria præcipue, uti subdit*
„ *idem Episcopus, spectanda proponuntur*; Primo, quod Oppida
„ omnia Abbatialis Ditionis post Bullam a sa. me. Clem. XI. ema-
„ natam unita, incorporata, & confusa fuerunt cum hac Diœcesi,
„ & in ea, & de ea jam sint, proindeque utcumque antea privile-
„ gia, & exemptiones quoad Seminarium habuerint, minime ad
„ præsens ea perdurare: Secundo, quia Sacrosancti Concilii Tri-
„ dentini decreto, & san. mem. Benedicti XIII. Constitutione,
„ cum de Seminariis, & pueris in eis alendis agitur, nullus locus
„ privilegiis, & exemptionibus datur; Tertio, qui post unionem,
„ incorporationemque prædictam fere anno quolibet in Semina-
„ rio recepti inter cæteros Alumnos pueri ex Oppidis prædictis, &

„ actu unus retinetur: Unde mirum equidem Procuratori videtur,
„ exemptiones, & privilegia antiqua Oppidorum prædictorum su-
„ stineri, & in puerorum institutione commodum alieno sumptu
„ percipere novum.

Sane pro eo quod attinet ad Abbatem, Parochus, & Beneficiatos Abbatiæ, quæ sint vere *Nullius* cum Territorio separato, alias resolutum fuit; ipsos teneri taxam Seminario Diœcesis vicinioris persolvere, uti constat ex quadam *Nullius Castri Durantis, seu Urbinaten.* 13. *Novembris* 1593., ubi ita legitur -- *Visum fuit Sanctissimo Domino Nostro, Abbatem Castri Durantes, & Beneficiatos illius Jurisdictionis teneri contribuere Seminario Urbinati, cum Concilium Tridentinum voluerit, pro Seminariis detrahendam esse portionem aliquam ex illis Beneficiis, quæ nullius Diœcesis sunt; Verum voluit Sanctitas Sua, Seminarium Urbinatense debere recipere aliquot pueros Jurisdictionis dictæ Abbatiæ, habito respectu ad summam contribuendam*, -- ut in *lib.*7. *Decr. pag.*135., & ex *Theatina*, ubi Sac. Congregatio respondit -- *Ad I. Archiepiscopum posse hujusmodi Castrum visitare, si est intra fines Theatinæ Diœcesis, quemadmodum proponitur. Ad II. ex dicti Monasterii redditibus, quamvis sit nullius Diœcesis, esse contribuendum ad Seminarium Archiepiscopi Theatini, si Archiepiscopus est aliis Episcopis dicto Monasterio vicinior*, ut in *lib.*11. *Decr.pag.*85.

Quod vero spectat ad quantitatem Taxæ, quæ in summa a memoratis Peritis præscripta, veluti immoderata, ac nimium onerosa a Parochis, & Beneficiatis redarguitur, præstat in facto adnotare, eamdem Taxam constitutam fuisse ad rationem unius ducati cum dimidio pro quolibet centenario, veterique proinde Taxa, uti superius indicatam est, multo mitiorem esse; In jure autem præter ea, quæ circa ejusmodi Taxæ summam, seu quantitatem notarunt *Ventrigl. in prax. for. Eccl. par.*2. *annot.*29. §.2. *num.*39., *Pignatell. consf.*81. *num.*76., & 126. *tom.*9., *Gallemat. ad Concil. dicto cap.*18. *sess.*23. *cap.*26., *Nicol. in floscul. verb. Seminarium num.*3. *Monacell. formular. legal. for. Eccles. part.*1. *tit.*12. *num.*6., præ oculis habenda est memoratæ Constitutionis Benedictinæ dispositio rem ita decernens *Porro ejusmodi Taxa juxta locorum qualitatem respondere debeat summæ scutorum trium pro quolibet centenario proventuum Beneficii, & si necessitas urgeat etiam usque ad summam quinque pro centenario, itaut nunquam minor scutis tribus, neque major sit scutis quinque pro quolibet centenario, & anno, ac in illius confectione regula a Tridentino Concilio in prædicto cap.*18. *sancita accuraret, & adamusim observetur.*

Omnibus itaque perpensis, partes erunt EE. VV. decernere.

An, & in qua summa teneantur Parochi, Beneficiati, & Loca Pia Abbatiæ Sanctissimæ Trinitatis Militen. persolvere Taxam Seminario in casu &c.

Teneri pro nunc in summa per Peritos taxata, & amplius.

Die Sabbathi 20. Decembris 1738.



VALVEN. RESIDENTIÆ. Ad hodiernam Congregationem rejecta fuit Decisio hujus Causæ in Folio diei 22. Novembris nuper elapsi descriptæ; Resumpto itaque memorato Folio, dignabuntur EE. PP. deliberare . *Sess. 24. c. 12. de ref.*

An, & quibus sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In decisis, & amplius.

NULLIUS FARFEN. DISTRIBUTIONUM QUOTIDIANARUM. Dubiis, quorum examen in Congregatione habita sub die 22. superioris Mensis nequit ob temporis angustiam assumi, rogantur EE. VV. hodie respondere. *Sess. 24. c. 12. de ref.*

I. *An Canonicus absens ex causa studiorum teneatur ad pœnam punctaturarum indictam in Statuto Ecclesiæ contra non Interessentes Divinis Officiis*; & quatenus affirmative.

II. *An eadem pœna sit solvenda ex tertia parte fructuum ex Indulto relinquenda, & repartienda Interessentibus*; & quatenus affirmative.

III. *An onera adnexa Canonicatui sint solvenda per Canonicum absentem ex fructibus Canonicalibus reliquarum duarum partium, sive potius ex dicta tertia parte in casu &c.*

Ad I. & II. affirmative. Ad III. dilata, & scribatur Eminentissimo Abbati pro meliori informatione juxta instructionem.

VENAFRANA LEGATI. Causa hæc relata fuit in Foliis dierum 15., & 29. Martii, & 19. Aprilis labentis anni sub Dubio -- *An Hæres pro adimplemento Legati Missarum, de quibus agitur, teneatur supplere usque ad summam a Testatore enunciatam in casu &c.*; Ejus autem decisione suspensa, demandatum est, ut scriberetur Episcopo juxta instructionem *an* scilicet *ex diligentiis statim post obitum d. Testatoris peractis constiterit, nullam aliam summam in pecunia numerata exitisse in hæreditate præter ducatos* 95. *repertos in enunciata Arca existente in Domo Uxoris*. *Sess. 22. c. 6. de re.*

In obsequium itaque ejusmodi mandatorum data fuerunt Episcopo literæ, quibus in hæc verba respondit Vicarius Generalis „ Statim „ ac pius Testator decessit, aperta coram ejus Uxore, & duobus „ Testibus præfata Arca per quondam Franciscum de Orlando „ ejus Hæredem, ducati 95. dumtaxat in pecunia numerata inventi „ fuerunt. De anno postmodum 1727., & sic post lapsum sex, & „ ultra annorum a die obitus antedicti Testatoris prælaudatus Hæ- „ res (vir cetero quin, dum viveret sagacissimus) pro quibusvis „ aliis quantitatibus in pecunia quoque numerata ab ipsomet Te- „ statore relictis perscrutandis, mandato hujus Curiæ Episcopalis non-

„ nonnulla Monitoria generalia ad finem revelationis publicari curavit, quæ inter unum est tenoris sequentis *ibi* -- Ultimo, chi sapesse, o avesse inteso dire, se il medesimo (cioè il mentovato Testatore) lasciò danaro contante, che quantità, se fossero stati talvolta occupati, e da chi sotto pena di scommunica, e li principali Detentori gli debbono restituire sotto la stessa pena di Scommunica, -- sed in cassum, dum ex revelationis vigore d. Monitorii eidem Episcopali Curiæ editis, & ex aliis diligentiis ab ipso Hærede peractis, quibus meliores haud adhiberi poterant, nullimode constat, in ipsius Testatoris hæreditate aliam summam in pecunia numerata extitisse præter exiguam summam ducatorum 95. repertam in sæpedicta Arca Domi præfatæ ejus Uxoris tunc sistent.

His in facto suppradditis, grave non erit EE. PP. statuere.

An Hæres pro adimplemento legati Missarum, de quo agitur, teneatur supplere usque ad summam a Testatore enunciatam in casu &c.

Negative.

Sess.6.c.1. & Sess. 23. c.1. de Ref.

MAJORICEN. RESIDENTIÆ. Præfecti Communitatis, seu Villæ Alayor, quos Patres Patriæ vocant, nuper exposuere, Joannem Faner ejusdem Villæ Parochum jamdudum fuisse una cum Josepho Casali a Clero tam Seculari, quam Regulari Insulæ Minoricæ ad Urbem missum, ut gravia quædam negotia apud Sanctam Sedem vigili sua cura, & solicitudine pertractaret, eumdem vero, licet munere sibi commisso jampridem perfunctum, adhuc post spatium sexdecim ferme annorum negligere ad suæ Parochialis residentiam reverti; quocirca, post delegatas super ejusmodi longæva adeo Pastoris absentia querelas ad Episcopum Majoricensem, eosdem statuisset demum Sacræ hunc adire Senatum, a quo modo postulant, præfatum Jo: Faner efficacioribus juris remediis ad residentiam compelli, ne graviora facile mala, & incommoda Gregi eidem concredito, ejusque Parochiali Ecclesiæ deinceps obveniant.

Jussu autem Sacræ Congregationis excitatus Joannes Faner duplici innixus fundamento contendit, se posse a residentia abesse, neque ad eam fore compellendum, altero nempe, quo ipse in Urbe commoretur, ut cuidam liti in Sacræ Rotæ Auditorio vertenti assistant; Parocho nimirum, & cuilibet Beneficiato licitum esse residentiam deserere, ut patrocinio litis sibi motæ invigilet, colligitur ex Textu in *Cap. Licet de Præben.*, & tradunt in specie Parochorum *Reiffenstuel in jus Can. lib.*3. *tit.*14.§.3.*num.*96., & alii adducti per *Barbos. de Offic. Paroch. cap.* 8. *num.* 49.; Altero autem quod diffidia, & inimicitiæ cum Anglicanis Præsidibus Insulæ Minoricæ contracta justam ei præstent causam non revertendi ad residentiam, uti per *Text. in Can. Adversitas* §. *Hoc tunc servandum 7. quæst.*1. *in Cap. Nisi cum pridem* §. *Propter militiam de renunc.*, *& in cap. fin. de Cleric. non resid.* tradunt *Gloss. in cit. Cap. fin. verb. Excusationem*, *Smalzgrueber in jus Can. lib.*3.*tit.*4. §.3.*num.*47., *Vallen. ibid.n.*7., *Zoes num.*9., *Piring. n.*23., *Reiffenstuel. num.*92., *Barbos. num.*8., *Pignatell. tom.*4. *Consult.*17. *num.*52.

Verum,

Verum, quod attinet ad primum assertum fundamentum, hæc nomine Præfectorum d. Communitatis excipiuntur; Primo, quod memorata lis jamdiu fuerit in Rotæ Auditorio sic absoluta, & confecta, ut ipse Faner pacificam Beneficii, de quo agebatur, possessionem obtinuerit, ejusque etiam decursos fructus brevi una cum litis expensis sit percepturus; Secundo, quod dicta lis verteretur, ut mox enunciatum est, super diverso Beneficio; non autem super Juribus Parochialis Ecclesiæ residentiam exigentis; & tamen Parochus prohibetur causa litis a residentia abesse, nisi eadem lis mota fuerit super Juribus Parochiæ, itaut illius defensio in utilitatem ejusdem Parochiæ ex natura rei, vel ex persona propria Parochi cessura sit, juxta *Text. in Cap. ex parte il 2. de Cleric. non rasiden.*, quem ad rem exornat *Lotter. de re benefic. lib.3. quæst.27 num.*178. Quo demum ad assertas inimicitias respondetur, eas in facto non verificari, quinimo pluribus argumentis excludi, prætereaque eas etiam probatas non posse post adeo diuturnam absentiam in finem non accedendi ad suam Ecclesiam Parocho suffragari, secundum late adnotata in Causa *Tyburtina Indulti 7. Septembris superioris anni*.

His itaque perpensis una cum Relatione Episcopi latius recensitis incommoda, quæ ex sæpedicta absentia oriuntur, ac proinde magnopere exoptantis reditum d. Faner ad suam Parochiam, placeat EE. PP. declarare.

An Parochus Faner teneatur ad residentiam in casu &c.

Dilata ad primam post Reges, & ad mentem.

AQUILANA CONCIONATORIS. Conquerens Episcopus Aquilanus, Præsides Communitatis Terræ Pizzuli post editam ab hac Sac. Congr. Resolutionem, qua sub die 17. Julii 1695. demandatum fuit, eamdem Communitatem *manutenendam esse in quasi possessione nominandi Concionatorem*, ac post traditas aliquandiu literas patentales Concionatori sub verbis -- *nominamus*, *seu præsentamus* -- consentanee ad enunciatam Resolutionem, subinde cœpisse in eisdem literis patentalibus uti verbis -- *eligimus*, *& deputamus* -, & ab ejusmodi abusu, quamvis sæpius monitos, desistere noluisse, quinimo nunc insuper contendere, quod literæ patentales a Communitate Concionatori traditæ non debeant Mense Novembris in Episcopali Cancellaria exhiberi, ibique ad publicum documentum nominationis per Communitatem factæ renlinqui, enixe postulat, ut quatuor infrascripta Dubia totum hoc negotium complectentia decidantur. *Sess. 5. c.2. de ref.*

Præter ea, quæ circa hanc materiam late tradunt *Pignattell. Consult.* 206. *tom.*4., *Barbos. de Offic.*, *& potest. Episc. alleg.*79. *Panimoll. dec.*91. *annot.*1., *&* 2., *& Piton. tom.*4. *discept. Eccl.* 101. *num.*1. *& seqq.*, ac ultra alias Resolutiones recensita in *Spoletana Concionatoris* 13. *Aprilis Superioris anni* ibi næ ex illis proprius ad rem accedere videntur, altera nempe *in Sutrina Concionanatoris*, in qua, disceptatis ad instantiam Episcopi hisce Dubiis, -- *I. An Communitates præfatæ teneantur in literis Patentibus uti verbis -- NN. in Concionatorem nominamus, & præsentamus, -- non obstantibus concordia*,

dia, & respective consuetudinem etiam immemorabili, juxta quas dd. Communitate prætendunt uti -- eligimus, & deputamus - II. An dd. Literæ Patentes a Communitatibus Concionatori tradendæ remanere habeant in Cancellaria Episcopali ad publicum documentum nominationis per easdem factæ. III. An Concionatoribus per Communitates nominatis, & præsentatis debeat Episcopus gratis extrahere proprias literas Patentes, in eisdem exprimendo, quod dd. Concionatores fuerint a Communitatibus nominati, & præsentati, -- die 8. Maii 1688. rescriptum fuit *Ad I. II. & III. affirmative*, -- ut in *lib.* 38. *Decr. pag.*222. & 223. altera autem in *Urbinaten. Concionatoris*, ubi ad tria hæc Dubia - *I. An proxima præterita Quadragesima fuerit devolutum favore Archiepiscopi jus deputandi Concionatorem in Ecclesia Cathedrali, & quatenus negative. II. An Concionatori deputato per Archiepiscopum adhuc debeatur eleemosyna ex solitis assignamentis distinatis pro præsenti anno. III. An Communitas in futurum teneatur præsentare in Cancellaria Archiepiscopali nominatione Concionatoris tempore præscripto a Constitutionibus Synodalibus* -- die 7. Junii 1698. responsum fuit. *Ad I. & II. eleemosynam ex assignamentis Communitatis præsenti anni deberi Concionatori deputato a Sac. Congregatione Ad III. affirmative* --, ut in *lib.*48. *Decr.pag.*252.

Nomine Communitatis nihil hactenus allatum est: Vestrum itaque erit, EE. PP. judicare.

I. *An Communitas Terræ Pizzuli in suis literis patentibus nominationis Concionatoris uti debeat verbis NN.* nominamus, proponimus, vel præsentamus, *non obstante prætensa quasi possessione, & consuetudine etiam immemorabili apponendi verba* eligimus, & deputamus; & quatenus affirmative.

II. *An dictæ literæ patentes ab eadem Communitate Concionatori tradendæ remanere debeant in Cancellaria Episcopali Aquilæ pro documento ipsius nominationis.*

III. *An eisdem Concionatoribus per dictam Communitatem nominatis, & præsentatis Episcopus debeat tradere suas literas patentes approbationis, & electionis, in eisdem exprimendo, quod ipsi Concionatores fuerint ab eadem Commuuitate nominati.*

IV. *An dd. Literæ patentes nominationis debeant exhiberi in Cancellaria Episcopali per totum Mensem Novembris, & quatenus Concionator non sit habilis, debeat eadem Communitas alium nominare per totum Mensem Decembris, alias, quod pro illa vice jus deputandi Concionatorem libere devolvatur ad Episcopum in casu &c.*

In omnibus affirmative.

Sess. 24. c. 12. de ref.

SENOGALLIEN. JURIS SEPELLIENDI. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, quod Animarum curam sibi adnexam per Vicarium Curatum in tota Senogalliæ Civitatis exercet, authumans, licitum haud esse Societati Sanctissimæ Assumptionis, & Rosarii Cadavera Confratrum in sua Ecclesia, seu Oratorio absque ipsius Capituli licentia tumulare, tametsi ab iisdem Confratribus sepultura ibidem eligatur, seque non teneri eidem Societati tribuere licentiam sepeliendi in memorato Oratorio Cadavera eorum, qui Confratres licet non sint, ibi se tumulandos relinquunt; prætereaque contendens

dens, intorticia omnia, & cetera quæque funeralia emolumenta sibi integre tradi debere, non vero quartam dumtaxat, si quis tam ex Confratribus, quam ex aliis quibuscumque in dictæ Confraternitatis Ecclesia sepeliatur, ad avertendas multiplices contentiones, quæ inde passim excitantur, tria Dubia inferius describenda ab Emis PP. decidi postulat.

Sane quod attinet ad I., in quo disceptatur, num prædictæ Societati liceat in sua Ecclesia, seu Oratorio sepelire suorum Confratrum Cadavera, receptum in Jure communiter est, unamquamque Laicorum Confraternitatem posse in propria Ecclesia Cadavera Confratrum sepulturam ibidem eligentium tumulare, si modo Sepulchra pro suis Confratribus ibi fuerint rite, legitimeque accedente scilicet Episcopi licentia, ac salvis juribus Parochialibus extructa, uti docent *Passerin. de Stat. homin. tom.*2. *quæst.*197. *art.*4. *num.*367., *Samuel de Sepult. tract.*1. *disp.*5. *contr.*10. *per tot.*, *Marchet. eod. tract. tit.*38. §.2. *n.*64., *Bassi de Sodalit. quæst.*5. *n.*5., & patet, tum ex Decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ in *Capuana* 3. *Maii* 1629., tum ex Resolutionibus Supremi hujus Tribunalis in *Neapolitana Sepulchri* 30.*Septembris* 1712. *in Portugallen.* 11.*Januarii* 1727.*lib.*77.*Decr. pag.*1. *&* *in Valven. seu Sulmonen.*, in qua, discusso Dubio -- *An liceat in eadem Ecclesia habere Sepulchra, & respective possint Cadavera tumulari absque licentia Parochi, & in præjudicium Jurium Parochialium*, -- die 10.Maii 1727. -- rescriptum fuit -- *Licere habere Sepulchra, accedente licentia Episcopi, ac posse in eis Cadavera tumulari, si eligatur Sepultura absque licentia Parochi, seu salvis Juribus Parochialibus* -- ut in *lib.*77. *Decr. pag.*277.

Societas ad evincendum, jus sibi esse tumulandi in propria Ecclesia suorum Cadavera Confratrum, hæc in facto proponit; primo licentiam, seu facultatem ab Episcopo Vigerio eidem Societatis sub annum 1568. tributam *di fabbricare Sepulture da porvi quelli Fratelli, che nell'ultima volontà lascieranno ad essere seppelliti in d. luogo, rimanendo però salve le ragioni, e prerogative della Catthedrale*, Secundo Sententiam, qua sub annum 1639. fuit ab A.C. pronunciatum, Confraternitatem Sanctissimæ Assumptionis, & Rosarii manutenendam esse in quasi possessione humandi Cadavera Confratrum in sua Ecclesia Sepulturam eligentium; & tertio demum antiquissimam observantiam, juxta quam passim Confratres in Ecclesia dictæ Societatis tumulari consuevere.

Contra vero Capitulum præmittens, se Parochiali jure potiri in tota Civitate Senogalliæ, ac proinde sibi competere Jus sepeliendi in Ecclesia Cathedrali Cadavera eorum omnium, qui in d. Civitate decedunt, excipit, non posse præfatæ Societati quidquam suffragari, neque licentiam ei ab Episcopo Vigerio impertitam, neque Sententiam A.C., tum quia utraque fuerit concepta sub Clausulis *Rimanendo però salve le ragioni, e prerogative della Cathedrale* -- *vel sine præjudicio Jurium Parochialium*, tum etiam quia enunciata licentia concessa fuerit absque Capituli consensu, unde arguit, Confraternitatem volentem Cadavera Confratrum in propria Ecclesia sepelire, ejusdem Capituli indigere licentia, veluti in mox relatis Clausulis præservata.

Quod autem spectat ad II. Dubium, ut demonstret Capitulum, sibi liberum esse vel tribuere, vel recusare licentiam sepeliendi Cadavera illorum, qui, cum dictæ Confraternitatis Sodales non sint, in ejus Ecclesia Sepulturam eligunt, plurimas profert licentias ab antiquissimo tempore sub hac clausula impertitas -- *Pro hac vice tantum -- dummodo non transeat in exemplum* --, subditque præterea, ejusmodi licentias fuisse quandoque ab ipso denegatas, ne Societas ex continuata, ac non interrupta earum concessione posset Jus ullum sibi quæsitum asserere.

At præstat in jure animadvertere, quod concessio licentiæ, qua possint Cadavera tumulari in Ecclesia jus sepeliendi non habente, ad Episcopum, non autem ad Capitulum, aliumve inferiorem regulariter pertinet, secundum ea, quæ tradunt communiter Doctores supra allegati, & constat ex Resolutione Sacræ hujus Congregationis edita in *Nuscana Sepulturæ*, ubi, discusso inter cetera hoc Dubio, -- *An pro constructione novæ Sepulturæ per Confratres Societatis Sanctissimi Rosarii Oppidi Montellæ factæ in Parochiali Ecclesia Sancti Nicolai satisfuerit licentia Episcopi, vel potius requireretur expressa licentia Capituli Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ ejusdem Terræ*, -- die 28. Januarii 1736. rescriptum fuit -- *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam*.

Tandem vero ad Decisionem III. Dubii concernentis emolumenta funeralia, quæ Capitulum contendit, sibi integre tradenda esse casu, quo Cadavera tam Confratrum, quam aliorum non Confratrum in toties memoratæ Societatis Ecclesia sepeliantur, conferre potissimum videtur judicium illud prius faciendum, an scilicet sæpedicta Ecclesia potiatur legitimo jure sepeliendi non solum CedaveraConfratrum, verum etiam aliorum, qui, etsi Confraternitati non sint adscripti, Sepulturam ibidem eligant; quoties enim Oratorio, vel Ecclesiæ Confraternitatis generaliter concessum est jus sepeliendi, tunc sive Confratres, sive alii non Confratres in ea Ecclesia tumulentur, Parocho non debetur nisi quarta funeralis ex omnibus ceris, & intorticiis, quæ occasione funeris Ecclesiæ tumulanti obveniunt, adnotata per *Samuel. de Sepult. tract.* 1. *disp.* 5. *cont.* 10. *per tot. Marchett. eod. tract. tit.* 38. §. 2. *n.* 64. *Bassi de Sodalit. qu.* 5. *n.* 5. *Rot. dec.* 17. *n.* 9. *post Antonell. de jur.*, *& oner. Cleric.*, & colligitur ex Resolutione Sacræ Congregationis novissime edita in *Firmana Jurium Parochialium*, ubi ad V. Dubium -- *An Cadavera Defunctorum tumulari possint in dicta Ecclesia seu Oratorio invitis Parochis, quatenus aliquis elegerit in eodem Oratorio tumulari in casu &c.*, -- die 2. Junii 1736. responsum fuit -- *Affirmative, salvis Juribus Parochialibus*.

Ubi vero enunciatum jus sepeliendi fuerit Societati concessum quo ad Cadavera Confratrum dumtaxat, eo casu, si Cadaver alicujus non Confratris, prævia legitima licentia, ibi sepeliatur, non quarta funeralis solum, sed omnia intorticia, & emolumenta funeralia ad Parochum pertinere dicuntur, uti cum aliis notant *Piring. in jus can. lib.* 3. *tit.* 28. *num.* 32., *Pignatell. tom.* 6. *consult.* 88. *num.* 8. *Monacell. Formular. legal. par.* 3. *tit.* 13. *sub num.* 90. *Francesc. de Eccl. Cathedral. cap.* 25. *num.* 321., & huic juris communis Sanctioni innixum videtur Statutum Cleri Romani *tit. de Jur. eligen. Sepult.*, *& funer. c.* 3. §. 1. ubi in Additione confirmata a S. M. Clemente XI. ita cavetur.

„ Sepul-

,, Sepulturæ ele-ctionem fieri posse in quacumque Ecclesiæ, seu lo-
,, co Religioso declaramus, dummodo locus ille de Jure communi,
,, vel ex Privilegio Apostolico jus sepeliendi habeat, non autem
,, quoties eo caret, ut sunt Oratoria, Ecclesiæ Regularium virorum,
,, qui habent Ecclesias interiores, vel ex peculiari instituto non ha-
,, bent Sepulchra pro extraneis, Ecclesiæ Monialiũ, exemptis iis, in
,, quibus Animarum cura exercetur, & alia id genus &c. Quod si ex
,, permissione Superiorum illarum Religionum, quæ non habent
,, Sepulchra pro extraneis, & ex licentia nostra sepeliatur Cadaver
,, in Ecclesiis, quæ jus sepeliendi non habent, tunc integrum fune-
,, rale spectet ad Parochialem Ecclesiam, cui ex hujusmodi licentia
,, in nihilo præjudicatum esse intelligatur quoad omnia emolu-
,, menta etiam proprii Vespillonis ac si in eadem Ecclesia Paro-
,, chiali sepultum fuisset.

His itaque perpensis una cum facti circumstantiis hinc inde exponen-
dis, partes erunt EE VV. pronunciare.

I. *An liceat Ven. Societati Sanctissimæ Assumptionis, & Rosarii Civitatis Senogalliæ sepellire sine licentia Reverendissimi Capituli Curati Cathedralis ejusdem Civitatis Cadavera Confratrum sibi eligentium Sepulturam in Ecclesia, seu Oratorio ejusdem Societatis.*

II. *An Capitulum Curatum dictæ Civitatis teneatur concedere licentiã sepeliendi Cadavera etiam aliorum licet non Confratrum, qui sibi sepulturam elegerint in Ecclesia Societatis.*

III. *An in quocumque casu sepeliantur in Ecclesia dictæ Societatis Cadavera tam Confratrum, quam aliorum non Confratrum, emolumenta ceræ, associationis, funeris, ac etiam depositi integre spectent ad Capitulum Curatum, vel potius in qua rata in casu &c.*

Dilata ad primam post Reges.

PISAUREN. APERITIONIS ORIS. San. Mem. Benedictus XIII. annuens petitioni Præsidum Hospitalis Civitatis Pisauri, qui humillime significarunt Sanctitati Suæ, numerum Infantium expositorum, Infirmorum, ac Peregrinorum dictum Hospitale adeuntium plurimum excrevisse, adeout idem Hospitale ære alieno prægravatum brevi claudendum foret, nisi annui illius proventus ratione aliqua augerentur, Apostolico Brevi sub diem 20. Junii 1729. expedito commisit, mandavitque Episcopo Pisauren. in hæc verba „ Constito tibi de enarrata hac necessitate præfati Hospitalis Confra- *Sess. 22. c. 6. de Ref.*
,, ternitatem, seu Societatem sub titulo Sanctissimæ Conceptionis
,, B. Mariæ Virginis Immaculatæ erectum, ut præfertur, una cum
,, illius denominatione, essentia, & qualitate, authoritate Nostra Apo-
,, stolica perpetuo supprimas, & extinguas, ac omnia, & singula Bona,
,, Mobilia, & Immobilia Sacra, & Profana, Jura, & actiones, annuosque
,, fructus, redditus, & proventus cujuscumque quantitatis, speciei, &
,, valoris ad d. Confraternitatem, seu Societatem quomodolibet
,, spectan., & pertinen., eique competen., Hospitali præfato, prævia
,, abolitione quorumcumque Legatorum Piorum, onerum, & obli-
,, gationum dictæ Confraternitati incumbentium, quæ ad Missam
,, quotidianam in Ecclesia prædicti Hospitalis in perpetuum cele-

„ brandam redigas, itidem perpetuo applices, & assignes; *Præterea-*
„ *que facultatem, & licentiam eidem Episcopo concessit*, Officiales,
„ & Confratres aliarum duodecim Confraternitatum, seu Societa-
„ tum d.Civitatis ad exactam, fidelemque annuorum illarum redi-
„ tuum, ac expensarum rationem reddendam compellendi, expen-
„ sasque inutiles, & superfluas resecandi, & quidquid redituum uni-
„ cuique earumdem Cofraternitatum, seu Societatum, legitimis ea-
„ rum supportatis oneribus, superesse compereris, Hospitali hujus-
„ modi similiter applicandi necnon post accuratam præfatorum
„ reddituum, ac onerum discussionē illos ad aliquam annuam con-
„ tributionem arbitrio tuo, habita ratione cujuscumque proventuũ,
„ respective taxandam, dictoque Hospitali faciendam cogendi; alia-
„ que, in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportu-
„ na faciendi, gerendi, & exequendi, non obstantibus præmissis, ac
„ quorumvis Testatorum, & Piorum Largitorum etiam ultimis vo-
„ luntatibus, & dispositionibus.

In obsequium ejusmodi sibi traditæ commissionis Pisaurensis Antistes suppressit primum Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis, ejusque universa Bona Hospitali addixit, dein vero, examinatis annuis aliarum Confraternitatum reditibus una cum suis oneribus, earum unamquamque ad certam annuam pecuniarum summam eidem Hospitali præstandam obstrinxit; Sed quia Societas Sanctissimi Nominis Dei (licet aliarum Confraternitatũ Præfecti tum Brevi, tum ejus exequutioni acquieverint, & hactenus eam pecuniarum summam, ad quam fuerunt obstricti, pacifice pergant persolvere,) detrectat annua scuta decem juxta Episcopi Decretum contribuere, contendens, enunciatum Breve subreptionis, & obreptionis vitio laborare, Causamque hanc nuper obtinuit ab Eminentissimo Pro-Auditore Sanctissimi Sacro huic Consessui delegari cum facultate concedendi Oris aperitionem, rogantur hodie Eminentissimi Patres Dubium infra describendum decidere.

Subreptionis, & obreptionis vitium, quo Sodales SSm̃i Nominis Dei Apostolicum Breve infectum authumant, in duplici potissimum sistit capite; Primo nempe, quod fuerit Summo Pontifici reticitum, Confraternitatem hanc eadem pia opera in memorato Hospitali erga Infirmos exerceri consueta, juxta proprium institutum obire, ac insuper Cadavera eorum, qui capite damnantur, religiose comitari; Et secundo, quod expositum Summo Pontifici non fuerit, varios esse sumptus, qui quolibet anno juxta, vel majorem, vel minorem Infirmorum, ac Mortuorum numerum ab eadem Confraternitate obeundi occurrunt, adeout possit interdum accidere, ut toti ejus reditus ipsis sustinendis impares omnino sint.

Contra vero Præsidis Hospitalis ad abstergendam quamcumque impictæ subreptionis, & obreptionis notam, opponunt primum, rem esse de Apostolico Brevi jampridem debita cum solemnitate executioni demandato, & in hanc usque diem a ceteris Confraternitatibus religiose observato, unde inferunt, ejusmodi Breve difficilius posse de subreptione, & obreptione redargui, secundum ea, quæ communiter notant Authores; Deinde vero eamdem subreptionem, & obreptionem penitus exclusam putant, tum ex eo, quod Summus Pontifex plane noverit Institutum cujusque ex dictis Confra-

fraternitatibus, necnon pia opera, quæ consentanee ad idem Institutum ab ipsis exercentur, iisque non obstantibus, voluerit, ut earum quælibet ex fructibus, qui post adimpleta enunciata pia opera superextarent, aliquid Hospitali contribueret; tum etiam ex eo, quod Episcopus jusserit, controversa scuta decem a præfata Societate Sanctissimi Nominis Dei præstari debere ex reditibus hæreditatis Joannis Petri Masi ad eamdem Societatem delatæ, qui juxta Testatoris voluntatem debent Pauperibus elargiri, ut constat ex Testamento, quod datur in *Summ.* eorumdem Præsidum Hospitalis *n.* 3.
His igitur perpensis una cum Relatione Episcopi Juribus dictorum Præsidum faventis, decidendum proponitur.
An sit locus arbitrio pro aperitione oris in casu &c.

Negative.

APRUTINA SERVITII CHORI. Supplici libello Sacræ huic Congregationi porrecto, quo Archidiaconus, & Canonici Cathedralis Aprutinæ postularunt Indultum inserviendi Choro, & Ecclesiæ per turnum, alternis scilicet hebdomadis, Sacra eadem Congregatio sub diem 24. Julii 1734. respondit *Servetur solitum*; tametsi Episcopus in sua Relatione Canonicorum precibus censeret, annuendum fore, ipsique Canonici petitionem suam duplici circumstantia fulcire studuissent; altera scilicet, quod præfata Cathedralis erecta reperiatur in Civitate, quæ in ima quadam Valle posita est, atque in circumsepta tum Montibus, tum binis fluminibus, ut aer sub illo cælo, hyemali præsertim tempore, ob continuas nebulas, vivemque ibi diutius considentem nimium rigescat, Civiumque societati, ac commercio fiat quam maxime incommodus, indeque Canonicis præsertim grave salutis detrimentum immineat, si statis horis juxta novissimam methodum ab Episcopo præscriptam Choro, & Ecclesiæ quotidie intersint; altera vero, quod Capitulum ejusdem Cathedralis ex sexdecim constet Canonicis, ac duodecim Mansionariis, adeout octo Canonicis, & sex Mansionariis in singulos profestos dies inservientibus, sufficiens Ecclesiæ cultus non desit. *Sess. 24. c. 12. de ref.*
Verum quia memorati Canonici arbitrati sunt, enunciatum Rescriptum votis suis non respondens ideo prodiisse, quia neque documenta omnia, quibus exposita in supplici suo libello comprobarentur, neque efficaciora rationum momenta, quæ tutius felicem suæ petitionis exitum poterant auspicari, fuerint allata, tribus proinde attestationibus muniti, prima nempe quorumdam Medicorum, qui post descriptam prædicti aeris insalubritatem deponunt, Cives Aprutinos gravibus affici morbis, videlicet -- *Catarri, Tosse, Angine, ed altri mali di petto, e di pulmoni, che la maggior parte se ne muore senza arrivare a Vecchiaja, e sopra tutti patiscono li Sig. Canonici della Catedrale, che officiano in una Chiesa con una Nave bassa, e profonda, e a solo tetto coperta* -- secunda Capituli Cathedralis Camplensis Aprutinæ Diœcesi conterminæ, ex qua habetur, quod idem Capitulum Camplense -- *Godè da tempo immemorabile l'alternativa di una settimana sì, ed un'altra vacante nell'Officiatura, ed assistenza nel Coro, di ciò ci troviamo in possesso senza veruna contradizione, eccetto però il tempo della Quaresima, ed Ottave maggiori, in cui*

cui non v'è vacanza -- & tertia denique Canonicorum Camerarii. & Cancellarii ejusdē Cathedralis deponentium, *che al più qualunque Canonico entra di sua porzione l' anno docati sessantacinque computandovi gl'incerti, e distribuzioni quotidiane* --, atque in spem erecti felicioris eventus flagitarunt, Causam in Folio describi; Quocirca novis, quæ circumferentur, ponderatis juribus una cum Episcopi relatione plurimum Oratoribus favente inspectisque Resolutionibus Sacræ Congregationis dudum relatis in alia simili Causa *Castri Maris Servitii Chori* 30. *Julii* 1735., & nuperrime in *Tranen. Indulti* 22. *Novembris* proxime præteriti, rogantur EE. VV. deliberare.

An Canonicis, & Mansionariis Ecclesiæ Cathedralis Aprutinæ concedenda sit facultas assistendi Choro, & Horis Canonicis per turnum, & alternis hebdomadis in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 23. c. 18. de ref. CONSTANTIEN. TAXÆ SEMINARII. San. mem. Benedictus XIII. ad preces Episcopi Constantiensis peroptantis supremam imponere manum erectioni Seminarii Marispurgensis, cujus Ædificium jampridem Pastorali solicitudine inchoatum absolvi nondum potuerat, duo jussit Apostolica Brevia expediri; Alterum nempe, quo Capitula omnia Abbatiarum, ac Monasteriorum, Clericique omnes, ut necessaria pecuniarum subsidia memorato Seminario contribuerent, hisce verbis fuere excitati -- *Vos igitur, Dilecti Filii, paternis studiis, ac vocibus adhortamur, ut fructum ex nova erectione ad Christianam, & Ecclesiasticam disciplinam, & Catholicum potissimum Religionum redundaturum reputantes, alacri animo opportuna pro se quisque pecuniæ subsidia conferatis* --; alterum vero, quo idem Pontifex plurimum commendans ipsi Constantiensi Episcopo tum saluberrimum erigendi Seminarii opus, tum meritis laudibus cumulans eximiam ejus vigilantiam in illo opere suscipiendo eidem significavit, se universos Diœcesis Constantiensis Abbates, Regularium Præpositos, necnon Capitula, & Clericos omnes per Apostolicas suas Literas in forma Brevis expeditas monuisse, ac paternis studiis excitasse, ut *illius zelo suffragarentur, opemque pro viribus conferrent, ne Ecclesia ista tam salutari præsidio diutius destitueretur*.

Post hæc cum Sac. Congregatio ex Relatione status Ecclesiæ Constantiensis a memorato Præsule sub annum 1733. occasione visitationis Sacrorum Liminum transmissa perceperit, Marispurgense Seminarium, non obstante duplici Apostolico Brevi mox relato, ob redituum inopiam adhuc esse Alumnis destitutum, eidem Episcopo in hæc verba rescripsit -- ,, Optaret Sac. hæc Congr. Tridentinis custodiendis legibus instituta, ut amplissima, splendidissimaque ,, Ecclesia Amplitudini Tuæ commissa ulteriori frueretur patrimonio, quo luculentius dignitatem suam in oculis, & aspectu hominum poneret, ac largius posset occurrere oviū necessitatibus,,; Deindeque, præmissa declaratione, quod ad se attinet, ad Seminarii incrementum ope sua juvare cupidissime statuisse, ipsamque cum eodem Antistite plane sentire, latissimam Diœcesim in mille Paræcias distributam magno Tyronum numero indigere, unde ei sit

satis

satis ad tot munera ecclesiastica sufficienda, hæc circa rationem, quærendi proventum, quod dictum Seminarium idonee instrui posset, perpendenda proposuit -- „ In primis, an magis expediat imponi ex præscripto Sac. Concilii Tridentini levem aliquam, mitemque taxam super proventibus Mensæ Episcopalis, necnon „ Monasteriorum, & Abbatiarum, Ordinumque Militarium, non „ tamen ex certo ullo tempore coercendam, sed duraturam, usque „ dum aliunde instructum fuerit sufficienti Censu Seminarium. An „ vero melius sit tributum imperari, aliquanto gravius, sed de- „ cennii spatio præfiniendum, ut scilicet quidquid pecuniæ colle- „ ctum inde fuerit, collocetur in Prædiis emendis ad perpetuam „ Seminarii dotem constituendam. Illud quoque considerandum „ est, an fortasse ad propositum obtinendum plus valiturum sit le- „ viorem prius inire viam, amice nimirum, comiterque agendo „ cum iis, qui Monasteriis, Abbatiis, & Commendis præsunt, ut „ quasi ultro, suaque sponte alliciantur, adducanturque ad largien- „ dum Seminario subsidium, quod in votis est, eisque etiam offe- „ rendo facultatem nominandi arbitratu suo unum, aut alium Cle- „ ricum oriundum e Locis sibi subjectis, qui in eodem Seminario „ alantur, atque educentur.

Præterea Sacra eadem Congregatio non solum censuit, percunctari oportere, quid super his Constantiensis ipse Episcopus innueret, verum etiam explorare voluit sententiam, tum Emi de Schonborn, tum etiam utriusque Nuntii Apostolici apud Aulam Cæsaream, & apud Helvetios residentis, eisque proinde literas dari jussit, ut consilio, opera, studio ac solicitudine sua negotium tam sanctum fovere, & juvare unusquisque satageret, curavitque demum, ut Summus Pontifex præciperet -- *Agi cum Eminentissimo Cardinali Pro-Datario, ut quoties conferendi a Sede Apostolica erunt Canonicatus in Ecclesia Constantiensi S. Stephani, & altera S. Joannis inter cetera meritorum conditiones peculiaris etiam ratio habeatur educationis in Seminario acceptæ, & progressum ibidem factorum in Ecclesiasticis studiis, necnon operæ a Magistris novatæ Clericis Alumnis.*

Interpositis itaque in obsequium ejusmodi mandatorũ per Apostolicos Nuntios Officiis suis, plures ex Clero tam Seculari, quam Regulari cœperunt taxam antedicto Seminario ad rationem scutorum duorum pro centenario contribuere, itaut anno tandem 1735. potuerit Seminarium aperiri, ibique triginta Clerici ex selectiori eorum numero recepi; At cum plures alii ex Ordine tum Equestri, tum etiam Regulari id oneris assumere detrectent, orta hinc est occasio disceptandi Dubium, quod infra describetur.

Imprimis scilicet Equites Ordinis Hierosolymitani, uti refert Apostolicus Nuncius apud Helvetios residens, sese immunes a petita contributione contendunt -- „ Quia Commendæ præter ordinarias ta- „ xas in beneficium Catholicæ Religionis, alia jam gravantur con- „ sistente in duodecim pro singulis centenariis conferenda ad ex- „ pensas Navium Militensium; Secundo, quia plurima Commen- „ datoribus incumbit impensa, sive pro sua ipsorum honorifica su- „ stentatione, sive ad longa suscipienda itinera, sive ad restauranda

„ Com-

,, Commendarum Ædificia Bellorum injuriis ſæpe obnoxia; Tertio, ,, quia in defendendis juribus Commendarum paſſim oppugnatis ,, per Acatholicos vicinos Præpotentes nunquam ferme cœſſatur ,, ab impenſis, quæ res ipſa permoviſſe dicitur Summos Pontifices ,, ad concedendum Commendatariis illud inter cetera plurima ,, Privilegium, ut ſint, & intelligantur exemti a novis contributio- ,, nibus, poſſintque, aſſignata ſuis Vicariis Paræciarum honeſta ,, congrua, reliquo redituum gaudere tamquam veri Parochi; De- ,, nique Concilium Tridentinum *Seſſ.*23. *de reform.cap.*18. expreſ- ,, ſe eximit Inclytum Ordinem a contributionibus in cauſa Semi- ,, nariorum.

Secundo Equites Ordinis Theutonici iiſdem prope rationibus ſuffulti cauſam ſuam adeo perorarunt apud præfatum Apoſtolicum Nuncium, ut ipſe non dubitaverit aſſerere, Equeſtrem hunc Ordinem ad contribuendum d. Seminario obſtringi nequire, -- *Sive enim ſpectetur* (ſunt ejus verba) *communicatio hujus Ordinis cum Privilegiis Sacræ Religionis Melitenſis reſultans ex Brevi S. M. Gregorii XV.*; *Sive velit haberi ratio ſumptuum, quos Theutonicæ Bralliviæ Franconica, & Alſatica impendunt alendis ſuorum particularium Seminariorum Alumnis, formandiſque ad munia Parochialia obeunda in Commendis diverſarum Diœceſum*; *Tanti hæc mihi ponderis videntur eſſe, ut cenſeam, & eumdem Ordinem, & Parochos ab eo dependentes ad dictæ ſolutionem taxæ cogi non poſſe*.

Tertio Abbas Monaſterii ad Vineas Præſes Congregationis Benedictinæ exponens, quod, attentis hortatoriis literis ex mandato EE. VV. ante quatuor circiter annos datis omnes ſuæ Congregationis Abbates ſummam cum Epiſcopalibus Commiſſariis conventam præſtiterint, partim ſcilicet eam reipſa ſolvendo partim vero ob temporum, bellorumque infortunia ſe ſubiicientes præſtationi annui cenſus ad rationem quatuor pro quolibet centenario, donec Capitalis ſumma expungatur, eoſdem ulteriori non eſſe gravandos onere, ſuſtinet, quia præter Juvenes, qui in Scholis Monaſteriorum ejuſdem Congregationis, tam in moribus, quam in ſtudiis ſummo cum profectu educantur, plures quoque numerentur Parochi Regulares in eiſdem Monaſteriis profeſſi, qui in Parochiis incorporatis curam Animarum magno itidem earum compendio adminiſtrant, adeoque Clerus Sæcularis ab onere ſibi alioquin impendente plurimum ſublevetur.

Quarto Congregatio Benedictino Helvetica, licet non omnino ſe retrahat a contributione pro Seminario præſtanda juxta mentem Sac. Concilii Tridentini; dummodo ceteri Eccleſiarum Antiſtites, Prælati, & Clerus Diœceſanus etiam correſpondeant, & ex parte DD. Sæcularium, in quorum partibus pleraque hujus Congregationis Monaſteria ſita ſunt, nullum eis eveniat periculum, vel impedimentum, & dummodo etiam Pueri, vel Clerici de Locis ipſorum Abbatum aſſumantur, qui eorumdem Eccleſiis poſtea deſerviant, expendendum tamen ipſa pariter proponit, quod Religioſi ejuſdem Congregationis, non modo in ipſorum Eccleſiis, ſed in Parochiis quoque incorporatis in Animarum cura plurimum laborant, quodque Juvenes in Monaſteriis in pietate, & ſtudiis egregie inſtruuntur; additque præterea, non modicum eiſdem Monaſteriis damnum imminere poſ-

re posse, si Magistratus Hæretici, in quorum Ditione ab eorum pluribus aliqua possidentur Bona, parem contributionem sub titulo alicujus Seminarii pro ipsorum utilitate imperarent.

Quinto Abbas S.Galli, cujus Monasterium, seu Abbatia primarium inter Monasteria prælaudatæ Congregationis Benedictino, Helveticæ locum dicitur obtinere, præmittens, se habere Territorium omnino separatum a Diœcesi Constantiensi, & jurisdictionem quasi Episcopalem cum sexaginta Parochis sibi subjectis, ac insuper suo in Monasterio reperiri Seminarium, seu Collegium Sæcularium Sacerdotum sub titulo B.Mariæ Virginis ad Portam, in quo Juniores Clerici, tam in moribus, quam in doctrina, & praxi ad Animarum curam instruuntur, indeque ad Beneficia in Territorio S.Galli promoventur, putat proinde ad præscriptum Sac.Concilii Tridentini, se omnino a petita contributione exemptum esse, eoque magis quia pro solatio Parochorum, qui post sustentatos labores propriæ saluti vacare intendunt, domum Emeritorum vocandam instituere statuit, in qua Parochi, vel senes, vel infirmi, & animæ suæ dumtaxat prospicere volentes sustentari possint.

Sexto Præfectus Monasterii Rhenoviensis obtrudit viciniam Hæreticorum, a quibus non multo pridem plurima Monasterio illata sunt damna, & renovatis nunc quoque persecutionibus, in dies inferuntur, superinducta necessitate assiduas subeundi expensas, ne illud penitus deprimatur; Addit lites, quas idem Monasterium habet cum Episcopali Curia Constantiensi, Hospitalitatem, aliosque sumptus inevitabiles, admissionem Religiosorum cum modica, vel nulla dote, sustentationem Alumnorum itidem cum tenui, vel nullo pretio, & demum haud intermissos eorumdem Religiosorum labores in cura Animarum; Quibus ita recensitis, prænunciata, quod, si ad contributionem Seminario præstandam Monasterium suum compellatur, necessario in maximum Divini cultus, & Animarum detrimentum Monachorum numerus erit imminuendus.

Septimo Abbas Campidonensis ejusdem Ordinis Benedictini, nullius tamen Congregationis, authumat, Monasterium, cui ipse præest, veluti exemptum, & nullius Diœcesis ad contribuendum pro Seminario non posse compelli, nisi postremo loco, videlicet ubi Episcopus cum suo Capitulo Cathedralis, Dignitatibus, Canonicis Collegiatarum, ac Beneficiatis omnibus exemptis, & non exemptis jam contribuerit, nec summa inde congesta pro Seminario sufficiat, subditque præterea, se jam habere in suo Monasterio quamdam speciem Seminarii, in quo quatuordecim Alumni Nobiles, & Plebei instruuntur a quatuor Professoribus in hunc finem constitutis, videlicet in Grammatica, Rethorica, Philosophia, & Theologia, pro quibus annuatim tres mille florenos impendit, quinimo Monasterium Campidonense sub annum 1342. quinque mille florenos pro erectione Collegii Universitatis Dilinganæ in Diœcesi Augustana erogasse, rursusque anno 1604. contribuisse tres mille florenos pro fundatione Gymnasii, & Collegii Societatis Jesu Constantiæ, itidemque hoc Monasterium ad magnas teneri expensas, ut Religiosi sui adhuc Scholares studiorum causa alienis in Seminariis commorentur, nec minores cogi sustinere sumptus ad jura sua a molestiis Hæreticorum Civitatis Campidonæ vindicanda, & de cetero idem Monaste-

rium,dempta una Parochia,in qua jus decimandi habet,detractiſque exiguis fructibus ex jure cujuſdam Advocatiæ provenientibus, nullum Beneficium Eccleſiaſticum in Dioeceſi Conſtantienſi ſitum poſſidere , ex quo aliquam utilitatem percipiat .

Octavo Monaſterium S. Blaſii in Sylva Hercinia exponit , defunctum Abbatem Blaſium impetraſſe ab Aula Viennenſi literas hortatorias ad Principes, & plura Dioeceſis Monaſteria pro concurrentia ad Seminarium Briſgoviæ;quod pro ſumma decem millium florenorum a Statibus ejuſdem Briſgoviæ collata debuerit ratam ſuam contribuere , utpote membrum ſtatus Eccleſiaſtici d. Briſgoviæ , aliaſque itinerum expenſas ad promovendam Seminarii erectionem in notabili quantitate ſuſtinuerit , quod ex proprio ære florenos quinque mille jam contulerit pro Seminario Mariſpurgenſi,& Monaſterium adhuc tres mille in diverſis terminis ſolvendos contribuere ſit paratum,additq; demum, magnos ſumptus pro reædificatione Monaſterii fuiſſe factos, & faciendos adhuc ſupereſſe , itidemque non exiguum eſſe numerum Alumnorum , qui in eodem aluntur Monaſterio , atque ſtudiis Theologicis inſtruuntur .

Nono denique Ordo Præmonſtratenſis, necnon tres Abbates Ordinis Ciſtercienſis,videlicet Salemitanus, Maciſtellanus, & S.Urbani una voce reponunt,Superiorem Ordinis Generalem Pontificiis innixum Bullis, Privilegiis, aliiſque Immunitatibus a S.Sede conceſſis ſeveriſſimo caviſſe mandato, ne ab iiſdem, vel minimum deflectant, & ſignanter ne quidquam omnino contribuant pro Seminario Mariſpurgenſi, vel erecto,vel erigendo; Salemitanus autem Abbas adiicit,in cujuslibet Abbatis ſui Monaſterii confirmatione , quæ a Curia Conſtantienſi peti debet , tot millia florenorum fuiſſe ſoluta, ex quibus fundus particularis Seminarii potuerit ſufficiens exiſtere; Monaſteria Sacrarum Virginum , quæ ipſi Abbati ſunt commiſſa , per injurias temporum adeo eſſe depauperata, ut vix neceſſaria alendis Monialibus ſuppetant;Tandem ſub ipſum tempus,quo jacta fuere Mariſpuſgenſis Seminarii fundamenta,Salemium Amicitiæ,& vicinitatis gratia e ſuis Sylvis ligna ad pretium mille talerorum Imperialium Reverendiſſimo Conſtantienſi dono dediſſe ; Abbas vero ad S. Urbanum fuſe ob oculos ponit plurima ſui Monaſterii onera quotidie perferenda,in erogandis ſubſidiis Charitativis, alenda Familia, Peregrinis excipiendis,propriiſque reparandis ædificiis,ſive pro convenienti decore, & ornatu conſtruendis; ad hæc Juniores Religioſos ſuos inſtitui per domeſticos Profeſſores in Monaſterio , Nulloſque huic eſſe Subditos , qui ad Seminarium mittantur ; Reditus Abbatiæ ſitos eſſe potiſſimum in Territorio Acatholicorum,qui ſi audirent , Monaſterium quidquam erogare alendis in Seminario Mariſpurgenſi Alumnis, forte, & ipſi taxam pro erudiendis ſuis Miniſtris peterent præcipue cum horum unum in Vicinia Monaſterium ſoleat ad Paræciam nominare .

Super hac multiplici tot Oppoſitorum colluctatione Sententiam ſuam aperiens laudatus Apoſtolicus Nuntius apud Helvetios reſidens , ad quem Contradictores præfati jura mox recenſita detulere , poſt confirmatam neceſſitatem,qua ampliſſima Dioeceſis Conſtantienſis premitur habendi Seminarium ſexaginta vel etiam ſeptuaginta Alumnis inſtructum,teſtatamque opulentiam Monaſteriorum,tam Benedictini,

dictini, quam Cistercienfis Ordinis hæc habet -- *Ut autem Seminario pro temporum, & circumstantiarum qualitate opportune subveniri queat censerem, Monasteria non esse cogenda ad contributionem, sed potius trahenda, id fieri posse per Epistolaria Brevia Sanctissimi D. N. ad Abbates Campidonensem, & S. Galli erga S. Sedem omnino devotos, necnon ad Congregationem Benedictino Helveticam pari mente addictam*; deindeque alia subdit, quæ præstat in ipsius Relatione perlegere.

Ad ineundam itaque deliberationem, pro qua plurimum instat Promotor Fiscalis Curiæ Constantiensis, non dedignentur Eminentissimi PP., præter jura hinc inde circumferenda, nec non ea, quæ circa hanc materiam late tradunt, *Fagnan. in cap. Ad audientiam, il secondo de Rescript. Barbos. ad Concil. Sess.23. cap.18. Ventrigl. in prax part.2. annot.29. §.2. Pignatell.consf.81.tom.9. Francesf. de Ecclesf. Cathedrali cap.28. num.3775., & seqq.* percurrere quasdam Sac. hujus Congregationis Responsiones, quæ veluti ad rem præcipue conferentes in calce hujus Folii facilioris studii causa apponentur, omnibusque ponderatis, sapientissimo, quo solent, oraculo pronunciare.

An Ordines Equestres, & Regulares, de quibus agitur in Diœcesi Constantiensi teneantur ad contributionem taxæ pro erectione, & manutentione respective Seminarii Marispurgensis, & in qua summa in casu &c.

RESOLUTIONES,

Quæ conferre videntur ad Decisionem Causæ Constantien. Taxæ Seminarii.

BRACHAREN. Cum in Archiepiscopatu Bracharensi juxta formam præscriptam a Sacro Concilio Tridentino, & a fel.rec.Pio V. Pont.Maximo erectum sit Collegium, quod Seminarium dicitur, pro educatione Puerorum Deo, & Ecclesiæ suæ dicandorum, ad eorumque sustentationem, & ipsius Collegii Fabricam quicumque Ecclesiasticos reditus obtinentes pro sua parte, & portione contribuerint; quidam tamen Fratres non Mendicantes ex reditibus suorum Monasteriorum contribuere pertinaciter recusant, prætexentes, eorum Monasteria exempta esse per Decretum Sacri Concilii Tridentini *Sess.*23. *Cap.*18., ex eo quod in illis Lectiones Grammatices, & casuum conscientiæ pro audiendis Confessionibus quotidie habentur, alii vero Fratres Militiæ S. Joannis Hierosolymitani ex reditibus Ecclesiasticis, & Beneficiis, quæ in Commendam, vel alias non ratione d.Militiæ, cum nullo modo ad eam pertineant, obtinent, pro sua parte contribuere etiam renuunt, asserentes, se etiam ab hac collatione exemptos ex eo tantum, quod Milites d.Militiæ sint. Cum vero supradicta Monasteria Monachorum nullo modo dici possint Collegia, cum extra Oppida, & Civitates suas sint, & in eis sint tantum lectiones aliquæ Grammatices, & Casuum Conscientiæ pro ipsis Fratribus, & aliquibus aliis personis, quæ foris quandoque ad dd. Mona-

ſteria accedunt,neque dici poſſit,quod in eis Seminaria Diſcentium, vel Docentium ad Commune Eccleſiæ bonum promovendum actu habeantur,quæ tantum a prædicto Concilio excepta fuerunt; Beneficia vero, & fructus Eccleſiaſtici, quos dicti Fratres S.Jo. Hieroſolymitani in Commendam, vel alias obtinuerunt, cum non pertineant ad d.Militiam,neque ejus ratione illa poſſideant,ipſique Fratres ſuper hoc lites excitent in frivolas appellationes prorumpentes,atque ita dicti Seminarii impediant inſtitutionem; ſupplicat igitur Archiepiſcopus Bracharenſis DD.VV. Illuſtriſſimis , ut dignentur eidem ſuper his Dubiis declarationem mittere .

Sacra Congregatio reſpondit ad I. Dubium -- *Monaſteria non eſſe ob id exempta, ſed tantum ejus impenſæ rationem habendam, quæ ante Concilium fieri ſolebat pro Salarii horum Lectorum , & eam tamquam æs alienum detrahendum,de reliquo contribuendum Seminario ad ratam .* Ad II.Summus Pontifex etiam ex Sententia Congregationis declaravit , *Fratres Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani teneri ad contribuendum Seminario pro illis Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ ad ſuam Religionem Hieroſolymitanam non pertinent* , -- ut in *lib.*1. *Decr. p.*41.

DERTHUSEN. Sacra Congregatio 11. Auguſti 1605. reſcripſit , - *Obtinentes Beneficia,tam ſimplicia , quam curata , quamvis tenuis valoris exiſtant,nec ad Obtinentis ſuſtentationem ſufficiant,debere pro fructuum portione Seminario contribuere , niſi tanta eſſet tenuitas , ut juxta Extravag. Bonifacii VIII. incipien. Dudum, quæ habetur inter Extravag. Communes , non tenentur ſolvere Decimas Papales;eo enim caſu , nec ad Seminarium contribuere debere . Ex præceptoris Militiæ Monteſiæ eſſe ad Seminarium contribuendum,cum ſolos Milites S.Joannis Hieroſolymitani Sacrum Concilium exceperit , poſſe Epiſcopum eas obtinentes etiam Cenſuris ad ſolvendam portionem Seminario debitam compellere* , ut in *Lib.*10.*Decr.pag.* 128.

AUDOMAREN. Sacra Congregatio die 3. Januarii 1594. cenſuit - , *Abbatem , & Monachos non excuſari a Contributione facienda Seminario prætextu Collegii Pauperum ab ipſis erecti , ideo cogendos eſſe contribuere* - , ut in *lib.*8.*Decr.pag.*5.

MONASTERIEN. Sacra Congregatio die 7. Septembris hoc edidit Reſcriptum - *Secundum ea,quæ proponuntur, ſupradicta Monaſteria , quæ Seminario ſui Ordinis contribuunt , teneri contribuere etiam Seminario Epiſcopi de redditibus , qui ſuperſunt* - , ut in *lib.*14. *Decr.pag.*322.

ATTREBATEN. Sacra Congregatio die 9. Septembris 1594. cenſuit, *Scribendum ad Epiſcopum Attrebatenſem , ne cogat Abbatem Marchianenſem ad habendam Lectionem Theologalem in ſuo Monaſterio, cum uberius id adimpleat , ſuſtinendo Collegium Juniorum Monachorum in Univerſitate Duacenſi,ibique Artium,& Theologiæ Profeſſores ad illos docendos Monaſterii ſumptibus ſuſtineat;Et curet ,ne idem Abbas gravetur in Seminarii taxa ultra illud,quodd eductis Monaſterii, & d. Collegii oneribus, æquum eſſe cum Deputatorum conſilio prudenter cognoverit* - ut in *lib.*8.*Decr.p.*58.

NUL-

NULLIUS CASTRI DURANTIS. 13. Novembris 1593. - *Visum fuit Sanctissimo D.N., Abbatem Castri Durantis, & Beneficiatos illius Jurisdictionis teneri contribuere Seminario Urbinati, cum Concilium Tridentinum voluerit pro Seminariis detrahendam esse portionem aliquam etiam ex illis Beneficiis, quæ nullius Diœcesis sint. Verum voluit Sanctitas Sua, Seminarium Urbinatense debere recipere aliquot Pueros Jurisdictionis d. Abbatiæ, habito respectu ad summam contribuendam*, ut in *lib.7. Decr.pag.*135.

THEATINA. Sacra Congregatio respondit ad I. *Archiepiscopum hujusmodi Castrum visitare posse, si est intra fines Theatinæ Diœcesis quemadmodum proponitur.* Ad II. *ex dicti Monasterii reditibus, quamvis sit nullius Diœcesis, esse contribuendum ad Seminarium Archiepiscopi Theatini, si Archiepiscopatus est aliis Episcopis d. Monasterio vicinior* -- ut in *lib.*11.*Decr.pag.*85.

AUDOMAREN. Sacra Congregatio die 30. Martii 1594. censuit, *Scribendum esse Episcopo Audomarensi, ut supersedeat in exigendo taxam pro Seminario Duacensi a Monasterio S.Bertini, donec certiorem reddiderit Congregationem de juribus, quibus id posse facere prætendat; cum Monasterium alleget, se non teneri ad dictam contributionem eo respectu, quia post Concilii Tridentini Decreta in executionem illorum erexerit Seminarium, in quo quadraginta Scholares aluntur*, ut in *lib.*8.*Decr.pag.*25.

INDEX
CONCLUSIONUM, ET RESOLUTIONUM
Quæ in singulis Folii Anni 1738. *fuerunt adnotatæ*.

A

B

Ca-

C

Cap-

Deci-

F

P

R

S

T

V

Uten-

INDEX

INDEX RESOLUTIONUM,

Quæ in Causis sub Annum 1738. propositis prodierunt.

A

B

C

E

M

O

P

Paro-

Q

Redu-

R

REductioni Congruæ Vicariorum juxta votorum Ordinarii locum eſſe, reſpondit Sacra Congregatio *in Conimbricen. Congruæ 6. Decemb. p. 188.*

Regulares poſſunt Sacramenta Extremæ Unctionis, & Euchariſtiæ etiam tempore Paſchali miniſtrare Laicis in ſuis Monaſteriis degentibus, eiſque actu inſervientibus, necnon ſepulturam eorum Cadaveribus dare *in Uratiſlavien. Jurium Parochialium 25. Ianuarii pag. 12.*

Reparatio Eccleſiæ Parochialis ſpectat ad Communitatem, *in Tuſculana Reparationis Eccleſiæ 11. Januarii ad I. Dub. p. 2.*

Reſidere debent in Cathedrali Canonici, non autem alibi animarum curam exercere, *in Valven. Reſidentiæ 25. Ian. ad I. Dub. p. 10.*

Reſolutiones Sacræ Congregationis executioni demandandas eſſe, reſponſum fuit *in Trojana Præbendarum 6. Decembris ad I. Dub. p. 180.*

Reſtitutioni in integrum adverſus Profeſſionem petitæ locum eſſe, reſpondit S. Congregatio *in Avenionen. Reſtitutionis in integrum 24. Maii pag. 85.*

Reſtitutioni in integrum adverſus Profeſſionem petitæ non eſſem locum, reſpondit Sacra Congregatio *in Neapolitana Reſtitutionis in integrum 14. Iunii p. 97.*

S

SAcerdotale Beneficium non eſſe, neque actu, neque habitu, reſcriptum fuit in *Maceraten. Manſionariæ 6. Dec. p. 192.*

Sacramenta Extremæ Unctionis, & Euchariſtiæ poteſt Abbas etiam tempore Paſchali miniſtrare Laicis in ſuo Monaſterio degentibus, eique actu inſervientibus, necnon ſepulturam eorum Cadaveribus dare, *in Uratiſlavien. Iurium Parochialium 25. Ianuarii p. 12.*

Sanationem Emphiteutici Contractus indulſit Sacra Congregatio, ſub conditione tamen quod dictus contractus non duraret ultra tertiam generationem maſculinam, quod ſolvantur ſcuta centum ad effectum inveſtiendi favore Beneficii, necnon aucto Canone arbitrio Epiſcopi ultra ſummam jam oblatam, *in Piſcien. Emphiteuſis 8. Februarii p. 22.*

Seminarii Alumnos ex aliquo loco eſſe tot retinendos, quot antea recipi conſueverant, reſcriptum fuit *in Tyburtina Seminarii 29. Martii p. 53.*

Seminarii Alumnos non potuiſſe ab Epiſcopo Tyburtino collocari penes Presbyteros Miſſionis cauſa Studiorum expenſis Seminarii reſcriptum fuit *in Tyburtina Seminarii 8. Februarii p. 21.*

Seminario taxam contribuere tenentur Parochi, Beneficiati, & Loca Pia Abbatiæ Sanctiſſimæ Trinitatis, *in Militen. Taxæ Seminarii 6 Decemb. pag 194.*

Sepulturam dare poteſt Abbas Cadaveribus Laicorum in ſuo Monaſterio degentium, eique actu inſervientium, necnon Sacramenta Extremæ Unctionis, & Euchariſtiæ etiam tempore Paſchali eiſdem Laicis miniſtrare, *in Uratiſlavien. Iurium Parochialium 25. Ianuarii pag. 12.*

Sepulchra exiſtentia in Eccleſia S. Rocchi Civitatis Tuſculanæ, & Sacerdotibus inſervientia debent ſumptibus Capituli Cathedralis, non autem Communitatis reparari, & expurgari, *in Tuſculana Reparationis Eccleſiæ 11. Ian. ad II. Dub. pag. 2., & 1. Martii pag. 36.*

Sepulchra in Eccleſia S. Rocchi Civitatis Tuſculi exiſtentia, ac inſervientia pro Laicis adultis debent ſumptibus Communitatis, non autem Capituli reparari, & expurgari, *in Tuſculana Reparationis Eccleſiæ 11. Ianuarii ad III. Dub. pag. 2.*

Sponſalia, cum diſputatum fuerit, num ſatis probarentur, atque de illis conſtaret, Sacra Congregatio præcepit Puellam collocari in Monaſterio Diœceſis Interamnenſis juxta inſtructionem, *in Tudertina Sponſalium 24. Maii p. 85.*

Sponſalia non fuiſſe contracta, ac proinde de illis non conſtare, reſpondit S. Congregatio *in Senogallien. Sponſalium 27. Septembris ad I. Dub. p. 149.*

Strenam tradere Epiſcopo in ſumma ducatorum decem non tenetur Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Biſacciarum ſingulis annis in Feſtivitate Nativitatis Sanctiſſimi Domini Noſtri, *in Biſacciarum 15. Martii ad V. Dubium p. 46.*

Subreptionis, & obreptionis vitio gratiam laborare, reſponſum fuit *in Romana Subſidii Dotalis 29 Martii ad I. Dub. p. 53.*

Subſidia dotalia per quatuor annos cumulari debere favore Mariæ Thereſiæ Boncompagni, reſpondit Sacra Congregatio, *in Romana Subſidiorum Dotalium 6. Decembris p. 185.*

Subſidio dotali ſcutorum 25. favore Puellarum ſuſcipientium habitum Monachalem in Monaſterio S. Catharinæ Senenſis Civitatis Camerini ad formam Teſtamenti q. Barnabæ de Benignis eſſe, locum reſpondit S. C., *in Camerinen. Subſidiorum 19. Aprilis ad I. Dub. p. 61.*

Subſidia dotalia obreptitie, & ſubreptitie impetrata pro Filia debent per Patrem reſtitui ad effectum deponendi, & deinde diſtribuendi cui de jure, *in Romana Subſidii Dotalis 29. Martii ad II. Dub. p. 53.*

Supplere pro adimplemento Legati Miſſarum uſque ad ſummam a Teſtatore enunciatam, & in loco deſignato non repertam Hæres non tenetur, *in Venafrana Legati 20. Decembris pag. 197.*

Synodum non poſſe convocari ab Archimandrita Meſſanenſi, reſolvit S. Congregatio *in Nullius, ſeu Meſſanen. Iuris convocandi Synodum 5. Iulii p. 107.*

T

TAxam Seminario contribuere tenentur Parochi, Beneficiati, & Loca Pia Abbatiæ Sanctiſſimæ Trinitatis, *in Meliten. Taxæ Seminarii 6. Decembris p. 194.*

FINIS.

